

110

H-E

7

23

Sala	H
Gab.	
Est.	15
Tab.	2
N.º	

DE JURE
LUSITANO

TOMUS PRIMUS

IN TRES UTILES TRACTATUS DIVISUS

I. DE GRAVAMINIBUS

II. De Securitate

DE INQUISITIONIBUS

DEUS UNIVERSIS JURUM PRINCIPALIS ARTIS ET

IOJO SCIENTIIS DE JURE

AUCTORE

MATHÆO HOMEM

LEITZM

Magister Barchinensis Curia Prædicta

Magister Inquisitionis Comitatus

palæ Imperialis

CONIMBRICÆ

APUD FRANCISCUM DE OLIVEIRA

ANNO MDCCLXXII

Comitatus Imperialis

Imperialis

N-E

7

23

DE JURE ^{15.00}
LUSITANO
TOMUS PRIMUS

IN TRES UTILES TRACTATUS DIVISUS.

1. DE GRAVAMINIBUS.

2. De Securitatibus.

3 DE INQUISITIONIBUS.

OPUS UNIVERSIS JURIIUM PROFESSORIBUS UTILE, ET IN
foro versantibus maximè necessarium.

AUCTORE

MATHÆO HOMEM

LEITAM

Olim Bracharensis Curiae Primatialis Senatore nunc Sanctae Inquisitionis Conimbricensis consultore Deputato postea Inquisitore.

De Jure Rebelles Mayas



De Jure *De Jure*

CONIMBRICÆ.

Apud FRANCISCUM DE OLIVEYRA Univerſ. Typ.

Año Dñi M.DCCXXXVI.

Cum Facultate Superiorum.

S. Raynoo of 6^a

FACULDADE DE DIREITO

BIBLIOTECAS

20.149

DE JURE
LUSTITANO

TOMUS PRIMUS

IN TRES UTILES TRACTATUS DIVISUS

I. DE GRAVAMINIBUS

II. De securitatibus

III. DE INQUISITIONIBUS

OPUS UNIVERSIS JURUM PROFESSORIBUS UTILE ET IN

OTO VELLANIBUS MAXIME NECESSARIUM

AUCTORE

MATTHAEO HOMEM

LEITAM

Obm Brachmanni Curia Primariae Legatorum anno 2000

Die Inquisitionis Generalis in confessorio Punito

postea Inquisitor

Handwritten signature

Handwritten signature
De de de de de de

COMIMBRICA

Apud FRANCISCUM DE OLIVEIRA Univ. Typ.

ANNO DNI MDCCLXXVII

Confessarius Superiorum

REPUBLICA DE PORTO
MAY 1874

AD LECTOREM.



NON pauca, Lector Nobilissime hujus libelli edendi propositum avertabant, quippe qui rectè agnoscimus librorum scriptiones altiore juris prudentiam, maioremque nostra ingenij dexteritatem desiderare. At tenuitatem nostram supplebunt quodammodò iunge studium, & plena consideratio, quæ adhibuimus ad scribendum hunc Juris Lusitani Tomum primum, quem sic inscripsimus, quia tractatus in eo contenti, Ordinationis Nostræ Jure tantum constat, ad jus commune, cæterarumque Provinciarum leges, statuta, vel consuetudines, in his ferè silent. Tractatus quoque eisdem ex eo elegimus, quia in illis, & aliis (qui Deo dante, Tomum secundum conficiet) Nostratum scriptorum explicatio deficit; cum tamen materia difficilis sit, & quotidiana.

Hinc, & quia in iis, quæ de jure discussimus, semper ferè à communi recessimus, non licuit multa allegatione opus exornare. At in illis, quæ vulgaria sunt, & indubitata, allegatione copiosa uti, indignum judicamus.

Neque tamen à receptis sententiis temerè recessimus. sed continuo studio, & longa præmissa consideratione, quibus adhibitis, non solum iustè, sed necessario à communi, quæ falsa videntur discendum existimamus, & alibi Deo dante, probabimus. Quanvis enim fateamur ingenuè maximam esse multorum auctoritatem, certum est tamen, posse (ut aliàs ratiocinatur Justinianus) unius, & deterioris sententiam, & multos, & maiores, aliqua in parte superare. Et in Evangelio legi: plura Dominum abscondisse à prudentibus, & sapientibus, & revalasse ea parvulis.

Prolixe aliquos juris articulos tractavimus, pluraque circa illos faciemus verba, non enim aliàs potuimus omnia explicare, & maluimus fastidiosi esse illis, qui impacienter resolutionem, non rei cognitionem quærunt, quam juris Philosophiæ amatoribus defectuosi videri, & tamen pro illis qui resolutiones desiderant, brevi compendio collectiones adjicimus.

Scripta nostra Sanctæ Matris Ecclesiæ, & sapientiorum correctioni libenter subjicimus. Valle.

DOCTOR

DOCTOR JOSEPHUS

DE ABREU BACELAR,

CONIMBRICENSIS EPISCOPATUS TAM IN TEMPORALI-
bus, quam in spiritualibus Generalis Vicarius, &c. Auctori ami-
citia sibi conjunctissimo.

S. P. D.



*H*OS feracissimi ingenij fructus, Vir Sapientissime, matu-
rissimos judico, quippe qui recte agnosco, non paucis retro
annis jam ortos; quando enim in literaria malitia Commo-
litiones, apud gravissimum Bracharensem Senaturn exer-
cebamur, jam inter alia, de Jure Lusitano operi (quod
felix faustumque sit) incumbebas. Cumque iterum opta fors nos loco
isto conjunxerit, idem opus jam auctum, & expolitum agnovi. At quan-
vis sepius orarem, imò intimæ amicitie licentia monerem, ne diutiùs ex-
pectatam differres editionem: tu tamen respondere consuevisti, te ma-
gis discendi, quam docendi animo hæc scripsisse. Adjeci tandem te Lu-
sitani officio non fungi, dum de Jure Lusitano librum suppressere. Ac-
quievisti tandem justis præcibus. Ende Jure Lusitano tractatum habe-
mus Tibi graculor meo, & Lusitaniæ nomine, cujus speciales leges, &
consuetudines antea confusas, & sensu ignotas, clarissimo illustras
tractu, quem singularibus de jure communi resolutionibus exornas,
pluribusque praxis documentis utilem reddis. Ne tamen existimes, hoc
tantum dono, Reipublicæ, & Sapientiorum desideria placasse: altiora
expectamus, nec me latet, te plura, non solum ad jurisprudentiam, sed
& ad rem historicam pertinentia ad notata servare. Age ergo Vir om-
nium bonarum artium istudiosissime, & (pro indissolubili amicitie nos-
træ viculo exoro) nè quare suppressas quicquid tibi liberaliter concessit
Deus optimus, quem precor, ut tibi plenissimam concedat felicitatem.
Conimbr. 22. Maij 1645.

Tuus ex animo

Josephus de Abreu Bacelar.

INDEX

INDEX

TRACTATUM, ET QUÆSTIONUM HUIUS TOMI PRIMI De Jure Lusitano.

TRACTATUS I.

De gravaminibus, in quibus casibus, de Jure Patrio, illis sit locus. Quando in processu tantum: quando verò per petitionem, aut instrumentum sint interponenda, & qualiter hæc in jure, & praxi procedant?

Ad Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 46. & multis aliis locis, in quibus de gravaminibus agitur. pag.

- | | | |
|----------|---|---------|
| Quæst. 1 | Quenam sententia interlocutoria dicatur? | pag. 3 |
| Quæst. 2 | An, & quando ab interlocutoria appellare liceat? | pag. 15 |
| Quæst. 3 | Quenam interlocutoria gravamen irreparabile, quanam verò reparabile producere dicatur? | pag. 16 |
| Quæst. 4 | Quenam interlocutoria vim definitivæ habere dicatur? | pag. 53 |
| Quæst. 5 | In quibus casibus, de Jure Regio, sit gravamen in processu, non aliter interponendum, & quando, qualiter, & per quem debeat tale gravamen emendari, & reparari? | pag. 59 |
| Quæst. 6 | Quando, & qualiter, de Jure nostro gravamen extra processum per petitionem scilicet, vel instrumentum sit interponendum? | pag. 82 |

TRACTATUS II.

De Securitatibus.

Ad Ordin. lib. 5. tit. 130. & aliis locis. pag.

- | | | |
|-----------|---|----------|
| Quæst. 1 | Quonam jure sit inventa Securitatis charta, & qualiter possit definir? | 130 |
| Quæst. 2 | Quot species Securitatum in Jure Patrio inveniantur? | pag. 130 |
| Quæst. 3 | Qualis sit virtus, & effectus chartæ Securitatis, & qualiter defendat Reum, ne carceratur? | pag. 132 |
| Quæst. 4 | Quis possit concedere Securitates, de quibus agimus, & an teneatur ad condemnandum, itaut à denegatione provocari possit? | pag. 134 |
| Quæst. 5 | Quo tempore Securitates concedi, & impetrari possint? | pag. 154 |
| Quæst. 6 | Ex quibus causis sit deneganda Securitas? | pag. 160 |
| Quæst. 7 | An Securitas incipiat valere, ubi primum ponitur Fiat, vulgo despois do passe, an vero requiratur, quod omnino expedita sit, & signata per concedentem, & sigillata in Cancellaria? | pag. 164 |
| Quæst. 8 | Ex quibus causis Securitas nulla sit, & quando, ea pronunciata nulla, sive injuste concessa, & revocanda, Reus sit carcerandus vel non? | pag. 172 |
| Quæst. 9 | Utrum confessio facta in impetratione Securitatis confessativa præjudicet impetranti ad condemnationem in causa principali? | pag. 174 |
| Quæst. 10 | In quibus casibus rumpatur, sive, ut dicitur, frangatur Securitas, & ea sic, rupta Reus carceretur? | pag. 179 |
| Quæst. 11 | An qui priorem rupit, vel, ut dici solet fregit Securitatem, vel illi renunciavit, aliam, vel alias possit impetrare, & quæ debeat circa id observare? | pag. 195 |
| Quæst. 12 | An ille, qui à jure, vel ab homine pronunciatus est, ut se liberet, resideatque tanquam Affecuratus, sit in omnibus comparandus illi, qui impetravit Securitatem? | pag. 199 |
| Quæst. 13 | Quæ sit cura Judicis, Promotoris, Tabellionis, & Solicitatoris. Justitiæ circa Affecuratos? | pag. 202 |
| Quæst. 14 | Quenam aliæ specialitates in Jure nostro inveniantur circa habentes | bentes |

bentes Securitatis chartas? Et quæ alia teneantur observare, Affecuratus?

- Quæst. 15 Qualiter sit exprimendum, fatendum, vel negandum delictum, cæteraque necessaria in impetratione Securitatis? ibidem
- Quæst. 16 Qualiter sint formandæ petitiones pro impetrandis Securitatibus, & an requiratur, quod de mandato petentis constet? pag. 206
- Quæst. 17 Quænam ineptæ: quænam vero sint aptæ Securitatum clausulæ? pag. 112
pag. 216

TRACTATUS III.

De Inquisitionibus.

Ad Ordin. lib. 1. tit. 65. §. 31. & 39. & aliis locis pag. 220

- Quæst. 1 Quot species Inquisitionum in Jure Patrio inveniantur: quia ratione inventæ: & quare Devassas appellentur. pag. 221
- Quæst. 2 In quibus casibus possit, & debeant. Jure Nostro attento, Inquisitiones generales formari? pag. 226
- Quæst. 3 In quibus casibus, & super quibusnam delictis speciales, sive particulares Inquisitiones, apud nos formari possint, & debeant? pag. 234
- Quæst. 4 Quinam Magistratus possint, & debeant formare Inquisitiones de quibus agimus? pag. 268
- Quæst. 5 Intra quod tempus debeant incipi, & terminari Inquisitiones, de quibus agimus, & quas penas incurrant iudices in eis formandis negligentes? pag. 275
- Quæst. 6 Quot testes in una Inquisitione interrogari debeant, & an maior, vel minor numerus requisitio, nullam reddat Inquisitionem? pag. 279
- Quæst. 7 Quales debeant esse testes interrogandi in Inquisitionibus? pag. 281
- Quæst. 8 An sit nulla Inquisitio formata per iudicem suspectum, incapacem, sive incompetentem? pag. 287
- Quæst. 9 An liceat iudici formare contra aliquem, specialem Inquisitionem, infamia non præcedente? pag. 298
- Quæst. 10 Qualiter, & quo tempore sint faciendæ pronuntiationes super culpis procedentibus ex Inquisitionibus, & quænam culpæ ad id sufficiant? pag. 324
- Quæst. 11 Et ultima Utrum testes interroganti in Inquisitionibus faciant fidem in iudicio plenario, itaut ex illis possit sequi condemnatio, si non repetantur? pag. 331

ADDITIONES, SIVE DECLARATIONES

Pag. 71. num. 34. in fine. Adde.

NOrandum tamen est Ordin. dicto lib. 1. tit. 16. §. 1. & dicto lib. 3. tit. 20. §. 47. videri in eisdem terminis disponere, aggravandum in processu. Sanè difficilis est nodus. Potest dici Ordin. dicto §. 47. procedere, quando à sententia definitiva proferenda in causa illa, aggravari potest; neque enim in dicto §. 47. additur conditio: si à definitiva non possit supplicari, quæ conditio exprimitur Ordin. dicto lib. 1. tit. 6. §. 8. & in ea conditione consistit ratio specialitatis, quare, scilicet, possit aggravari per petitionem, in casibus alias pertinentibus ad processum tantum, ut supra consideravimus. Vel (ut ab expertissimo, & sapientissimo Senatore accipi) intelligitur Ordin. dicto §. 47. in illis iudicibus, qui cum jam certis, & nominatis iudicibus, sibi adjunctis causam illam decidere debent. Ad Ordin. autem dicto lib. 1. tit. 16. §. 1. dici potest, specialem dispositionem continere, at super vera ratione specialitatis cogitandum est.

Pag. 79. vers. Sed dices in fine Adde.

Vel verius dici potest Senatores pro finale liberantes posse liberè iudicare, quicquid in contrarium sit interlocutoria per Senatum prolata, quam non tenentur, quando causam finaliter decidunt, quod probare videtur Ordin. lib. 1. tit. 5. §. 9. cujus tamen dispositio sic intellecta, non transit sine difficultate, quam non tollit obscurum Senatus decretum adductum à Martins à Costa sub tit. Assentos da Relação fol. mihi 143.




L I C E N C A S

DO S. OFFICIO

P Ode se tornar a Imprimir o Livro de que se trata; e depois de impresso tornarà para se conferir, e dar Licença que corra, sem a qual não correrà Lisboa Occidental 11. de Dezembro de 1731.


Alencastro Cunha Teyxeira Sylva Cabedo Soares



DO ORDINARIO

P Ode se tornar a Reimprimir o Livro mencionado, mas não correrà sem nova Licença Coimbra 12. de Julho de 1735.


Nobre



DO PACO

Q ue se possa tornar a Imprimir vistas as Licenças do Santo Officio e Ordinario, e depois de Impresso tornara a esta Meza para se conferir e taxar e dar Licença para correr sem a qual não correrà Lisboa Occidental 18 de Agosto de 1735.

Galvão Teyxeira




C Oharet suo originali. Conimbricæ. In Collegio Doctoris Maximi. die 12. Septembris anni 1735.

Fr. Christophorus à Cruce.

P Ode correr Coimbra em Meza de Setembro 12. de 1735.
Amaral. Paes.

P Ode correr. Coimbra 12. de Setembro de 1735.
Nobre.



Q Ue possa Correr, e Taixaõ em oito sentos reis Lisboa Occidental 10. de Dezembro de 1735.

Pereyra Teixeira



TOMUS PRIMUS DE JURE LUSITANO TRACTATUS PRIMUS

De gravaminibus, in quibus casibus, de Jure Patrio illis sit locus, quando in processu tantum: quando vero per petitionem, aut instrumentum sint interponenda, & qualiter hæc in jure, & praxi procedant.

Ad Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 46. & multis aliis locis, in quibus de gravaminibus agitur.

Bojia

PRÆFATIO IN TRACTATUM.



INTER alia, quæ Jure Patrio statuente, apud nos peculiariter observantur, illud est, quod de gravaminibus in pluribus Ordinationis locis scriptum invenitur; in casibus enim multis denegat Legislatori noster appellandi remedium, concedit tamen hoc interponendi gravamen per instrumentum, aut petitionem. Rursus sæpius, etiam denegat hujusmodi remedium, & quemlibet alium recursum ad superiorem, & permittit tantummodo gravamen in processu interponi. Antequam verò ad hujusmodi materię explicationem accedamus, videre est qualiter hæc apud nos sint peculiariora, Jureque Nostro Patrio tantum cognita, ut sic pateat, qualiter hujusmodi tractatio nostro conveniat instituto. Pro quo advertendum est, quod in casibus, in quibus licet appellare de jure communi, prædictum remedium gravaminis est supervacuum, & ociosum, ac per consequens ab eodem jure incognitum. In casibus verò in quibus non licet appellare videlicet ab interlocutoriis meris ex l. *Ante sententia C. quorum appellat. non recipiant*, cum mille aliis infra citandis, & à diffinitiva in peculiaribus casibus, quorum plures congerit. *Duenhas regula 41. & 45. Barbosa in remiss. ad Ordinat. lib. 3. tit. 70. numero 3. cum sequentibus*, non invenimus scriptum

tum, quod tale, aut simile remedium admittatur; nec remedium querelæ (de quo textus in cap. 1. de officio legati. Maranta de Ordine judic. 6. part. tit. de appellat. num. 102. Abbas in cap. Querelam de procurator. num. 6. Alexand. in l. Si ab arbitro ff. qui satisd. cog. Cardin. in cap. Cum sit Romana de appellat. col. 1. Scaccia de appellat. quæst. 19. num. 30. cum sequentibus usque ad finem. Lancellos. de attent. 2. part. cap. 12. num. 1.) remedio nostro, similis est, nec in substantia, nec in modo, ut late ostendemus infra quæst. 6. versic. Neque tandem num. 14.

Utilitas materiæ si ex eo, quia frequens regulanda est, ut placuit Jure Consulto in l. Legavi ff. de liberatione legata, & in leg. Justo in principio ff. de Ujucap. hæc nostra utilissima, quia quotidiana est, & frequentissima; nulla enim judicis pronuntiatio utriusque parti placere potest; unde ille cui displicet statim ad provocationem recurrit: verum quia sæpissime dubitat an sententia sit definitiva, an verò interlocutoria; rursus si interlocutoriam esse constat, an ab ea appellare debeat, an verò gravamen interponere; item an hoc per instrumentum, aut petitionem, aut tandem in processu solum interponere liceat, anxius, & dubius quo se vertat nescit. Sint mihi testes Advocati, & Judices, sit ne apud nos in praxi aliquid magis implicatum, magis obscurum, & minus tractatum à nostratibus? Dicant quoties Judices superiores rejecerunt appellationes, quia casus gravaminis; & è converso quoties gravamen, quia solum in processu erat interponendum? Fateantur tandem iidem judices, quoties in hac re implicati contraria, sibi ipsis contrarij judicaverint, & si quis audeat rem istam facilem, & expeditam dicere, explicet eam, nam, (ut aliàs de arbitrariis actionibus dixit merito Joannes Faber. in §. Præterea Instit. de act.) in hac re velim magis discere, quam docere. Verum quia turpe, & indecorum, est jus, in quo quotidie versamur ignorare, ut dixit Consultus Mutius relatus in l. 2. §. Juris Civilis ff. de Origine juris, continuo studio, jugique curiositate rem istam intelligendi, quid tandem consequutus sim, libenter exponam; libenter recipiatur.

DIVISIO TRACTATUS.



PRÆSENS tractatio dividetur in sex quæstiones. Prima tractabit, quamnam sententia interlocutoria sit, materia enim nostra ad interlocutorias pertinet, in qua re adeo abundantem regulam pro re ista cognoscenda trademus, ut appareat eam hucusque sufficienter, non fuisse explicatam, aut satis cognitam. Quia verò ad ea, quæ dicenda sunt necessariò præmitti debet, quando jure communi inspecto, liceat, vel non ab interlocutoria appellare, id breviter in 2. Quæst. tractabitur. At vero, quia certum est appellare licere ab interlocutorijs continentibus gravamen irreparabile, non verò ab illis, quæ illud non continent, & quia difficilimum est cognoscere quamnam interlocutoria illud contineat huic tractationi locus erit in Tertia Quæstione, materia sane utilissima, & frequentissima, & ad ea, quæ de jure nostro intendimus explicare, omnino necessaria, in qua, ni fallimur, demonstrabimus rem istam ante fuisse ignoratam, & nunc primum ad methodum, regulam, & veritatem redatam. In Quarta verò Quæstione, quasi obiter scribemus, quamnam interlocutoria vim definitivæ habere sit dicenda; novam regulam pro eis cognoscendis utiliter assignando. His peractis descendemus ad specialem materiæ nostræ tractationem, quoniam etiamsi jure Regni stabilitum sit, quod ab interlocutorijs non appelletur

appelletur, nisi vim diffinitivarum habeant, aut gravamen contineant irreparabile, in quo iure civili, & canonico hodierno Ius Nostrum conforme invenitur tamen hoc attento, tot dantur prædictæ regulæ exceptiones, tam diversi modi interponendarum procuratorum abinterlocutorijs ut illud explicare intelligere, & ad methodum, ordinemque reducere difficilimum sit, & antea non tractatum est igitur de hoc quinta quæstio, in qua explicabimus quando in Regno ab interlocutorijs sit gravamen in processu tantum interponendum; ibique multa utilia in praxi scribemus. Quia verò ius Nostrum Regium, non solum adinvenit prædictum modum interponendi gravamen in processu, sed etiam aliud agnovit, nempe per instrumentum, aut petitionem, de hoc tractabit sexta quæstio, ubi plura in praxi obscura, & in Ordinatione nostra difficilia explicare conabimur, ponentes ibi omnes casus, in quibus hoc modo interponendum esse gravamen, in Ordinatione exprimitur. Deo dante, qui ad gloriam suam omnem nostram actionem dirigat.

QUÆSTIO PRIMA

Quenam sententia interlocutoria dicatur?

Res ista antea confusa, plenissimè declaratur.

SUMMARIUM.

- 1 **U**tilitas, & difficultas materiæ commendatur.
- 2 Interlocutoria, secundum aliquos, est illa, quæ aliam post se sperat super eadem citatione.
- 3 Impugnatur dicta regula ad cognoscendas interlocutorias à DD. assignata.
- 4 Interlocutoria, secundum alios, est illa quæ profertur inter principium, & finem causæ.
Allusio vocabuli argumentum efficax producit.
- 5 Impugnatur dicta assertio, circa interlocutorias.
- 6 Explicatur Ordinatio lib. 3. tit. 65. in principio.
- 7 Interlocutoria, secundum alios, est illa, quæ non determinat principale, sed quæstiones incidentes, & emergentes.
- 8 Prædicta regula non est sufficiens ad cognoscendas interlocutorias.
- 9 Probat in sufficientia dictarum regularum.
- 10 Interlocutoria est illa, quæ determinat aliquam quæstionem, sive articulum excitatum incidenter, vel emergenter, ratione, & occasione causæ principalis.
- 11 Declaratur prædicta regula, ut procedat etiam si causa principalis adhuc non sit proposita in iudicio, sed tantum in intentione. Destinatum, jurisdictione habetur profectio.
- 12 Etiam si causa principalis jam non pendeat, adhuc interlocutoria erit sententia, quæ determinat articulum ejus occasione excitatum.
- 13 Impugnatur Barb. dicens diffinitivam esse sententiã, quæ pronuntiat esse executivã, vel non sententiã diffinitivam.
- 14 Omnis pronuntiatio post diffinitivam, interlocutoria est.
- 15 Quavis articulus excitatus occasione causæ principalis contineat materiam in nihilo tangentem causam principalem pronuntiatio tamen illum determinans, interlocutoria erit.
- 16 Sententia super alimentis ad litem, & condemnatione expensarum, & similis, interlocutoria.

interlocutoria est.

- 17 Etiam si pronuntiatio imponat finem instantie interlocutoria est.
- 18 Præcepta iudicis sine cause cognitione, interlocutoria sunt.
- 19 Probatur assertio prædicta.
- 20 Quando in præceptis prædictis additur clausula justificativa, vulgo de embargos, tunc talia præcepta, magis sine dubio sunt interlocutoria.
- 21 Si interminus, de quibus agimus impedimentis appositis, ore discussa revocetur sive sustineatur præceptum, erit definitiva.
- 22 Præceptum de solvendo; secundum aliquos est interlocutoria, at in nostra opinione, est definitiva.
- 23 Decreta negativa iudicium, interlocutoria sunt.
- 24 Quæ dicta sunt à fortiori procedunt quando respectu illius tertij, contra quem præceptum datur, alia causa principalis non consideratur.
- 25 Sententia, quæ reservat jus contra aliquem tertium respectu illius interlocutoria est dicenda.
- 26 Pronuntiatio, quæ determinat aliquem articulum, sive partem principalem cause in iudicio generali sive universalis, definitiva est.
- 27 Definitiva sententia est illa, quæ causam principalem condemnando, vel absolvendo determinat.



HUJUS materiae cognitio nec inutilis est, nec facilis nam quamvis in ea plures inveniantur regulæ à DD. traditæ, tamen aliæ omnino sunt suspectæ aliæ verò, non omnino tutæ, aut sufficientes ad rem istam distincte cognoscendam: unde merito dixit *Corneus cons. 262. Incipit. Per evidentiam littera, E, lib. 4.* quod in cognoscendo, quando sententia sit interlocutoria, quando verò definitiva etiam doctissimi, quandoquæ dubitant, imò quandoque errant. & in ea materia reperiuntur varij, maiores, & maximi legum vertices, refert idem sentiens *Lan*

cellos. de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 1. num. 4. qui etiam 3. p. cap. 28. num. 4. faceret multiplicem rezultate effectum ex cognitione, an scilicet sententia interlocutoria sit, an definitiva.

Referemus igitur scribentium in hac materia normas, & unamquamque breviter impugnabimus, advertendo, quod adversus quemlibet ex regulis refellendis, ultra peculiare impugnationes, facit illa generalis impugnatione de qua infra numer. 9.

Alij igitur ex scribentibus asserunt illam esse interlocutoriam, quæ post se aliam sperat super eadem citatione, ita *Gabriel Pereyra de Castro de manu Regia 1. p. cap. 21. numer. 17. cum Menoch. Valasc. & Azeb. quos refert Lancellot. de attent. 2. p. cap. 12. limitat. num. 6. Paz in praxi 7. p. tom. 1. cap. unico numer. 81.* Et sensus est, quod illa sit interlocutoria, quæ sperat post se aliam in principali.

Verum dicta regula confunditur, nam ex ea sequitur per argumentum à contrario, quod illæ, quæ non sperant post se illam super eadem citatione, definitivæ erunt, consequens est falsum, ergo, & antecedens. Maior patet. Minor probatur, nam absolutiones ab instantia, nullam aliam post se sperant super illa citatione, & tamen aperte sunt interlocutoria, non definitiva. *Maranta 6. p. tit. decisoria iudicij actu 1. numer. 42. Scaccia de sententia, & re iudicata glos. 4. quest. 5. numer. 20. & de appellat. quest. 17. limit. 47. memb. 1. numer. 27. versic. secus, & versic. contra primum. Cab. 2. p. decis. 32. Valasc. cons. 47. numer. 2.* Et est notissimum: ergo prædicta regula non est bona.

Deinde omnes sententiæ, & pronuntiationes post definitivam prolatam, sunt aperte interlocutoria, ut infra probabitur numer. 14. Et tamen nulla ex eis sperat post se illam in principali, vel super illa citatione, quia scilicet, definitiva jam prolata est: ergo prædicta regula vera non est, & contra eam faciunt etiam illa, quæ infra

infra scribemus. numer. 9.

4 Alij verò scripsere interlocutoriam esse illam, quæ profertur inter principium, & finem causæ, id est, inter citationem, & definitivam: ita *Glosa verbo Definitivam in Clementin. unic. de sequestr. possess. & fruct. Speculator. Alex. & alij citati à Maranta ubi supra numer. 2. Lancellot. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 1. numer. 6. Roman. in rubr. ff. de re judicata numer. 2. Surdus de aliment. tit. 9. quest. 8. numer. 2. Gail. observ. lib. 1. observ. 129. n. 2.* Pro hac parte facit allusio vocabuli, quæ argumentum efficax producit ex *Bart. & alijs in l. 2. §. appellata ff. si certum petatur, & in l. 1. ff. de acquirenda possessione*; nam interlocutoria dici videtur quali locutio inter principium causæ, quod est citatio, & finem, quod est sententia definitiva, secundum *Geminianum relatum à Jazone in l. à divo Pio §. in venditione num. 5. ff. de re judic.* facit pro eadem opinione *Ordinatio nostra lib. 3. tit. 65. in principio ibi, Sentença interlocutoria, he chamada em direito qualquer sentença, ou mandado, que o juiz dá, ou manda em algum feito antes que de sentença definitiva* Ex qua *Ordinatione* videtur probari illam esse interlocutoriam, quæ ante definitivam & sic inter principium, & finem causæ profertur.

5 Caterum etiam prædicta assertio periclitatur; nam ut *infra num. 11.* probabimus, etiam pronuntiationes, quæ concedunt, vel denegant citatorias, interlocutoria sunt, cum tamen non intra principium causæ, sed ante illud proferrantur. Rarus omnes pronuntiationes post definitivam prolatam interlocutoria etiam sunt, ut patebit *infra num. 14.* Et tamen non intra principium, & finem causæ, sed post illum proferruntur. Deinde obstat prædictæ assertioni illa generalis impugnatio, de qua *infra num. 9.*

Neque faciunt fundamenta pro dicta assertione adducta; nam ad primum

respondetur propriè, & maximè strictè solas interlocutorias nominandas, quæ inter citationem, & definitivam proferruntur, sed, id solum operari posse, quod nomen propriè, & strictè cæteris non conveniat, non verò quod in essentia, & realliate aliæ sententia, & pronuntiationes, quæ ante citationem, & post sententiam proferruntur, interlocutoria propriè non sint, licet non in nomine, ut diximus, sed in essentia, & adhuc in nomine propriè tales esse probatur ex ijs quæ *Conanus comment. juris civilis lib. 1. cap. 16. numer. 5.* ubi probat interlocutoriam, significare decisionem minus principaliter, & non tam serio factam, & sic comprehenduntur interlocutoria quocunque tempore prolata. Deinde respondetur causæ principium, & finem duobus accipi modis, scilicet, vel stricto, vel lato modo, in qua secunda acceptione finis causæ est totalis executio, ut ad propositum adnotavit *Scacia de sententia, & re judicata glos. 14. quest. 4. numer. 4.* Ex quibus merito scripsit *Alex. in l. 1. numer. 7. ff. de re jud.* quod ut sententia interlocutoria sit necessarium non est, quod proferratur ante definitivam.

Ad *Ordinationem nostram dicto tit. 65.* respondetur Legislatorem non dixisse solas illas, quæ ante sententiam proferruntur interlocutorias esse, sed, tales in jure nominari, ibi: *Sentença interlocutoria he chamada em direito.* Et nos non negamus nomen propriè illis convenire, quæ proferruntur ante sententiam, sed in essentia aliàs, etiam interlocutorias esse asserimus. Unde cautè Legislator dixit illas appellari interlocutorias, non tamen adjecit aliàs interlocutorias non esse, quod cum non fecerit, nobis non obstat; & hanc fuisse Legislatoris mentem ex eo apparet, quia ipse statim ibidem *in §. 1.* pro interlocutorijs nominant illas, quæ recipiunt, vel rejiciunt appellationes, non tamen istæ post definitivam

finitivam proferantur, & infra eodem libro tit. 69. etiam interlocutorias appellat illas, quæ denegant citatorias, quæ ante principium causæ, ut patet, proferuntur. Ex quibus convincitur Legislatorem nostrum id sensitse, quod proxime explicavimus, nostræ que resolutioni non refragari.

7 Alij tandem (ut omitramus multa, quæ reduci possunt ad dicta, vel hic dicenda) verosimilius scripsere, interlocutoriam esse illam, quæ non determinat negotium principale, sed quæstiones emergentes, vel incidentes *Glosa verbo Definitiva in Clement. unic. de sequestratione possess. & fruct. & in cap. ei, qui, verbo Definitiva 2. quest. 6. Speculat. tit. de sententia §. Species numer. 1. lib. 2. Abbas in rubric. de sententia, & re judicata, numer. 6. Francus in cap. Cum cessante numer. 36. versiculo extris glosa de appellation. Rebuff. in tractat. de sententia, & re judicata, in præfact. numer. 5. tom. 1. alios refert. Scaccia de sententia, & re judicata glos. 14. quest. 2. numer. 2. Paz. in praxi 7. o. tom. 1. cap. unico num. 31. juxta quam traditionem definitur secundum Souza præceptorum Comumbric. in rubric. de sententia, & re judicata n. 37. Ut sic Pronunciatio judicis terminans litigantiâ controversiam super aliquo articulo causæ principalis, pro qua resolutione facit l. 2. tit. 22. partit. 3. ibi, Interlocutoria, que quiere tanto dezer como palabra o juramento del Julgador, q̄ haze sobre alguna duda q̄ aciere en el pleito.*

8 Fatemur sanè, quod ex regulis, & traditionibus, quas Doctores in hac materia scripsere ad cognoscendas interlocutorias, hæc melior est, & juri magis consentanea; sed nihilominus non est in distinctè vera, nec sufficiens ad tollendas difficultates, quæ suboriuntur. Primò quia secundum normam prædictam, non possent esse interlocutoria nisi illæ, quæ lite principali pendente proferuntur, ac per consequens, quæ ante litem incæptam, vel post eam sententia termina-

tam proferuntur, tales dici non possent, cum tamen negari nequeat interlocutoriam esse illam, quæ mihi denegat citatoriam ad conveniendum adversarium, item omnis illa, quæ circa executionem vel aliàs post diffinitivam profertur, ut paulò inferius probabitur.

Deinde insufficientia prædictarum regulatum apparet ex eo, nam plures sunt casus, in quibus controversi potest, an ipsa sententia, de qua dubitatur, sit prolata super causa principali, an super incidenti, non est enim facile hoc cognoscere. Exemplum potest esse in sententia lata super alimentis ad litem petitis per eum, qui movet, vel cui movetur alia causa. Videtur enim diffinitiva; quia determinat illum articulum separatim à negotio, & causa principali: unde potest dubitari an illa, vel similis sententia, dicatur prolata in causa principali, in illo namque articulo nulla alia videtur causa principalis consideranda, præcipuè cum ille nihil eam tangat, & per consequens dubitatur, an sic diffinitiva, an interlocutoria, quam dubitationem prædictæ regulæ non tollunt. Eadem dubitandi ratio datur de præceptis, vel decretis judicum aliquid jubentium, vel aliquem nominantium ad officium, sive onus Reipublicæ, vel pœnam imponentium de quibus merito ambigitur, an sint interlocutoria, an diffinitiva sententiæ, cui dubitationi quotidiana prædictæ regulæ non satisfaciunt. Præterea plures alij sunt casus, & species, in quibus dubitari, & controversi contingit, an sententia sit interlocutoria? Exempla sint, quando articulus, qui diffinitur respectu causæ principalis incidens est, respectu vero illius personæ, cui præjudicat causa principalis, & non incidens videtur. Finge, quod pendente lite inter Caium, & Sæjum pronuntiavit judex Titium nominatim ab aliquo ex litigatoribus ad testimonium in causa illa proferendum, debere ad judicem venire, & non ad eum mittendum esse,

cum ipse existimasset se ægregiam personam, & mittendos esse officiales ad ipsius domum, non ipsum ad iudicem venire debere ex *text. in l. ad ægregias ff. de iure jur.* Vel depositarium esse debere, quod ipse recusat. Ecce dubitatur, an istæ sententiæ, & similes sint interlocutoria, an diffinitiva, & an causæ super quibus proferuntur sint principales, an incidentes, nam respectu ipsius tertij, principales videntur, non incidentes, quam dubitationem nullatenus tollit aliqua ex prædictis regulis.

Neque etiam ex regulis prædictis deduci potest, an absolutiones ab instantia sint interlocutoria, de quo poterat dubitari, quia determinant instantiam, & nulla lis remanet, neque in eo iudicio alia restat proferenda sententia.

Tandem, neque ex dictis regulis cognosci potest, an sit interlocutoria, an verò diffinitiva sententia illa, quæ profertur in iudicio generali familiæ herciscundæ, pro socio, & similibus super aliqua peculiari dubitatione, v. g. cum in iudicio partitionum, vel collationum dubitatur, an domus, vel vinea sit conferenda, & iudex pronuntiat conferendam, vel non, & hoc quasi incidenter pronuntiat cum, in illo iudicio pro multis alijs procedatur, in quo casu, & similibus non immeritò dubitatur an diffinitiva, an interlocutoria sit pronuntiatio, fundamenta enim pro una, & altera parte inveniuntur.

Cum igitur ex prædictis regulis, non cesset aliqua ex difficultatibus, quæ supra considerata sunt, consequens est, regulas illas insufficientes esse ad cognoscendam rem istam. Et quidem facile est, omnibus patens, quod interlocutoria sint pronuntiationes, quæ denegant, vel concedunt terminum probatorium, vel iuramentum calumniæ, & similes, de quibus nemo dubitat, & solum ex prædictis regulis deduci potest has esse interlocutorias, at vero in omnibus, de quibus dubitari potest, ut supra explicavimus, cessant regu-

læ prædictæ, & ferme Doctorum explanationes: unde non inutile iudicamus, aut vulgare rem istam taliter tractare, ut nulla species in qua dubitari possit, intacta remaneat.

Dicendum igitur est, quod interlocutoria est illa, quæ determinat aliquam quæstionem, sive articulum excitatum incidenter, vel emergenter, ratione, & occasione causæ principalis. Cuius normæ addendæ sunt declarationes infra notatæ, ut omnino firmæ, & intellecta remaneat. Prædictæ regulæ exempla sint. Agit Petrus contra Joannem petendo ab eo centum; iste vero opponit peremptoriam, v. g. jam solvisse; aut dilatoriam scilicet Antorem cum spoliasset, & non audiendum donec restituat. Vel secundo Actor petit rem litigiosam sequestrari dum lis pendet. Certè quod Iudex super his exceptionibus, vel similibus quæstionibus pronuntiat, interlocutoria est, nam non diffinit causam principalem, sed illum articulum ratione, & occasione causæ principalis excitatum. Et quidem prædictas pronuntiationes interlocutorias esse sine dubio est, & de prioribus exemplis sunt *text. indicto cap. fin. de appellat. in 6. Et in cap. 2. de Ordu. cog. ibi, interloquendo pronuntiamus; Maranta de Ordine Judicior. 6. part. act. 1. n. 39. Valasct's cons. 47. num. 3. De posteriori exemplo Gratianus disceptat. 531. num. 91.*

Quæ dicta sunt nempe interlocutoriam esse sententiam, quæ profertur super emergenti, vel incidenti, quando ibi datur alia causa principalis, cuius ratione, & occasione de illo incidenti tractatur, intelligenda, & amplianda sunt notabiliter. Primò, ut procedant etiam si causa illa principalis in iudicium adhuc non sit deducta, neque pendens, sed tantum in proposito, & intentione, ut ita dicam. Exempla sint, Petrus intendit pro dictis centum convenire Joannem, & ad hunc effectum petit à iudice citatoriam, qui
cam

eam denegat fortè, quia est causa, in qua requiritur publica scriptura, & eam Petrus non ostendit; unde intrat dispositio *Ordinat. lib. 3. tit. 1. §. 1.* decernentis citatoriam denegandam. Vel secundo, post citatoriam concessam opponit Joannes de nullitate citationis ex capite scilicet, in competentia, vel alio, & iudex pro ea, vel contra pronunciat: Ecce huiusmodi interlocutoria proferuntur super illis quæstionibus, & articulis, qui incidentes, vel emergentes non videntur, cum adhuc non detur causa principalis, in qua incidant, & nihilominus interlocutoria sunt, tam ex prædicta regula, & alijs, quam etiam ex eo, quod destinatum, fictione juris habetur pro facto *leg. Si non sunt §. Quid ergo, & l. Lana, & l. vestimentorum ff. de auro, & argento legato l. Ligno §. 1. ff. de legat. 3. Parisius cons. 125. Menoch. de arbitr. casu. 290. num. 19* Unde, cum in destinatione sit jam alia causa principalis, habetur ac si realiter jam esset deducta, ut in specie arguit *Surdus de alimentis dict. tit. 9. quæst. 8. num. 6.* ut dicatur interlocutoria sententia prolata super alimentis, quæ petuntur ad causam filiationis, quam petens intendit proponere, Et in effectu, prædictas sententias, de quibus in exemplis, interlocutorias esse, resolvunt *Baldus per textum ibi in l. Omnes num. 1. C. de episc. & clericis. Joannes de Platea, & alij, quos refert, & sequitur Gregor. Lop. in l. 2. verbo De otras tit. 22. part. 3.* probat etiam *Ord. lib. 3. tit. 69. in principio, & §. 2.* ubi illæ sententiæ, interlocutoria denominantur. Quod procedit ex ratione nostræ ampliationis scilicet, quia jam considerantur incidentes in illa causa principali, quæ est in mente, & proposito, & ad quam illæ diriguntur.

Idem existimo de pronunciationibus factis à iudicibus, super inquisitionibus vulgo *devassas*, vel querelis, decernentibus aliquem carcerandum, vel non. Item de concessionibus, & denegationibus securitatum; licet enim eo

tempore adhuc non sit proposita in iudicio causa principalis, cujus respectu dicantur incidentes, & per consequens interlocutoria, tamen tales sunt, ut usus, & praxis probavit, & constat ex lege Novissima vulgo *Reformaçam da justiça, in fine principij, & in §. E nos casos*, satis que expressit, *Declaratio S. Congregat.* relata per *Joannem Gallemart. ad Trid. sess. 24. de reformat. cap. 20. num. 6.* resolvunt *Barb. Ricc. Suar. & alij* relati per *August. Barb. in remissionibus ad dictum Concil. verbo, & cujus gravamen.* Quod etiam procedit ex prædicta ratione quia scilicet diriguntur ad causam principalem, quæ in proposito, & mente est, & hoc sufficit, ut incidentes, sive emergentes dicantur illæ quæstiones, & per consequens interlocutoria sint, pronunciationes, quæ super illis proferuntur.

Adverto obiter antequam ulterius procedamus, nos non ignorare differentiam, quæ à multis assignatur inter quæstiones incidentes, & emergentes, sed promiscuè, & sine distinctione prædictis terminis nos uti ex rationibus, de quibus *quæst. 3. numer. 22.*

Secundò amplianda sunt, quæ supra ¹² firmavimus, ut procedant, quamvis causa principalis jam non pendeat, quia scilicet jam fuit terminata per definitivam, nam si adhuc circa illam causam emergant quæstiones, erunt interlocutoria pronunciationes, quæ super illis contingerit proferri, v. g. pronunciatio, quæ recipit, vel rejicit appellationem: admittit, vel non impedimenta opposita executioni, vel similis. Probatur *extext. in l. A Divo Pio §. In venditione ibi, interloqui solent. ff. de re judic. Et extext. in cap. Sua nobis de appellat. Greg. Lopes in l. 2. verbo, de otras, tit. 22. partit. 3. Valascus dicto cons. 47. numer. 6. Gratianus deci. Marchie 8. numer. 2. Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 47. num. 167. Corne. cons. 221. Volum. ult.* Facit, quod omnis iustus iudicis post definitivam, censetur interlocutoria, ut cum

- cum pluribus scripsit *Barb. in l. Si debitor 21. numer. 94 ff. de judic.* Et omnis sententia in executivo iudicio interlocutoria dicitur secundum *Lancell.* (*Boer.* & alios quos refert, & sequitur) *de attent. 2. part. cap. 12. limit. 1. numer. 9* Neque obstat *Ordinat. lib. 3. tit. 65. in principio*, ubi illa dicitur interlocutoria, quæ profertur ante definitivam, nam respondetur, ut supra *numer. 5.* Neque, quod immerito scripsit *Barbos. in leg. Si debitor 21. numer. 106. ff. de judic.* dicens pronuntiationem de sententia exequenda, vel non exequenda, definitivam esse, quod omnino falsum existimamus, nec adducit fundamentum, cui respondere necesse sit.
- 13** Est igitur interlocutoria omnis pronuntiatione facta post definitivam; etiam illa, quæ revocat, vel nullam pronuntiat definitivam prolatam ex aliqua legitima causa, nam, cum adhuc, alio instituto iudicio, causa principalis iterum sit tractanda, indefinitaque remaneat, annullata definitiva, quæ fuerat prolata, non potest dici illa pronuntiatione definitiva, sed interlocutoria juxta dicenda infra *num. 17.* Secus si virtute impedimentorum, restitutionis, vel alterius causæ legitimæ non solum annulletur definitiva prolata, sed revocetur, & proferatur alio modo definiendo causam principalem; tunc enim sine dubio erit definitiva, juxta dicenda infra *numer. 27.* Neque dicetur duas definitivas in una causa intervenire; nam per secundam revocatoriam cessat prima revocata, ut pater.
- 14** Tertio, amplianda, & intelligenda sunt supradicta, etiam si pronuntiatione illa fiat super quæstione, cujus materia nihil conducit, aut attinet ad negotium principale; nam, etiamsi articulus ille sit distinctus à causa principali, cum tamen ejus ratione, & occasione sit excitatus, & tractatus, & in ea incidat, vel emergat, sententia super eo lata interlocutoria erit dicenda. Exempla sint. Finge, quòd, pendente causa principali super dictis centum, Petrus Actor petit à Reo Joanne

alimenta ad litem: vel per contrarium, ea petit Reus ab Actore: vel petit Actor, quod res, super qua agitur, sequestraretur vel quòd adversarius condemnaretur ad expensas alicujus incidentis, vel quòd attentata restituat. Ecce hujusmodi quæstiones sunt distinctæ à causa principali, & nihil faciunt ad ejus merita, ut patet, & latius explicabitur infra *quæst. 3. num. 5.* Unde pronuntiatione facta super illis videbatur definitiva determinans finaliter illum articulum à causa principali separatum, & distinctam adducens utilitatem, Nihilominus tamen, quia ratione, & occasione causæ principalis sunt excitatæ, & in illa emergunt, interlocutoria sunt. Ut de sententia super alimentis ad litem firmavit *Glosa verbo, Jubeant in l. si quis à liberis §. Si vel parens ff. de liber. agnoscend. & ibi Cordub. numer. 13. Præpositus in cap. Cum cessante numer. 23. de appellat.* cum aliis, quos citat, & sequitur *Surdus de alimentis dict. tit. 9. quæst. 8. numer. 1.* Et licet aliud voluisse videantur *Bart. Francus*, & alij ibi citati: tamen, vel intelliguntur de sententia super alimentis principaliter petitis, quo casu non negamus, sententiam, illa decernentem, vel negantem, definitivam esse, vel si aliud Doctores illi voluerit, ab illis est recedendum ex dictis; non enim sequitur *Definit totam illam quæstionem: ergo definitiva est*, cum, ut talis sit debeat negotium principale definire, ut infra probabitur. De sententia verò condemnationis ad expensas incidentis *Maranta dicto loco numer. 36. Francus in cap. fin. §. Ubi vero numer. 2. de appellat. in 6. Greg. Lopes in l. 2. verbo De otras tit. 22. part. 3. i el n. in rubr. de sententia, & re judic. col. 10. Angelus in l. Qui agnitis ff. de except. numer. 4.* De pronuntiatione tandem super attentatis *Greg. Lopes in d. l. 2. verbo de otras tit. 22. partit. 3. Lancellot. de attent. 3. part. cap. 28. numer. 17. cum sequentibus, Phab v. part. a resto 22. Valascus conf. 156. numer. 31.*

17 Quarto, ampliari debent, quæ supra firmius, ut procedant, etiam si pronuntiatio illa imponat finem instantiæ: nam adhuc interlocutoria dicenda erit, cum non definiat causam ipsam, & de illa iterum agi possit, & illa pronuntiatio ratione, & occasione ipsius causæ, & negotij principalis, quod indefinitum remanet, facta sit. Exemplum sit, quando iudex acta, nulla pronunciat: vel ex qualibet ratione ab instantia Reum absolvit: quæ quidem absolutiones ab instantia, & aliæ pronuntiationes, quæ impediunt deveniri ad definitivam, interlocutoria sunt, ut colligitur ex *text. in dict. c. p. fin. de appellat. in 6. text. in cap. 2. de Ordin. cogn. ibi Interloquendo pronuntiamus, & ex text. in cap. Significantibus 38. ibi interloquendo, de officio deleg. Bald. in l. Propriandum §. Et siquidem col. 1. C. de iur. lic. Greg. Lopez in l. 2. tit. 22. part. 3. verbo. De otras Jazon. Gail. practica Papiens. & alij, quos citat, & sequitur Scacc. de appellat. quest. 17. limit. 47. memb. 1. numer. 27. Ordin. lib. 3. d. tit. 69. in principio. Et agnoscunt omnes illi, qui asserunt, prædictas sententias habere vim definitivarum: in quo aperte interlocutorias esse fatentur, eos citabimus infra quest. 4.*

18 Quinto ampliari debent supra resoluta, ut etiam si alia non detur causa principalis: possit tamen aliquando sententia, quæ super illa quæstione profertur interlocutoria esse, non definitiva: quod solet contingere, & habere locum in præceptis, sive decretis iudicum factis sine causæ cognitione, juris ordine non servato. quod plerumque accidit quando iudices ex officio procedunt. Exempla sint: Iudex propter inobedientiam officialis eum ab officio suspendit, non servato aliquo juris ordine, Vel secundò alicui tributum imponit, vulgo *lbe lança siza, ou finta*. Vel tertio alicui onerosum munus injungit, scilicet depositarij; receptoris gabellarum, tutoris, vel curatoris.

Ecce in his, & similibus nulla alia datur causa principalis, sed tantum agitur

de illa quæstione, quæ terminatur per illa præcepta, sive decreta: neque controversia illa dici potest excitata ratione, vel occasione alterius causæ principalis. Nihilominus tamen, verius existimamus pronuntiationes, præcepta, sive decreta illa, & similia interlocutoriis sententiis ad numerari debere. Primò quia pronuntiationes, & decreta, sive præcepta iudicum facta, non servato juris ordine interlocutoria sunt sententiæ, secundum eos, quos refert *Maranta ubi supra num. 28.* Licet ipse *numer. 24.* ad contrariam partem inclinare videatur, sentit *Lancellot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 1. num. 5.* quatenus ad definitivam requiri ordinem iudicium defendit, nisi fortè ordo non requiratur ex juris dispositione in aliqua causa. *Scaccia de appellation. quest. 17. limit. 47. numero 188.* Sentit etiam idem *Scaccia supra quæstione 19. limit. 1. conclus. 6. num. 32. & de sententia, & re judic. glos. 14. quæstione. 4. numer. 30. Hostiens. in summario tit. de sentent. §. Qualiter numero 5.* Quæ forte procedunt ex ea ratione, quia, scilicet; iudex, qui, parte non audita, aliquid decernit, vel præcipit, in ea videretur esse mente, ut possit sententiam illam revocare, si meliori consilio ductus fuerit; vel pars, contra quam profertur, aliquid ostenderit, ex quo debeat relevari. Secundò, quia frequenter videmus, prædictas, & similes pronuntiationes ab eisdem iudicibus revocari: quod fieri non posset, si definitivæ essent, ex regula *text. in l. Iudex posteaquam, ubi scribentes ff. de re iudicata* immò nec revocari possent, si saltem vim definitivarum haberent, *Scaccia dicta quest. 17. limit. 47. numer. 178. Ord. lib. 3. tit. 65. §. 1.*

Tertio, quia in plerisque exemplis, de quibus supra, non concedit *Ordinatio*, nec nostrates admittunt appellationem, sed tantum gravamen: quod aperte ostendit interlocutorias esse, cum à definitivis non denegetur appellatio, vide *Ordinat. lib. 1. tit. 66. §. 49. Phab. 2. p. arresto 67. Pereyra de Castro decis. 113. in fine, quibus*

bus in locis gravamini, non appellationi locus datur in similibus præceptis, & pronunciationibus: facit optima *Ordin. lib. 3. tit. 8. §. 4. ibi Ou de mandado sumario, que não catba em sua alçada*, ubi aperte cum interlocutoriis enumeratur præceptum iudicis summarium.

20. Quæ dicta sunt, magis sine dubio procedunt, quando in talibus decretis, sine præceptis adjicitur clausula justificativa, quam nos appellamus *causa de embargos* id est, *q̄ tendo a parte embargos os venha allegat em tal termo*, per hoc enim aperte in ea mente esse iudicem demonstratur, quod si pars ostenderit, quæ eam relevare possint, retractabitur sententia, quæ interim solum interlocutoria dicitur, quod placuisse videtur *Maranta ubi supra numero 27. & seq. vers. verum.*

21. Fateamur, quod si pars impedimenta obtulerit, resque fuerit discussa, & tandem pronuncietur, præceptum debere subsistere, & adimpleri, vel per contrarium revocetur, tunc illa sententia definitiva erit, ut in simili resolvit *Barb. in l. Si debitori num. 103. ff. judic.*

22. De præcepto desolvendo dubitant Doctores, an definitiva, an interlocutoria debeat reputari? *Barb. cum alijs in d. l. Si debitori num. 105. ff. de judic.* interlocutoriam esse asseruit, dummodo circa illud non fuisset dubitatum, nec re discussa, causaque cognita pronunciatio facta, ut numero precedenti diximus, idem asserunt plures citati à *Maranta ubi supra num. 78.* Ipse autem *Maranta d. num. 28.* scripsit distinguendum esse inter casum in quo Reus fatetur post libelum datum, & inter eum, quo ore tantum fuit actio intentata, & eodem modo confessio secuta, ita ut primo casu definitiva sententia sit præceptum de solvendo; in secundo interlocutoria. Lex autem *Castellæ 2. tit. 22. part. 3.* constituit præceptum de solvendo tertiam speciem differentem ab interlocutoria, & definitiva.

Ego quidem in controversia ista existimo præceptum desolvendo factum ex partis confessione definitivam, non in-

terlocutoria dici posse. Non dico absolute, quod sit sententia, cum ex vulgariibus non dicatur proprie sententia, præceptum, quod sit in confessum, in quem nullæ sunt partes iudicis; sed quod ad omnes effectus debeat reputari definitiva, non interlocutoria pronunciatio, cum parte audita sequatur præceptum, quod vim condemnationis habet, & per illud, finaliter, & eo modo judiciali, qui in illa specie requiritur, ea quæstio, & causa decidatur. Ex quibus omnibus non video, quare interlocutoria dici debeat illa pronunciatio. Nec revocabile esse præceptum tale, existimo, prout etiam placuit *Felin. in cap. Quarenti col. finali de officio deleg.* Immo existimo, quod si sententia dici possit (de quo dubitavit prædicta *lex Castellæ*, dum de præcepto isto, tertiam speciem constituit) definitiva, & non interlocutoria erit dicenda, & pro definitiva debeat in omnibus regulari.

23. Quæ supra resolvimus de sententiis prolati parte non audita, vel sine ordine judiciario, ex eisdem rationibus locum habent in decretis negativis iudicium. Veluti si petenti licentiam ad contrahendum sine denunciationibus. Episcopus, vel ejus Vicarius deneget. Vel si emancipati volenti, iudex non deferat, Vel si petenti securitatem Regiam, vulgo *segurança Real.* Præses non concedat, & sic in similibus, nam licet in his terminis nulla alia detur causa principalis, immò de prædictis tantum agatur, non per id definitiva erunt prædictæ, & similes pronunciationes, neque unquam vidimus, quod iudices prohibentur illas revocare, immò quotidie, quod antea denegabatur, modo conceditur: quæ ex fundamentis supra consideratis procedunt, & præcipue quando aliquid petitur sine aliqua actione, sed tantum iudicis officio nobili ex his, quæ *Maranta cum alijs dicto loco numero 8.* faciunt optimè quæ *Sanches de Matrimonio lib. 8. disputatione 27. numero 4.* ubi resolvit posse
con

confessarium, qui denegavit absolutionem ratione jubilæ, vel commutationem, remelius pensata, dispensare revocando priorem interlocutoriam.

24 Eadem à fortiori locum habent in illis casibus, in quibus respectu illius Tertij, contra quem præceptum aliquod fit, nulla alia datur principalis causa. Exempla sint. Pendente causa inter Petrum, & Joannem, præcepit iudex, quod Franciscus accederet ad iudicium testimonium dicturus in dicta causa, quod Franciscus recusavit, dicens forte, se egregiam personam, & sic non ipsum venire, sed iudice ad ipsum debere mittere secundum dispositionem; *text. in l. Ad egregias ff. de iure iur.* Vel secundo, iussit iudex, quod Thomas esset depositarius talis summæ deponendæ per aliquem ex litigatoribus, qui tamen Thomas id onus recusat. Ecce in his, & similibus casibus, licet ibi respectu illius Tertij nulla alia detur causa, nisi præceptum illud iudicis, & quæstio, quam illud determinat, cum tamen parte illa non audita proferatur, interlocutoria dicenda erit illa pronuntiatio, ex dictis, quæ hic à fortiori habent locum; cum alia detur causa principalis, in qua incidit illa controversia, licet non respectu illius Tertij, cum quo nulla alia vertitur. Sin autem Tertio illo audito aliquid decernatur per viam juris, veluti quando Tertius opponit sententiam contra alium latam non esse exequendam in tali re, quam iste Tertius suam, non condemnati esse dicit, vel se in executione præferendum asserit. Sententia super tali quæstione cum Tertio poterit esse definitiva, si finaliter illam quæstionem determinet: nam est causa principalis, & nulla alia contra illum Tertium tractatur; unde non potest dici interlocutoria, nisi ex eo, quod forte proferatur sine ordine iudiciario: vel si illum articulum non definiat, sed aliquam quæstionem ejus occasione excitatam.

25 Dubitari quoque potest de huiusmodi sententia, an interlocutoria sit, an definitiva. Finge, quod prolata definitiva,

in tertia instantia, inter Tirium, & Petrum, iudex Reum absolvit, & reservat jus Actori, contra Seium, qui in causa non fuerat auditus: quem eorum defactio habui, & dubitavi, qualis esset illa sententia, licet non dubitaverim, ex alio capite ab ea appellari non posse, scilicet, quia reservando jus contra Seium, nullum gravamen infertur Seio, & talis sententia solum explicat, quod à iure tacite inest, nec ejus virtute aliquid contra Seium de novo, aut injustum producitur. Quæritur tamen qualis ista sententia sit, vel ea, quæ in dictis terminis condemnaret aliquem Tertium ad aliquid dandum, vel faciendum? & quidem ex dictis interlocutoriam esse respectu hujus Tertij existimo.

De illa pronuntiatione, per quam non admittitur Tertius qui se opponit causæ, hic non loquimur; nam ex alio capite interlocutoria est, ex eo, scilicet, quod respectu istius oppositoris alia causa datur principalis in intentione, & proposito; ille enim ea fertur mente, ut, scilicet Actor sit in causa illa, super qua duo alij litigant; & sic intrant resoluta ampliatione. *num. 11.*

Sic ampliata, & declarata resolutione 26 prædicta, nunc jam limitanda, & declaranda venit, ut scilicet non dicatur interlocutoria pronuntiatio illa, quæ incidit in iudicio aliquo generali, sine universalis, veluti in iudicio petitionis hereditatis, sive dotis, aut familiæ heriscundæ, communi dividundo, tutelæ, pro socio, & similibus: quorum duo priora universalis sunt, secundum *Marantam de Ordin. iudic. 4. part. distinet. 4. num. 1. Scacciam de iudic. lib. 1. cap. 3. num. 10.* Posteriora verò, generalia, secundum eosdem, dictis locis. Finge ergò, quod pendente iudicio pro socio: negotiorum gestorum: vel familiæ heriscundæ, quod nos partitionum iudicium appellamus, faciunt excitatæ quæstiones particulares, an scilicet reale lucrum pertineat ad illam societatem, vel an talis expensa debeat persolvi per eum, ejus negotium gestum

gestum fuit: vel in iudicio partitionum dubitatur, an conferri debeat, & partiri, vel per contrarium, præcipua apud alium remanere domus, vinea, vel similis res: quæ dubitationes frequenter excitantur in iudiciis illis generalibus. Et quidem firmiter credimus, pronunciations, quæ illas decidunt, diffinitivas esse sententias. Ratio est, quia hæ ipsæ quæstiones sunt causa principalis, & res principaliter petita, & ut ait *Maranta ubi proxime numer. 2.* illæ dubitationes, & controversiæ sunt capitula diversa illius iudicij generalis, & non aliter, ac si aliquis deduceret in eodem libello res plures, quas petit: in quo casu, si separatim super unaquaque esset pronunciandum non dubitaretur, quamlibet ex illis pronunciationsibus diffinitivam esse, ad notata per *textum in l. Si idem cum eodem ff. de iurisdictione omnium iudicum.* Neque potest dici, quæstiones istas incidere in causa principali, nam immo ipsæ sunt causa principalis, nam nemo petit actionem pro socio, nec negotiorum gestorum, quæ nihil in se est, sed illas particulares utilitates, & corpora quæ ipsi pertinent virtute illius actionis; unde cum ipsæ constituent causam principalem, nec detur alia, in qua incidant: vel cujus ratione, aut occasione tractentur, non possunt dici interlocutoria, sed verè diffinitiva. Sentit *Scaccia de sententia, & re iudicata glosa 14. quæst. 4. numer. 14.* Quidquid contrarium, me, & aliis Senatoribus repugnantibus, crediderint aliquando in Bracharenf. Senatu Doctissimi viri, qui tamen suæ opinionis efficaciam non reddebant fundamentum, sed nostra obtinuit opinio in quadam partitionum causa, in qua de certa domo conferenda agebatur, & iudicamus diffinitivam esse sententiam iudicis orphanorum, qui eam conferendam pronunciaverat.

27 Quoniam verò contrariorum uno cognito, cognoscitur, & aliud ex *text. in l. Pomponius §. sed, eris versiculo.* Nam cum *ff. de procurat. princip. Inst. de ijs qui sunt sui, vel alieni juris, cum simili-*

bus, jam nobis patet, quod illa solum sententia dici debet diffinitiva, qua causam principalem determinat condemnando, vel absolvendo, denegando, vel concedendo illud de quo principaliter agitur, servato juris ordine, in illa causa requisiti, tenet *Abbas in Rubr. de sententia, & re iud. col. pen. Maranta de Ord. iud. dicta 6. part. actu 1. tit. Decisoria iudicij numer. 1. Guido Papæ, Francus, & Rotta, quos refert, & sequitur Lancelot. de attent. 3. part. cap. 18. numer. 22. pun- git Valascus conf. 116. numer. 30. Scaccia de sententia, & re iud. glos. 14. quæst. 2. numer. 1. Barbosa. in l. Si debitori 21. ff. de iudic. Surdus de alimentis tit. 9. quæst. 8. numer. 4. Et diffinitur per *Sous. præceptorem Combr. in relect. Rubr. de sentent. & re iudicata numer. 36. ut sit pronunciatio iudicis directe terminans iurgantium controversiam super causa principali.* Quæ diffinitio magis videtur convenire sententiæ diffinitivæ, juxta ea quæ supra scripsimus, quæ aliæ multæ diffinitiones, quas referre non libet; nostrum enim opus non est circa illa immorari, quæ nostri non sunt instituti.*

Ecce Lector sapientissime vides plene explicatum, quanam sententia interlocutoria dici debeat: & licet Doctores aliqui ponant eandem quasi regulam principalem, quam nos amplectimur: nullus tamen descendit ad quæstiones, & declarationes, quas nos tradidimus, sine quibus prædicta regula, nec tuta, nec declarata remanet, nec materia ista intelligitur; & fateor, quod antequam huiusmodi opus susceperem non intelligebam distincte, nec sine confusione, & erroribus istam, per ea quæ inveniebam scripta, sed jugi consideratione, & studio recur- rendo ad juris fontes, & rationem, ubi scriptorum auctoritas, vel deficiebat, vel mihi suspecta videbatur, prædictas resolu- tiones in materia ista sum assecutus: quæ si vera non sunt, alius emendet, non enim parum utilitatis affert, qui excirat dubia, & quæstiones, in quibus sapientes fiant sapientiores juxta illud

*Proverbior. relatum in cap. vides in fine 23. quæst. 6. Da occasio-
nem sapienti, & sapientior erit.*

Collectio eorum, quæ in hac quæstione
resolvimus.



ITERLOCUTORIA sententia illa est, quæ determinat aliquam quæstionem, sive articulum excitatum incidenter, vel emergenter ratione, & occasione causæ principalis. Est igitur necessarium, quod detur alia causa principalis. Sufficit tamen, quod detur in proposito, & intentione, quia, scilicet, ad eam proponendam diriguntur illa, quæ terminantur per sententiam, de qua agitur. Sufficit etiã, quod detur dicta causa principalis, licet jam determinata sit per diffinitivam; erunt enim interlocutoria sententiæ, quæ in executione, vel aliàs occasione talis diffinitivæ, & causæ principalis, jam diffinitæ proferentur. Quæ dicta sunt, procedunt etiam si sententia proferatur super articulo, & quæstione separata, & nihil faciente ad causam principalem, & licet per illam sententiam imponatur finis instantiæ: nam nihilominus interlocutoria erunt dictæ pronunciations. Aliquando etiam si non detur, nec consideretur alia causa principalis, sed tantum illa, quam determinat sententia, poterit esse interlocutoria, nempe quando iudex aliquid sine ordine judiciario summarissime jubet, vel præcipit, quod præcipue certum est, quando, vel expresse dicitur in præcepto, quod si pars habuerit, quid alleget contra talem sententiam, audietur, quod nos vocamus mandado com clausula de embargos, vel tacitè, quia solent audiri partes in similibus decretis, sive præceptis post ea præolata, & revocari præcepta illa: quod præcipue tunc contingit, quando sunt negativa, qualia sunt, quæ iudex profert denegando licentiam ad contrahendum, vel non admitendo petentem emancipari. De præcepto autem de solvendo, aliud est dicendum, scilicet, diffinitivæ comparari. Idem asserimus de sententia, quæ licet incidat in iudicio aliquo generali, sive universali, videlicet petitionis hereditatis, dotis, aut familiæ herciscundæ, cõmuni dividundo, tutela, pro socio, vel simili: determinat tamen aliquam quæstionem particularem; veluti rem talem esse conferendam, solvendam talem quantitatem, &c. diffinitiva etenim, non interlocutoria est dicenda talis pronunciatio sic incidens in iudicio generali, sive universali.

QUÆSTIO SECUNDA.

An, & quando ab interlocutoria appellare liceat?

SUMMARIUM.

1 **A**B interlocutoria appellare non licet, nisi vim habeat definitiva, vel contineat gravamen irreparabile.

2 Ante S. Concil. Tridentin. ab omni

interlocutoria, de jure Canonico, appellare licebat.

3 Ab interlocutoria habente vim definitiva, vel gravamen irreparabile, omni jure attento, appellare licet.



JURA, & Doctores in hac re, sequenti modo regulam constituunt. Ab interlocutoria appellare non licet, nisi vim habeat definitiva; vel contineat gravamen irreparabile.

Regula prædicta, scilicet, quod ab interlocutoria appellare non licet, probatur de jure civili per *textum in l. 2. ff. de appellat. recipiend. & in l. Apertissimi C. de judic. & in l. cum solitum 15. C. de sententiis, & interlocut. & in l. Eos §. super C. de appellat. & in l. 2. C. de Episcopali audientia, text. melior. & capitalis in l. Ante sententia C. quorum appellat. non recip.* De jure vero canonico probatur tantum per S. C. Trident. *sess. 24. de reformatione cap. 20. & in casu particulari. sess. 13. de reform. cap. 1. & per regulas Cancellaria Apostolicæ, de quibus Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 47. numer. 83.* Nam ante illud S. Concilij decretum, de jure canonico, ab omni interlocutoria appellare licebat, ut agnoscunt omnes per *textum ibi in cap. Super eo de appellat. Notat Scaccia cum pluribus ubi proxime. membr. 1. numer. 73.* Et habetur in *l. 13. tit. 23. partit. 3. Paz in praxi 6. part. tom. 1. in proæm. num. 25.* Et satis deducitur ex *text. in cap. fin. de appellat. in 6.* Ubi non negatur appellari posse (secundum tempus illud) ab interlocutoriis continentibus gravamen reparabile, licet etiam sine damno posset

exculari appellatio ab illis, ut inferius latissimè explicabimus, & aperte constat ex eo quod prædictum S. Concil. jus novum ibi instituit, quod nemo potest ambigere.

De jure vero Patrio Lusitano Probatur prædicta regula ex apertissima *Ordinat. lib. 3. tit. 69. in principio.* De jure tandem Castellæ in *l. 3. tit. 23. partit. 3. & in l. 3. tit. 28. lib. 4. & in l. 10. tit. 7. lib. 2. & in l. 5. tit. 5. lib. 7. recopilationis,* notant DD. infra citandi.

Fallentia verò, & exceptio prædictæ regulæ, scilicet, quod appellari possit ab interlocutoria habente vim definitiva, vel irreparabile gravamen, probatur de jure civili; nam licet, non inveniatur scripta dicta exceptio ita aperte, & distincte: tamen semper, unanimi scriptionum consensu, fuit receptum illam exceptionem addendam esse regulæ prædictæ, & secundum eam debere intelligi, & declarari, quod satis deducebatur ex aliorum juris fontibus, & particularibus eisdem locis, quæ adducunt DD. infra passim citandi *quæst. 3.*

De jure verò Canonico, ante Trident. cum ab omni interlocutoria liceret appellare, ut proxime diximus, probatur dicta exceptio, non tanquam exceptio, sed tanquam regula, probatur vero dicta exceptio apertius, quam alibi in *Trident. sæpe, dicto cap. 20.*

De jure tandem Patrio probatur dicta

Ha exceptio in *Ordinatione dicto titulo 69. in principio, & §. 1. Et de jure Castellæ in legibus supra citatis.*

Hæc, sic in abstracto, certa sunt, & plana, sed cognoscere, & explicare

quænam interlocutoria, gravamen irreparabile, aut reparabile contineat, ex quo pendet omnino istius materiæ intellectus, hic opus hic labor est, pro quo fit.

QUÆSTIO TERTIA.

Quænam interlocutoria gravamen irreparabile, quænam vero reparabile producere dicatur?

Nova, & plena resolutione, ac declaratione quæstio proposita deciditur: refelluntur plura circa rem istam perperam tradita,

SUMMARIUM.

1 **Q**UÆSTIO hæc est utilis, & pro his, quæ de Jure Patrio sunt dicenda maxime necessaria.

2 Irreparabilitas gravaminis in eo consistit, quod non possit reparari per appellationem à definitiva.

3 Gravamen aliud est irreparabile ex sua natura; aliud ex jure.

4 Referuntur verba textus optimi in cap. finali de appellationibus in sexto, in quo docemur, quando superior de appellatione à definitiva cognoscens, possit revocare gravamina illata per interlocutorias inferioris.

5 Materia exceptionum peremptoria-rum est præjudicans negotio principali.

6 Ratio differentiæ, quare superior de appellatione definitiva cognoscens, possit emendare interlocutorias in causas prolatas super materia præjudicante negotio principali: & non possit idem circa non præjudicantes.

7 Ratio, quare in proposito, interlocutoria prolata super exceptionibus nullitatis comparetur prolatis super exceptionibus præjudicantibus.

8 Superior revocat prædictas interlocutorias, quas revocare potest, etiam si ab illis non sit appellatum.

9 Interlocutorias prolatas super materia non præjudicante, quare non possit superior revocare, quando cognoscit de appellatione definitiva?

10 Textus in dicto cap. fin. de appellatione in sexto, non prohibuit appellationem ab interlocutorijs super materia præjudicante, licet ipsa excusata foret.

11 Interlocutoria illa continent reparabile gravamen, quæ proferuntur super exceptionibus, vel allegationibus præjudicantibus negotio principali, vel super exceptionibus nullitatis: cæteræ omnes irreparabile gravamen continent, & num. 46.

12 Explicatur mens, & ratio Legislatoris prohibentis appellare ab interlocutorijs continentibus gravamen reparabile.

13 Referuntur Doctores afferentes, interlocutorias super materia præjudicante negotio principali prolatas, gravamen irreparabile continere.

14 Res-

- 24 Respondetur assertioni Doctorum scribentium irreparabile esse gravamen illatum per interlocutorias præjudicantes.
Ostenditur Doctores illos minus attente rem istam considerasse.
- 25 Arguitur Gonçales dicens, quod semper licet appellare, quando interlocutoria, vel habet vim definitiva, vel gravamen irreparabile, vel absorbet jus partis, vel præjudicat negotio principali.
- 26 Interlocutoria rejiciens exceptiones peremptorias oppositas in vim dilatoriarum continet irreparabile gravamen.
- 27 Semper quando interlocutoria infert gravamen parti ultra illud, quod infert negotio principali, irreparabile in hoc gravamen continere dicitur.
- 28 Interlocutoria admittens peremptorias, potest aliquando continere gravamen irreparabile.
- 29 Impugnatur Gonçal. dicens generaliter, ab admissione articulorum appellare licere.
- 30 Interlocutoria rejiciens exceptiones peremptorias, vel nullitatis, & similes post sententiam definitivam oppositas continet gravamen irreparabile.
- 31 Admonitio generalis pro cognoscendo, an interlocutoria contineat, vel non gravamen irreparabile.
- 32 Interlocutoria, quæ præjudicat securitati debiti, tutæque executioni, gravamen irreparabile continet.
- 33 Interlocutoria, secundum aliquos semper dicitur continere gravamen irreparabile, quando à definitiva postea proferenda appellari non potest.
- 34 Referuntur contrarium defendentes.
- 35 Prædicta controversia distinctione componitur.
- 36 Prohibita appellatione à definitiva in favorem Reipublicæ, vel propter eminentiam judicis, videtur etiam prohibita ab interlocutorijs etiam non præjudicantibus negotio principali, & nam præcedenti.
- 37 Dicta procedunt etiam si interlocutoria prolata sit post definitivam.
- 38 Respondetur sententiæ, de qua supra num. 33. & ipsius fundamentis.
- 39 Satisfit argumento, quod contra prædicta deduci posset ex Ordin. lib. 1. tit. 6. §. 8.
- 40 Opponitur contra resoluta ex Trid. sess. 13. de reformat. cap. 1.
- 41 Respondetur prædicto S. Concil. Decreto. Quæ à jure communi exorbitant, ad consequentiam non sunt trahenda.
- 20 Idem est, si super qualibet questione, vel allegatione præjudicante negotio principali interlocutoria proferatur.
- 21 Idem, & dicendum, etiam si non immediatè, sed mediatè præjudicet materia illa negotio principali.
- 22 Idem est, si materia super qua interlocutoria profertur, incidenti tantum appellabili, licet non principali causæ præjudicet.
- 23 Quid sit incidens, quid verò emergens? Explicatur.
- 24 Non solum interlocutorie rejicientes prædictas exceptiones, sive allegationes gravamen reparabile continent; sed etiam illæ, quæ pronunciant illas probari, vel non probari.
- 25 Receptio libelli sive articulorum, in quibus jus intentatum proponitur, interlocutoria est, gravamen reparabile continens.
- 26 Quæ dicta sunt, habent etiam locum in interlocutorijs prolatis in secunda, vel ulteriori instantia.

- 42 Quando, non ob publicum, vel causæ favorem, vel propter judicis eminentiam, sed ex alia causa contingit appellari non posse à definitiva, potest appellari ab interlocutorijs alias gravamen reparabile habentibus.
- 43 Assignantur casus, & exempla, in quibus proximè dicta locū habere possunt.
- 44 Quando solum prohibetur appellatio à definitiva quoad remedium suspensivum, & conceditur quo ad devolutivū, non potest dici prohibita appellatio ad effectum, de quo supra agimus.
- 45 Superior non solum potest revocare interlocutorias præjudicantes appellanti à definitiva, sed etiam appellatio. Appellatio est communis utrique parti.
- 46 Interlocutoria prolata super exceptionibus, vel articulis præjudicantibus negotio tantum principali, gravamen continent reparabile, ceteræ omnes irreparabile, & num. 11.
- 47 In proposito nihil interest, quod interlocutoria sit expressa, vel tacita, per processum ad ulteriora.
- 48 Interlocutoria prolata super exceptionibus peremptorijs in vim dilatoriarum oppositæ gravamen irreparabile continent.
- 49 Interlocutoria super materia non præjudicante prolata gravamen continet irreparabile, quamvis ex natura sua gravamen commodam accipiat reparationem. (tur.
- 50 Contraria opinio refertur, & fundat.
- 51 Respondetur dictæ opinioni contrariæ, & ejus fundamentis. Argumentum à contrario sensu non procedit, quando contrarium est jure expressum.
- 52 Respondetur ad text. in lege 2. ff. de appellat. recip.
- 53 Non potest dici gravamen reparabile ex eo, quod possit cessare per eventum definitivæ, scilicet, si contingat pro gravato proferri.
- 54 Opponitur contra prædictam resolutionem.
- 55 Respondetur prædictis oppositionibus.
- 56 Respondetur ad S. Conc. Trid. sess. 13. de reform. cap. 1.
57. Non dicitur gravamen reparabile ex eo quod leve sit. Magis, vel minus non constituunt specificas differentias. Tam in causis gravioribus, quam in levioribus appellare licet.
- 58 Respondetur ad Ordin. lib. 3. tit. 69. §. 1.
- 59 Impugnantur Barbosa, & alij asserentes, meram interlocutoriam esse illam, quæ aliquid leve, & non faciens ad decisionem causæ determinat.
- 60 Irreparabile est gravamen, licet non absolute sequatur, sed tantum conditionaliter.
- 61 Item, licet non sit de præsentibus, sed de futuro.
- 62 Item si solum consistat in eo, quod aliquis non admittitur per illam viam per quam utpote favorabilem admitti præ tendit.
- 63 Ab interlocutoria aliàs appellabili non poterit appellari, si à definitiva sit appellatio prohibita, & ratio prohibitionis comprehendat etiam interlocutoriam.
- 64 Ad recipiendam, vel rejiciendam appellationem non est considerandum, an juste, vel in juste sententia sit prolata.
- 65 Qualitas, sententiæ appellatæ ad prædictum effectum est consideranda.
- 66 Appellatio ab interlocutoria aliquando potest rejici, quia frivola: sed tunc solum frivola dicitur, quando apertissimè patet injuste interponi, & ponuntur exempla.
- 67 Appellatio à definitiva non potest dici frivola, cum ex novis causis possit justificari.
- 68 Prohibitio appellandi ab interlocutorijs non est vera prohibitio, sed reservatio ad aliud tempus, solum enim prohibetur appellatio, quando aliud tempus restat, in quo potest reparari gravamen illatum.
- 69 Intellectus ad textum in cap. Pastoralis in principio, & appellationibus.



HÆC quæstio est satis difficilis, utilis, & pro his, quæ de jure Patrio sunt dicenda, omnino necessaria. Difficilis, quia DD. non tradiderunt regulam aliquam pro cognoscendis interlocutorijs gravamen reparabile, sive irreparabile continentibus: sed tantum in aliquibus casibus, sine aliqua norma, vel methodo dixerunt, gravamen irreparabile dari, sepius sibi ipsis contradicentes; unde merito dixit *Scaccia de sententia, & re judic. glos. 14. quæst. 4. n. 46.* Doctores male intellexisse, & peius explicasse hanc materiam Utilis, quia in praxi quotidiana. Necessaria, quia ex ea pendet cognitio plurimorum articulorum juris, scilicet quando appellatio ab interlocutoria sit licita, quando superiores illi deferre debeant, & inferioribus inhibere, vel non, & alia quamplurima difficilia, & quotidiana, ultra quam quod ex hujus rei cognitione pendet omnino (ni fallimur) intellectus *Ordinat. nostræ lib. 3. tit. 20. §. 40. & tit. 69. §. 1.* In quibus deciditur, quando ab interlocutoria liceat appellare, vel non; & quando solum in processu gravamen ab eis interponendum: pro quo præcipue hæc quæstionem præmittimus.

Pro nostræ igitur quæstionis resolutione, prænotandum est irreparabilitatem gravaminis illati per interlocutoriam in eo consistere, quod scilicet non possit reparari per appellationem à definitiva. Ita loquuntur jura de irreparabilitate gravaminum tractantia, scilicet *S. C. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20. ibi. Et cujus gravamen per appellationem à definitiva reparari nequeat. Ord. lib. 3. dicto tit. 69. §. 1. ibi. E pella appellaçam que della fosse interposta se não poderia reparar, &c.* Alia jura antiquiora non nominarunt interlocutorias habentes gravamen irreparabile; unde nec dixerunt, in quo consisteret. Et sensus *Trid. & Ord.* est, quod tunc dicatur irreparabile gravamen per interlocutoriam illatum, quando superior, qui cogniturus est de appellatione interposita à definitiva postea proferenda illud

revocare non potest: reparabile verò dicatur, quando potest illud revocare. In hoc igitur consistere reparabilitatem, sive irreparabilitatem, gravaminis intellexit *Hispanus Legislator leg. 13. tit. 23. partit. 3. in illis verbis. La otra porque en el tiempo, que se ha de dar el juicio affidavitado, la parte que se tuvere por aggraviada del julgador, se puede alçar, y finalca en salvo pera poder demandar, y mostrar ante el juez de la açada todos los aggravamientos, que recibio en el pleito del primero juez.* Ecce ratio, propter quam à simplicibus interlocutorijs prohibet ibi appellationem, quia, scilicet, iudex superior in causa appellationis à definitiva poterit illas, mediante justitia revocare: & sic earum gravamen est reparabile. Per contrarium verò, si id non possit, dicetur gravamen irreparabile. Idem intellegit *Scaccia de sententia, & re judic. glos. 1. quæst. 4. num. 45. versic. Sed. sufficit, & de appellation. quæst. 17. limit. 47. membr. 1. num. 198. versic. Ratio.* Quibus locis satis explicat reparabilitatem consistere in eo quod superior de appellatione definitivæ cognoscens possit emendare interlocutoriam illam; idem videntur sensisse *Gail. lib. 1. observatione 129. n. 2. Gonçal de mensibus glos. 9. in annotatione nullitat, & attent. num. 201. Valasc. cons. 159. num. 2. Thom. Vaz. alleg. 58. num. 19.* Qui omnes, quando loquuntur de irreparabilitate, sive reparabilitate, addunt, *Per appellationem à definitiva, Summarium Joan quod placet Bart. in l. 2. ff. de appellat. recipiend. quod dicit, appellari posse ab interlocutoria, quando gravamen non potest reparari per appellationem definitivam.* Facit, quia, ut infra dicemus, quæstione sequenti gravamina processus, quæ interponuntur in casibus, in quibus gravamen est reparabile, reparantur per superiorem cognoscentem de appellatione definitivæ. *Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 38. & tit. 70. §. 8. Valasc. & Thom. Vaz. ubi proxime, & allegatione 96. num. 62.* Et infra latius probabimus, & satisfaciemus illis, quæ possint contra hic dicta consi-

considerari. Et in effectu idem sentiunt plures Doctores infra referendi num. 33. qui concedunt appellari ab interlocutorijs (à quibus aliàs appellari non poterat) quando à definitiva non potest appellari, quia ex hoc (dicunt ipsi) irreparabile remanet illarum interlocutoriarum gravamen (quod tamen dictum ab omni parte non probamus.) Idem deducitur ex S. C. Trident. sess. 13. de reform. cap. 1. ibi *vel ab ipsa definitiva appellari non possit.* Ergo per contrarium sentiunt, quòd illud est reparabile, quod potest per appellationem à definitiva reparari.

3 Ex duplici autem ratione, non potest superior de appellatione definitivæ cognoscens revocare gravamina aliqua per interlocutorias illata, vel quia factum, quod interlocutoria exequi jubet tale est quod, si exequatur, jam non potest reparari damnum, vel gravamen, quod infert, veluti quòd aliquis torqueatur; Vel, quia, licet ex natura sua commodam reparationem accipiat, tamen non permittunt juris regulæ, quòd possit reparari per appellationem à definitiva, nec superior de ea cognoscens circa talia gravamina se intrmittere; itaut merito dici possit, alia gravamina irreparabilia esse de facto; alia verò de jure.

4 Restat adhuc principale sciendum scilicet, quando superior de appellatione definitivæ cognoscens, possit revocare gravamina illata per discursum causæ; quando verò, & in quibus interlocutorijs id non possit, ut ita cognoscamus, quænam contineat reparabile, vel irreparabile gravamen Et quidem hujusmodi cognitio aperte deducitur ex singulari, & utilissimo textu in cap. finali de appellat. in 6. cujus elegans doctrina, & distinctio nostram quæstionem dilucidè resolvit. Ponamus igitur ejus pulchra verba.

Licet ab interlocutoria (per quam pacti, vel prescriptionis, vel alia principali negotio præjudicans, vel judicium nullum reddens exceptio est repulsa) non fuerit appellatum: si tamen à definitiva (quæ postmodum etiam ultra decendum, pro-

mulgatur) appellari contingat, potest in appellationis causa ipsum gravamen per interlocutoriam eandem illatum licite per appellationis judicem emendari. Ubi verò interlocutoria super eo profertur, quod non parat præjudicium negotio principali, vel judicium nullum reddit, nisi fuerit appellatum ab ipsa: per appellationem à definitiva postea interjectam, gravamen illatum nequaquam poterit revocari.

Ecce textus optimus, qui nobis insinuat aperte, quænam interlocutoria contineat gravamen reparabile per superiorem cognoscentem de appellatione definitivæ, quænam verò irreparabile: nam, ut ex eo apparet, interlocutoria, vel profertur super quæstione, vel exceptione præjudicante negotio principali, idest, faciente, & conducente ad decisionem causæ principalis, & ad condemnandum, vel absolvendum in ea: vel profertur super quæstione, vel exceptione, quæ non continet talem materiam, nec ad condemnandum, vel absolvendum facit, sed ad aliud peculiare interesse incidenter, vel emergenter allegatur.

5 Priorum interlocutoriarum exempla posuit textus noster in exceptione prescriptionis, vel pacti de non petendo, quarum materia est præjudicans negotio principali; & facit ad absolutionem in causa principali consequendam. Posteriorum, scilicet, prolatarum super materia non præjudicante: exempla sint. Finge, quòd pendente lite principali inter me, & Titium ipse petit alimenta ad litem, vel me debere dare fidejussorem ad expensas litis, vel me condemnandum ad expensas alicujus incidentis. Sanè harum, & similiarum allegationum materia non præjudicat negotio principali, nec facit ad absolvendum, vel condemnandum in causa principali, nec ad hujusmodi finem allegatur. Et ad has species universa materia, super qua interlocutoria profertur reducitur, ut ex textu nostro deducitur, & agnovit Legislator noster lib. 3. tit. 20. §. 37. ubi dixit, aliquorum allegationum, sive exceptionum materiam apponi ad fi-

nem

nem absolutionis in causa principali consequendæ; aliarum verò non adhuc, sed ad diversum finem.

Rursus, ut ex textu nostro constat, priorum interlocutoriarum, scilicet, prolatarum, super materia præjudicante, gravamen potest reparari per superiorem de appellatione definitivæ cognoscentem, etiam si ab illis interlocutorijs non sit appellatum. Posteriorum verò non potest per appellationem à definitiva reparari.

Ratio autem differentiæ, quare, scilicet, superior de appellatione definitivæ cognoscens, possit emendare, & revocare interlocutorias prolatas super materia præjudicante; non verò, aliàs, illa apte assignatur, quod, scilicet, cum exceptiones, vel aliæ allegationes materiæ præjudicantis, & facientis ad condemnandum, vel absolvendum, & interlocutoriæ super ipsis prolatae, ordinentur, & dirigantur ad definitivam, ut per eam quis absolvatur, vel adversarius sibi condemnetur, appellatio ab eadem definitiva transfert in iudicem appellationis potestatem, & jurisdictionem ad cognoscendum de interlocutorijs prolatis super dicta materia præjudicante, tanquam de partibus, & antecedentibus necessarijs, sine quibus definitiva rectè profertur non potest ex *textu in cap. prudentiam §. pen. & ult. de Officio Ord. Grat. discep. forens. cap. 169. num. 19.* Et quidem, si in priori instantia fuit inique rejecta exceptio faciens ad absolvendum, v. g. præscriptionis, qualiter iudex superior poterit rite condemnare Reum, quem videt fortè absolvendum, si ejus exceptio fuisset admissa? Facit, quia omnia illa, quæ sunt de meritis causæ (quales sunt interlocutoriæ, de quibus agimus, & quæstiones, vel allegationes, super quibus proferuntur) suppleri possunt in causa appellationis à definitiva, ut scripsit *Francus in cap. Per tuas 58. de appell. num. 2. Scaccia de appell. quæst. 11. num. 45.* Conducit, quoque illa ratio, nam gravamen quod resultat ex interlocutorijs prolatis super quæstionibus præjudicantibus negotio principali, tunc imple-

tur, & ut ita dicam, tunc suum producit effectum, quando definitiva profertur, quia, scilicet, antea nullum aliud damnum afferebat, & erat solum quædam comminatio, quæ prænuñciabat sinistram eventum in definitiva; unde, quando illa profertur, tunc verificatur damnum, quod attulit interlocutoria, & sic appellando à definitiva, videtur etiam appellatum ab interlocutorijs illi præjudicantibus, quæ quodammodo tunc videntur etiam prolatae.

Pro interlocutorijs verò prolatis super exceptionibus nullitatis, quæ in *dicto cap. fin.* ad effectum, de quo agimus, æquiparantur præjudicantibus, ratio assignari potest, nam eam materia tangit substantiam, & essentiam causæ, & processus, qui si nullitate laborat, omnia consequenter corruunt. Unde superior de appellatione definitivæ cognoscens potest revocare, vel emendare interlocutorias super dicta materia prolatas, quemadmodum potest eas, quæ præjudicant negotio principali ex similibus rationibus. Quam differentiæ rationem agnovisse videntur *Glosa verbo, ultra decendum, & ibi optima addit in dicto cap. fin. Scaccia de appellat. quæst. 11. num. 45. & quæst. 17. limit. 6. mem. 7. n. 39. versic. Subdeclara.* non tamen ita distinctè expendunt.

Quæ quidem revocatio per superiorem in dictis casibus facienda est etiam si nullatenus appellatum fuerit à tali interlocutoria, nec definitiva, à qua postea appellatur, si prolata intra decendum, ut saltem ex hoc dici possit ab ea appellando, appellatum etiam fuisse ab interlocutoria intra decendum retro prolata: nam quandocumque prolata fuerit definitiva, per appellationem ab ea devolvitur ad superiorem cognitio & potestas revocandi interlocutorias super materia præjudicante, ut ex nostro textu constat, & inferius latè probabimus, & explicabimus, & dicemus praxim servandam in hujusmodi revocatione & emendatione, sive reparatione gravaminis.

Quando autem interlocutoriæ profertur

runtur super materia nihil faciente ad condemnandum, vel absolvendum in causa principali, idest, super materia non præjudicante, tunc cessant omnes prædictæ rationes, & illius textus dispositio, ex regula *textus in cap. cum cessante de appellatione*. Nec superior virtute appellationis à definitiva circa illas se potest intromittere, nec est ratio, quæ id postulet. Unde necessarium est gravato ab eis appellare, ut potest, & infra dicemus, aliàs illi non restat, tempus, in quo reparetur gravamen per ipsas illarum.

Jam igitur (ni fallimur) ad oculum patet, quanam interlocutoria contineat gravamen reparabile per appellationem à definitiva: nam ex dictis constat præjudicantium negotio principali interlocutoriarum gravamen reparabile esse, cæterarum, idest, non præjudicantium irreparabile, quia, scilicet, de illis, quasi ex officio cognoscit superior, & eas revocat, si videat, revocari debere: de his verò nec cognoscit, nec circa illas se potest intromittere virtute appellationis à definitiva ad eum delatæ.

Nunc ad memoriam reducimus, ab interlocutorijs reparabile gravamen habentibus non licere appellare, ab alijs licere, ut latè probavimus *questione præcedente*.

10 Sed est advertendum, quòd *textus noster*, licèt dixerit, quales interlocutoria haberent gravamen reparabile; tamen non dixit, ab eis, non licere appellare, imò solum dixit, quòd, etiamsi ab eis non appellaretur, possent tamen emendari in appellatione à definitiva, in quo supposit licere, si gravatus vellet ab eis appellare, quòd apertius probatur ex eo, quòd postea *S. C. Trid. dicta sess. 24. de reform. cap. 20. de novo* disposuit, quòd ab interlocutorijs habentibus gravamen reparabile non appellaretur. Et sane ita est, quòd tempore *nostri textus*, & omni jure canonico attento ab omnibus interlocutorijs appellabatur *cap. Super eo, ubi omnes de appellat. Scaccia, cum pluribus de appellat. quest. 17. limit. 47. membr. 1.*

num. 73. & 79. Et habetur expresse in *l. 23. tit. 23. part. 3.* Specialitas igitur, & doctrina *nostri textus* illa est. Quòd, licèt possit appellari ab interlocutorijs præjudicantibus, tamen, licèt non appelleretur, potest gravamen reparari in appellatione à definitiva postea proferenda. Postea verò *Trid. d. cap. 20.* emendando in parte jus canonicum, disposuit, quòd non posset appellari ab his interlocutorijs, quarum gravamen per appellationem à definitiva poterat reparari. Ratio est in promptu, nam appellatio ab interlocutorijs prædictis erat excusata, & sine illa restabat tempus aptum pro revocatione gravaminis illati, scilicet, quando causa deferabatur ad superiorem per appellationem à definitiva. Jus autem cujus officium est amputare dilationes, & litium dispendia, & prolixitatem *l. Properandum C. de jud. cap. Finem litibus de dolo, & cont. cap. Dispendia de rescript. in 6. cap. Cordi de appellat. eodem libro* merito quotidie amputat superflua; unde cum talis esset dicta appellatio ab interlocutorijs, quarum gravamen habebat aptius tempus ad reparationem, merito *S. Trid.* in hoc emendavit jus antiquum canonicum prohibendo has appellationes, quæ per illud concedebantur, & sequutum fuit jus civile, quòd semper eas rejecit, & prohibuit *l. Ante sententia C. quorum appellat. non recip. cum pluribus allegatis quest. præcedenti in principio*, quas rationes prohibendi hujusmodi appellationes expresse probat *d. l. 13. tit. 23. part. 3.*

Advertendum quoque est jam ante *text. in cap. fin. de jure Decretalium* posse superiorem emendare gravamina, de quibus agimus, etiamsi ab illis interlocutorijs fuisset remota appellatio, juxta *text. in cap. Pastoralis in principio de appellat.* Sic intelligendum infra *num. fin.* Cujus obscuram, & indistinctam decisionem declaravit *text. in dist. cap. fin. secundum* cujus distinctionem intelligendus, & declarandus est *text. in cap. Pastoralis.* Concludimus igitur, interlocutorias *re habent.*

habentes reparabile gravamen esse illas, quæ proferuntur super exceptionibus, vel allegationibus præjudicantibus negotio principali, vel super exceptionibus nullitatis: cæteras verò continere gravamen irreparabile, & per consequens, in illis habere locum prohibitionem appellandi, in his verò, scilicet, irreparabile gravamen continentibus appellationis prohibitionem cessare.

Item concludimus prædictâ cognitionem irreparabilitatis gravaminis, sive reparabilitatis aperte deduci ex dicto *textu optimo in cap. fin. de appellat. in 6.* adeo, ut mirum sit, paucissimos tantum Doctores prædicti textus mentem agnovisse; ejus tamen notabilem doctrinam agnovere *Philipp. in cap. cum cessante de appellat. col. 10. refert, & sequitur Maranta de Ord. judic. 6. part. actu 1. tit. de sententia num. 7. in fin. Scaccia de appellat. quest. 11. num. 45. ubi ad propositum textum nostrum allegat, versic. Extende, & num. 55. versic. Infero & n. 98. & quest. 17. limit. 6. membr. 7. num. 32. & n. 74. ubi refert pro eadem parte. Contardum, Bald. Rottam, & Menoch. & de sententia, & re jud. glos. 14. quest. 4. n. 40. & seqq.* Qui in effectu locis citatis nostras rationes, & resolutionem probant, licet postea varij, & quasi ea obliti in specialibus casibus contrarium scripserint. Colligebatur etiam nostra resolutio ex *textu optimo in l. oportet C. de appellat.* ubi appellatio ab interlocutoria prohibetur. Et exempla ponuntur in non admittentes testes, & in jubente instrumenta non exhiberi, quæ aperte sunt de præjudicantibus negotio principali. Et ratio redditur, quia in gradu appellationis potest de his tractari, idest, potest gravamen, si illatum fuerit, reparari. Idem obscure deducitur ex *text. in cap. Pastoralis in principio de appellat.* de cujus intellectu agemus *infra num. fin. Bart. quoque quem, & alios refert, & sequitur Gregor. Lop. ad. l. 13. tit. 23. partit. 3.* in effectu ab his interlocutorijs appellandum non esse, scripsere, licet per alios terminos loquantur præ-

dicti *Doctores*, dicunt enim quod non licet appellare ab illis interlocutorijs, quæ remanent in pluribus terminis verbis, & si rectè attendamus, tales sunt præjudicantes negotio principali, nam ipsæ ad nihilum cogunt litigatorem, nec illi damnum aliquod irrogant, & quod postea evenit, ex definitiva nascitur, cui tantum illæ interlocutoria præjudicant. Cæteri *Doctores* ab hac re fuerunt adeo alieni, ut *Barb. eximius Doctor* scripserit in *l. Si debitori 21. num. 123. ff. de judic.* quod superior de appellatione definitiva cognoscens potest revocare interlocutorias habentes vim definitivarum ab inferiore prolatas, quod, quam incivile sit, nemo non videt.

Et quidem circa prædicta audire videor Legislatorem ita quasi loquentem, & ratiocinantem. *O litigator nullum tibi damnum, aut injuriam infero, imò tuam, & publicam utilitatem præ oculis habeo in prohibendo appellationem, quando interlocutoria, à qua vis appellare est de illis, quæ gravamen reparabile continent, idest, præjudicat cause principali: nam prædicta appellatio omnino tibi est excusata, quia adhuc illa interlocutoria nullum damnum, aut præjudicium tibi infert, & potest coningere, quod nec futurum inferat; nam, licet, v. g. tua peremptoria exceptio, vel alia allegatio, in qua jus tuum fundabas, & per quam sperabas victoriam in definitiva, admissa non sit, adhuc tamen absolvi poteris, cum iudex ex alijs forte moveri possit, ut sententiam finalem pro te proferat, vel etiam forte ante definitivam revocabit (ut potest) interlocutoriam, quæ tibi intulit gravamen. At si tandem contra te definitivam pronuntiaverit, appella ab ea, & tunc superior cognoscens de appellatione ipsius definitive cuncta scrutabitur, quæ sunt in processu. Et si viderit te gravatum in interlocutoria præjudicante negotio principali, v. g. senserit, tuam exceptionem peremptoriam iniquè fuisse rejectam, & quod illa, si probetur, poterit tibi victoriam parare in causa principali, ante aliud reparabis*

rabit dictum gravamen recipiendo scilicet, exceptionem illam, quam intelligit, perperam inferiorem rejecisse licet nullatenus ab illa interlocutoria appellationem interposuisses. Sin autem superior intellexerit interlocutoriam fuisse legitime prolatam ab inferiore, illam non revocabit, & in hoc casu intelliges, quod tibi utile fuit non licere ab illa interlocutoria separatim appellare, nec pro ea ad superiorem recurrere, ille etenim (ut nunc apparet) eam confirmare debuerat. Unde tu in maioribus dispendijs, & laboribus remaneres, si separatim appellationem interposuisses. Jus te ergo, & favorabiliter inspecte prædicta appellationem prohibeo, imò verius non prohibeo, sed ad congruentius tempus differo. Quando vere interlocutoria ex se ibi præjudiciū, aut gravamen infert, & ejus materia nihil facit ad causam principalem, nec ad condemnandum, vel absolvendum in negotio principali conducit, sed determinat punctum diversum, & separatim; cum in isto casu superior de appellatione definitiva postea prolata cognoscens, non possit virtute dictæ appellationis reparare gravamen per illas interlocutorias non præjudicantes negotio principali illatum, nec circa illud se intromittere, appellationis remedium tibi liberè præmittō; nō est enim intentionis meæ illud denegare, nisi quando aliud, & utile tempus pro reparatione gravaminis restat, quod hic non datur, sed in casu primo dicto.

hunc usquē Legislator, cujus præsumpta, sive tacita verba, cujus mens, & ratio explicata, ut supra, & in discursu, semper præ oculis sunt habenda, nam ratione, & justitia sunt plena, & pro his, quæ infra de Jure patrio sunt dicenda, atque pro totius materiæ cognitione maxime necessaria.

Verum, quia DD. quæ dicta sunt, non cognoscentes tot confuse, & variè scripsere, ut ex illis (si libera scriptorum dicta sunt attendenda) quam plura contraria nostræ resolutioni exoriantur, oportet ante aliud in medium adducere auctoritates *Doctōrum* ex quorum scriptis nos-

tra resolutio impugnatur, ut eis satisficiamus. Deinde convenit etiam multipliciter declarare nostram resolutionem, ut integre intelligatur hæc utilissima materia; agendo prius de illa parte resolutionis, qua asserimus, interlocutorias prolatas super materia præjudicante esse illas, quæ in jure dicuntur gravamen reparabile continentes; posteriùs de illa, qua contendimus, ceteras interlocutorias non præjudicantes irreparabile gravamen continere.

Defenditur, & multipliciter declaratur assertio prima.

Ostenditur adhuc apertius, interlocutorias illas continere gravamen irreparabile, quæ proferuntur super materia præjudicante, & ab his appellationem prohiberi.

Primò igitur contra nostram resolutionem quatenus asserit, interlocutorias prolatas super exceptionibus præjudicantibus reparabile gravamen continere, ex diametro scripsere Hieron. Gonçal. de Mensib. & altern. glos. 9. in annot. nullit. & attent. num. 179. dicens, appellationi locum esse, quando articulus, super quo interlocutoria profertur, præjudicat negotio principali, & citat Bart. Bald. Felin. & Greg. Lopes. Idem scripsere Scaccia parum sibi constans de appellat. quæst. 17 limit. 47. num. 198. Gratian. discept. forens. cap. 75. num. 14. item Barbof. in lege. Si debitori 21. num. 99. ff. de judic. ubi dixit, quòd non est mera interlocutoria, quæ determinat aliquid faciens ad causam principalem. Idem sentiunt illi, qui dicunt, vim definitivam habere, & sic appellabilem sententiam interlocutoriam materia facientem ad causam principalis merito, & decisionem. Ita Maranta de Ordine judic. 6. part. tit. Decisoria judicij

*dicij actu 1. num. 44. Valascus, ex sen-
tentiâ eorum, quos citat cons. 47. num. 4.
Gail. observ. lib. 1. observ. 130. num. 6.
Minsinger. cent. 3. observ. 88. numer. 2.
Barbos. cum pluribus ad Ordinât. lib. 3.
tit. 69. num. 4.*

24 Cæterum multipliciter respondemus.
Primò quòd nos non tenemur responde-
re ad libera Doctòrum dicta, ut dixit Jo-
an. Lup. in cap. Per vestras de donat. in-
tervir, & uxor. notab. 3. §. 20. numer.
Sed ad jura, & fundamenta, quorum nul-
lùm fere apud illos scribentes invenimus,
tantum enim aliqui citant, & non expe-
diunt pro illa resolutione *textum in leg.
Intra utile ff. de minoribus*, cui facile in-
ferius respondebimus. Secundò, quòd
Doctòres illi apertè loquuntur contra de-
cisionem, & mentem *textus in dicto cap.
fin.* & contra rationem optimam à nobis
supra expensam, in qua fundatur. Tertiò,
quòd nullus fere ex dictis Doctòribus
materiam, de qua agimus, ex professo
tractavit discutiendo utriusque partis fun-
damenta: unde illis parum est creden-
dum ex Menoch. de præsumpt. lib. 2. præ-
sumpt. 71. numer. 39. qui asserit, opinio-
nem communem non fieri ex Doctòri-
bus, non ex professo, sed perfunctorie, &
ut aiunt, per transenam, illam sequentes.
Lancellot. de attent. 3. part. cap. 28. num.
18. qui hujusmodi scriptoribus sic ali-
quid asserentibus parum esse credendum,
dixit Optime Pat. Sanch. de matrim. lib.
3. disp. 44. num. 2. Et in Decalogum lib.
1. cap. 9. num. 9. in principio. Et adeò
verum est, prædictos Doctòres perfunc-
torie de hac rescripsisse, ut Goncal. dicto
loco num. 174. Barbos. dicto loco, in prin-
cipio Gratian. discep. forens. cap. 77. nu-
mer. 5. videatur non legisse *textum in leg.
Ante sententiâ C. quorum appellat non
racip.* in materia capitalissimum, siquidem
illum allegant *Ante sententiâ*, ut non
legentibus videtur incipere, propter pro-
positionem *Ante*, & quod magis est Gra-
tian. dicta discep. 74. num. 14. ad pro-
bandum, posse appellari ab interlocuto-
ria præjudicante negotio principali, alle-

gat promiscue *textum in dicto cap. fin. de
appellat. in 6. & S. Trident. Concilium*,
quasi idem uterque textus probet, & per
Tridentinum correctum non fuisset di-
ctum *cap. fin.* quod ex regulis antiqui ju-
ris canonici etiam admittebat appellati-
onem ab omni interlocutoria, ut diximus
supra num. 10.

Præterea advertimus *Greg. Lop. à Gon-
çal citatum* tale non dicere, & *Stacciam
pluribus in locis* nostram opinionem se-
quutum, prout *quest. 17. limit. 6. membr.
7. num. 44. & 45. & membr. 7. num. 74.*
& alijs in locis supra citatis. Unde confi-
tat, neque omnes Doctòres illud scripsit
se, neque ejus libera, & perfunctoria dicta
nobis obesse posse, præcipuè cum nostri
instituti sit circa ea immoraria, quæ per-
peram, & sine juris fundamento ab scrip-
toribus sunt tradita, & à Pragmaticis se-
quuta.

De inde, liceat mihi unum quærere à 15
Goncalez, vel ab eo, qui ejus dicta in hoc
defendere voluerit. At *Doctòr ille*, aliàs
sapientissimus, citato loco num. 188. &
189. quòd appellatio semper est permis-
sa, quando interlocutoria, vel habet vim
definitivæ, vel absorbet jus partis, vel con-
tinet gravamen irreparabile, vel præjudi-
cat negotio principali (quòd ultimum
omnino negamus) quæro igitur pro Deo,
& dicat aliquis, in quo ergo remanet pro-
hibitio appellandi ab interlocutoria? Non-
nè in vacuum remanet prohibitio *S. C.
Triden. dicto cap. 20. Ordinât. dicto
tit. 69.* nam *Doctòr ille* recenset omnes
species interlocutoriarum, quæ considera-
ri possunt, & ab omnibus appellationem
admittit. Ergo, &c.

Falluntur certè *Gonçal.* & sequaces, 16
vel per verborum sonum, nam prima fa-
cie, videtur concedenda appellatio ab
interlocutorijs præjudicantibus negotio
principali, & illas continere gravamen
irreparabile, cum tamen attentè confi-
deranti, apertè constet, eo ipso repara-
bile gravamen continere, quia præjudi-
cant negotio principali, cum propter hoc
possint reparari per superiorem de appel-
latione

latione definitivæ cognoscentem, ex dictis supra. Vel falluntur per *textus in dicto cap. finali* in quo non denegatur licentia appellandi ab interlocutorijs præjudicantibus, non advertentes, in hoc correctum esse à *S. Tridentino dicto cap. 20.* Quod prohibuit tanquam excusatam appellationem illam in casibus, in quibus restabat aliud tempus pro reparatione, prout restabat interlocutorijs prolatis super exceptionibus præjudicantibus ex decisione *dicti cap. finali.* Et circa illam latè dictis, & declaratis supra.

17 Restat solum respondere ad *textum in dicta leg. Intra utile ff. de minoribus,* ex quo *textu* summarij *Bart.* deducit, posse appellari ab interlocutoria, quæ quasi totam causam dirimit, & in alijs præjudicium parat, quem *textum* non expensum aliqui ex dictis *Doctoribus* allegant pro sua opinione.

Verum parum nobis obstat, aut pro contraria parte facit, nam responderetur. Primò, casum *textus illius* non esse super appellatione ab interlocutoria, & de appellatione obiter tantum tractare, non disponendo, sed causam narrando, nam non dixit ibi *Jure Cons.* appellari licere ab interlocutoria prolata super restitutione, sed tantum, quod fuit appellatum à sententia pro ætate lata, imò potest defendi, *text.* decidere, appellationem illam de facto interpositam non fuisse de jure interponendam, nam *textus* dicit infra, appellationem illam fuisse injustam: quod aptè potest explicari, id est, non julte interpositam, quasi in casu, in quo non licebat appellare. Unde *textus,* nihil probat & certe ille nihil decidit circa id, de quo agimus, & solum narrat factum. Unde ineptum esset propter talem *textum* discedere à rationabilibus, & benefundatis juris regulis, ut in simili, imò in fortioribus terminis dixit *Pinel. in leg. 13. part. numer. 100. C. de bon. mat.*

Secundò verissimè responderetur, sententiam, de qua ibi, non fuisse interlocu-

toriam, sed definitivam. Nam neque in *textu* interlocutoria nominatur, neque nomen sententiæ, quo utitur, propriè interlocutoria, sed definitivæ competit, tam ex eo, quia verba simpliciter prolata in potiori significato accipi debent ex *textu in cap. penultimo de sententia excommunicationis,* quam ex eo quia regulatiter conveniunt *Doctores,* quod appellatione sententiæ in dubio intelligitur definitiva, non interlocutoria ex *Glos. finali in leg. Quod jussit ff. de re judicat. Cardin. in Clem. 1. quaest. 5. de re judicata. Bart. in leg. Dicere ff. de arbitr. Lan. cellot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 1. num. 8. textus optimi in leg. 2. ff. de appellat. recip. & in lege Ante sententia C. Quorum appellat. non recip. ubi verbum sententia, non solum intelligitur de definitiva, sed excludit interlocutoriam; ergo, cum *textus* ille *indicta leg. Intra utile* dicat, pronunciatum fuisse sententiam, intelligendum est, illam fuisse definitivam: quod magis suadet ex *Glos. 1. in casus positione, in dicta leg. Intra utile,* quæ aperte sentit, sententiam illam, à qua fuit provocatum, fuisse definitivam, Facit optime, quod secundum meliorem opinionem de qua *Glosa, verbo cognoscendum in cap. 1. de Ordine cognit* (quæ predictum intellectum ad dictam *leg. Intra utile* sentire videtur) quando restitutio incidenter petitur, non fit separata pronunciatio super concessione restitutionis, quando illa ad merita causæ allegatur, sed in finali sententia utrumque terminatur, ut apud nos fit, quando exceptiones peremptoriæ opponuntur: nam in infinitiva de illis habetur ratio, & ex illis, justitia mediante, fit absolutio: neque fit super illis separata pronunciatio ex *Bald. Alexand. Ripa, & par,* locis citandis infra *num. 23.* Ita igitur dicendum est accessisse in casu *textus in dicta leg. Intra utile,* & ita explicanda sunt ejus verba ibi, *sententia pro ætate lata,* id est, fuit definitiva pro minore prolata, quia visum fuit, ille competere restitutionem adversus contractum, quo adversarius descen-*

defendebatur. Non igitur ex dicta lege probatur illa, resolutio, quam ex ea summarium *Bart.* & alij videntur probare; debile sanè fundamentum pro illa parte, cum causam tantum narret, nec disponat aliquid prædictus *textus* in materia, de qua agimus, & aperte constet ex omnibus juris regulis, sententiam, de qua ibi, interlocutoriam non fuisse, sed definitivam: quod cum verum sit, nihil ex eo contra nos deducitur.

Sic igitur liberata resolutione, & assertionem nostram ab impugnationibus, jam oportet ad integram hujus materiae intelligentiam, eam multis modis declarare, ampliare, & limitare.

18 Primò igitur ampliari debet prædicta assertio, ut non solum præjudicantes, & reparabile gravamen continentes dicantur interlocutoria illa, quæ rejiciunt exceptiones illas peremptorias, vel nullitatis, de quibus nominatim agitur in dicto *capite finali*, sed etiam rejicientes omnes alias exceptiones peremptorias, vel judicium terrò nullum redentes, quæ considerari poterunt, nam, cum detur eadem ratio, succedit regula *textus in leg. Illud ff. ad leg. Aquilam, leg. Cum pater §. Dulcissimis ff. de legat. 2.* & quamvis solum aliqua nominentur ibi causa exempli, cum exempla regulam non restringat ex *textu in leg. Damni infecti stipulatio ff. de damno infecto, & in leg. 1. ff. de vi, & vi armata, junctis ijs, que notant DD. in leg. 1. C. de revoc. donat. sine quaestione est idem dicendum de interlocutorijs ejusdem naturæ. Ita de rejectione harum exceptionum generaliter firmavit *Scaccia de sententia, & re judicata glos. 14. quaest. 4. num. 53.**

19 Secundò ampliari debet prædicta assertio, ut non solum præjudicantes, & reparabile gravamen continentes dicantur interlocutoria prolata super exceptionibus peremptorijs, sed etiam illa, quæ proferuntur super qualibet allegatione, quaestione, vel alio articulo præjudicante. Exempla sint, Primò interlocutoria, quæ pronuntiat, non esse admittendos

testes, quos offerbam ad probandam meam intentionem facientem ad victoriam consequendam in causa principali, aut admittendos esse testes adversarij, quos non esse admittendos dicebam. Vel secundo interlocutoria, quæ pronuntiat, mihi petenti juramentum suppletorium non præstandum, aut adversario meo deferendum. Vel tertio illa, quæ jubet, me exhibere scripturam meam ad probandam adversarij intentionem, aut, me petente, quod adversarius exhibeat scripturam ad meam probandam intentionem, pronuntiat illum exhibere non teneri, & sic in similibus; nam licet prædicta interlocutoriarum species, non exprimatut pro præjudicante in dicto *cap. finali*, tamen in illa decisione ex identitate rationis comprehenditur; prædictarum namque interlocutoriarum effectus nullus alius est, nisi præjudicare negotio principali, ad cuius merita, & decisionem, absolutionem, vel condemnationem, non ad aliud, allegatur materia illa, super qua interlocutoria profertur; unde dubitandum non est, inter præjudicantes computandas illas, & similes interlocutorias, & perconsequens ab illis appellare non licere; quæ resolutio in specie prioris, & tertij exempli probatur manifeste in *leg. Oportet Cod. de appellat.* ubi deciditur, ab his, & similibus interlocutorijs non appellari, sentit *Valasc. cons. 47. num. 7.* & in tertio exemplo, de quò supra firmat *Gratian. discept. forens. cap. 188. num. fin. & decision. Marchie 36. à numer. 9.* Eam etiam in specie prioris exempli suprapositi firmavit *Scaccia cum Menochio quem allegat dicta quaest. 17. limit. 6. membr. 7. num. 44.* ubi Auctor iste expendit eandem rationem, qua nos fundamur, & dicit, se legaliter, loqui, & merito, nam nullibi ipse, vel alius, quem legerim in hac re, ita benè loquitur, licet ipse parum constans, & satis immemor, contrarium in specie, de qua agimus, scripserit dicta *quaest. 17. limit. 47. n. 137. versic Confirmatur.*

Contrarium etiam scripsere *Bald. in*

leg. Arbitro num. 4. ff. Qui satis dare
 cog. Speculat. tit. de teste §. 1. num. 24.
 Gravatus in annotat. ad prax. vestr. lib. 3.
 cap. 10. num. 6. Aufser. ad Capellam
 Tholosan. decis. ult. num. 3. Osajcus de-
 cision. 25. Surdus decision. Mantuae 36.
 plures, quos refert Barb. in remiss. ad Or-
 din. lib. 3. tit. 69. num. 7. Sed immerito,
 constat enim ex omnibus supra dictis, &
 resolutis, hujusmodi gravamen repara-
 bile esse. In specie vero secundi exempli
 contrarium etiam scripsit Gonçal. dicta
 gloj. 9. in annot. nullu. & attent. num. 195.
 Vt iam responderetur pro ut supra num. 14.
 & sequenti, cum enitum conclusio, & re-
 solutio principalis illorum Doctorum,
 scilicet, appellari posse ab interlocutoria
 præjudicante negotio principali, ut ibi
 probavimus, tuta non sit, nihil mirum si
 eodem morbo laborent specialia dicta,
 quæ ex ea deducunt prædicti Doctores.

20 Tercio ampliari debet prædicta asser-
 tio, ut non solum dicantur præjudican-
 tes exceptiones peremptoriae, & aliæ
 quælibet allegationes, vel articuli facien-
 tes immediate ad condemnandum, vel
 absolvendum, ut proxime firmavimus,
 sed etiam idem dicendum de allegationi-
 bus, & articulis, qui mediatae faciunt ad
 causam principalem, & ejus merita.
 Exemplum sit in interlocutoria, quæ re-
 jicit impedimenta, vel allegationes, per
 quas prærendo admitti ad opponendas
 exceptiones peremptorias, quæ non ad-
 mittebantur, fortè, quia tempore debito,
 & à lege assignato non obtuli, finge in
 terminis Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 19. Vel
 secundo in interlocutoria mihi denegante
 restitutionem petitam ad producendos
 testes, vel exceptiones, & defensiones
 meas formandas, aut adversatio prædicta
 confedente. Ratio ampliationis illa est,
 nam licet hujusmodi interlocutoria non
 præjudicent immediate decisioni causæ
 principalis, mediante tamen præjudi-
 cant. Nam si mihi fuisset concessa resti-
 tutio petita, possem per consequens op-
 ponere meam peremptoriam, vel testes
 ad probandam intentionem meam pro-

ducere, & consequenter possem victo-
 riam prætensam in causa principali con-
 sequi, ergo denegatio restitutionis, &
 similis, est interlocutoria mediatae præ-
 judicans negotio principali. Eadem con-
 sideratio viget, si concedatur restitutio
 adversario in specie, de qua agimus. Un-
 de dicendum est, ab hujusmodi interlocu-
 torijs, & similibus tanquam præjudi-
 cantibus, & reparabile gravamen conti-
 nentibus appellari non posse. Et proba-
 tur ex ijs, quæ in simili resolvit Bart. in
 leg. fin. §. Jusus in fine. ff. de appellat.
 Specul. Nicell. & alij quos refert, & sequi-
 tur Gratianus decis. Marchie 97. num. 9.
 licet perpetam sine fundamento contra-
 rium in dicto restitutionis exemplo re-
 neant Scaccia dicta quæst. 17. limit. 47.
 num. 169. Maranta de Ordin. judic. 6.
 part. tit. de sententia num. 44.

Et alij, quos impugnavimus supra
 num. 14. negantes, ab interlocutoria
 concedente, vel denegante restitutionem
 appellare licere, vel gravamen irrepara-
 bile continere, & intelligentes num. 17.
 textum in dicta leg. Intra utile, ex quo-
 aliqui, illud deducere conabantur.

21 Quarto, ampliari debet prædicta as-
 sertio, ut non solum habeat locum in ex-
 ceptionibus, allegationibus, vel articulis
 præjudicantibus negotio principali, sed
 etiam procedat in illis, quæ incidenti, vel
 emergenti præjudicant. (Appellamus
 hic, & in discursu incidens, & emergens 22
 illud, quod fortè tractatur in causa prin-
 cipali, & dubia, sive quæstiones, quæ
 causæ principalis occasione, & respectu
 tractantur; sive habeant materiam præ-
 judicantem, & facientem ad decisionem
 causæ principalis; sive non contineant
 talem materiam; non tamen ignoramus,
 quid proprie incidens, quid verò emer-
 gens; dicatur secundum glosam, & Doc-
 tores in cap. 1. de Ordin. cognit. Sed hæc
 nomina confundimus, ut fit in Francia,
 & Italia, test. Scaccia de appellat. quæst.
 19. remed. 1. conclus. 29. & 30. Gratian.
 qui tanquam pro synonymis illis nomini-
 bus utitur, discept. Foren. cap. 531. num.

91. Et illis promiscuè utimur ad significandas quæstiones excitatas ratione, & occasione causæ principalis; sive ad ejus decisionem nihil faciant, & contineant materiam non præjudicantem, & quasi separatam, & in nihilo merita causæ tangentem sive per contrarium præjudicantem habeant naturam, Exempla nostræ ampliationis sint. Pendente causa principali, petebat à me adversarius alimentum ad litem, & hæc erat quæstio incidens: ego verò opponebam rationem, vel allegationem aliquam me excusantem à præstatione alimentorum, iudex verò rejectit, hanc meam allegationem, sive excusationem. Vel secundo, petebat Actor, quòd bona, super quibus agebatur lite pendente, sequestrarentur forte ex ratione, & dispositione *Ordinat. lib. 3. tit. 31. in principio*, & hæc erat quæstio incidens: ego verò allegabam, sequestrari non debere, fortè ex ratione *Ordin. prædictæ in §. 5.* Vel tertio, opponente adversarium exceptionem aliquam dilatoriam v. g. pacti de non petendo ad tempus, vel feriarum; ego contra illam exceptionem allegabam, à dicto pacto postea excommuni voluntate nos recessisse, vel adversarium renunciassse feriis. Vel quarto petente adversario, attentata revocatis; ego allegabam aliquid concludens, attentatum non fuisse commissum. Finge ergo, quòd iudex de causa cognoscens non admisit prædictas allegationes, quas ego opponebam, facientes ad merita, & decisionem illius emergentis, sive incidentis. Vel non admisit testes, vel scripturas, aut non concessit juramentum suppletorium ad probandum illud incidens. Ecce hujusmodi, & similes interlocutoria non præjudicant negotio, & causa principali, sed diriguntur ad illud emergens, quod nihil facit ad absolutionem, vel condemnationem in causa principali, ut in unoquoque exemplo patet. Nihilominus tamen dicendæ sunt prædictæ interlocutoria præjudicantes, & reparabile gravamen habentes: nam hujusmodi interlocutoria præjudicant decisioni illius in-

cidentis, & faciant ad interlocutoriam in illo pro, vel contra ferendam, & præjudicium; quod ex illis interlocutoriis generatur illud est, quòd, scilicet, ille cuius allegatio fuit rejecta, vix poterit obtinere, vel pro se sententiam: habere in illo incidenti, sive emergenti, cum id, quod pro se allegat, non sit admissum, neque eidem juramentum suppletorium delatum. Unde proportionabiliter hujusmodi interlocutoria respectu illius incidentis habent se tanquam ceteræ interlocutoria, de quibus supra respectu causæ principalis, & ex identitate rationis, & regula *textus in dicta lege illud ff. ad l. g. Aquiliam* dicendum est supra dictas interlocutorias continere gravamen reparabile: nam cum appellatum fuerit ab interlocutoria finaliter, ut ita dicam, decidente illud emergens (appellari enim potest ab interlocutoria simile emergens decidente, ut infra dicetur) superior de appellatione illius interlocutoria cognoscens, poterit, & iustitia postulante, debet, illud gravamen reparare emendando interlocutoriam præjudicantem illi emergenti, eodem modo, quo debet emendare præjudicantem negotio principali. Sin autem ab interlocutoria super incidenti, vel emergenti proferenda ex aliqua juris, vel Principis prohibitione appellari non possit, tunc succedunt dicenda infra *num. 33.* & sequentibus, quæ quidem, & alia, quæ in hoc articulo asserimus, non invenimus à Doctoribus tacta, & idè illos allegare non potuimus.

Quintò ampliari debet prædicta assertio, ut non solum procedat in interlocutoris rejectentibus exceptiones peremptorias, vel iudicium retrò nullum reddentes, de quibus interlocutoriis nominatim agitur in *dicto cap. finali*, sed etiam in interlocutoriis admittentibus sive decidentibus prædictas exceptiones, vel pronunciantibus, eas probari, vel non probari. Exempla sint primò, si, me opponente nullitatis exceptiones, & illis quidem admissis per iudicem, pronuncietur tandem,

tandem, illas non probari. Vel secundo eisdem terminis suppositis, pronuncietur, exceptiones peremptorias non probari; & quamvis hujusmodi exemplum videatur non posse verificari, nam non solet separatim pronunciari super peremptorijs, imò in ipsa definitiva, ut notat *Glosa magna in cap. 1. ae Ordine cogn. Baldus. Alex. & Ripa*, quos refert, & sequitur *Suar. à Paz in praxi 1. partis tom. 1. tempore 7. num. 4.* tamen, si in aliqua opinione, pro qua tuere allegati à *dicta glosa magna*, vel ex statuto alicujus provinciae sit separatim pronunciandum super peremptorijs, exemplum prædictum verificari poterit, & etiam apud nos potest verificari, quando exceptiones peremptoriae opponuntur in vim dilatoriarum in specie *Ordinat. lib. 3 tit. 20. §. 15. textus optimi in cap. 1. de litis contestatione in 6.* tunc enim, si non probari prædictas exceptiones, pronuncietur, adhuc proceditur in causa, & possunt iterum opponi post litem contestatam in vim peremptorium, ut in *dicta Ordinat.* exprimitur. Adverto tamen, quòd hæc interlocutoria pronuncians, non probari exceptionem peremptoriam, non est simpliciter præjudicans, imò ad certum respectum, de quo *infra num. 28.* continet irreparabile gravamen, & potest dici mixta secundum diversa gravamina, quæ infert. Vel tertio, potest exemplificari in alijs articulis, & allegationibus continentibus materiam pertinentem ad peremptoriam, & merita causæ, si postquam admittæ fuerint, tandem, probari, vel non probari, pronuncietur. In omnibus igitur dictis, & similibus interlocutorijs prolatis super materia peremptoria, in quibus potest verificari, quòd pronunciatio mineat interlocutoria, & non transeat in definitivam, dicendum est, habere locum dispositionem *dicti cap. finali.* & reparabile gravamen continere; sive à principio rejiciat prædictas exceptiones, vel allegationes, sive admittat; sive post eas admittas probari, vel non probari, pronuncietur.

Probatum ampliatio supra facta, & primum exemplum ex *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 33.* ubi appellatio, aut gravamen extra processu denegatur ab interlocutoria prolata super exceptione nullitatis incidenter opposita: ex qua decisione colligitur, tale gravamen esse reparabile, nam ab alijs, quæ sunt irreparabilia, appellationem concedit *Ordin. nostra, ut quæst. 5.* latè dicemus. Probatum etiam ex ijs, quæ *Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 7. num. 44. & 45.* ubi dixit, appellari non posse à rejectione, vel admissione articulorum (nos tamen id indistincte non probamus) nec ab admissione, aut rejectione probationum. Et quidem certum est, quòd, licet *textus in dict. cap. fin.* exemplificet illam decisionem in interlocutorijs rejicientibus exceptiones, de quibus ibi, tamen ex rationis identitate, & regula *textus* in sæpe citata *leg. Illud ff. ad leg. Aquilam* cum similibus, amplianda est illa dispositio, ut procedat etiam in terminis, de quibus loquimur.

Sextò ampliari debet prædicta conclusio, ut non solum dicantur præjudicantes negotio principali quæstiones, exceptiones, vel allegationes, de quibus supra egimus, & interlocutoria super eis prolata, sed etiam illæ, quæ proferuntur super receptione actionis ipsius, idest, libelli, petitionis, vel articulorum, in quibus actio, vel jus intentatum proponitur, v. g. quando admittitur libellus non recipiendus, quia incertus in specie *Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 5.* & juris communis, de quo *in cap. 2. de libelli oblat.* Vel ex alio capite, vel etiam, quando admittuntur contra executionem impedimenta; aut, quando admittuntur in causa articuli suspicionum: nam in terminis prioris exempli interlocutoria illa recipiens libellum præjudicat negotio principali; & operatur fortè condemnationem; quæ fieri non deberet, si non admitteretur. Unde gravamen est reparabile, & superior de appellatione definitiva cognoscens si viderit, libellum

libellum non fuisse admittendum, poterit, & debet providendo super illa interlocutoria eam revocare, & sic absolvere Reum ab instantia: quod sufficere videtur, ut talis interlocutoria, quæ præjudicat instantiæ, dicatur præjudicans negotio principali, cum inter tales connumerentur in *dicto cap. finali*, exceptiones nullitatis, quæ solum instantiæ præjudicant. Sic similiter in alijs exemplis supra positis interlocutoria illa præjudicant illi emergenti, sive incidenti, ad quod diriguntur; unde, cum illud habeat se proportionabiliter respectu interlocutoriarum illi præjudicantium, tanquam vera definitiva respectu interlocutoriarum sibi præjudicantium dicendum est; continere gravamen reparabile per appellationem interponendam ab illa interlocutoria prolata super incidenti, vel emergenti, juxta resoluta *supra num. 21.*

25. Ultimò tandem ampliari debet prædicta assertio, & *textus in dicto capite fin.* decisio, ut non solum procedat in interlocutorijs prolatis in prima instantia, sed etiam in prolatis in secunda, vel ulteriori instantia. Finge, quòd ni gradu appellationis allegatur de novo (ut fieri potest ex dispositione *text. in leg. Per hanc C. de tempor. appellat. Clem. 2. de testibus, Ordin. lib. 3. tit. 83. per tot.*) aliqua exceptio, vel allegatio præjudicans negotio principali, quæ certè, si rejiciatur, vel adversatio admittatur, non aliter dicetur interlocutoria præjudicans, ac si contingeret in prima instantia, & eodem modo in sequenti appellationis gradu, si aliquis adhuc supererit, reparari poterit, ita sentit *Paz in praxi 6. part. tom. 1. in præmio à num. 26. & 5. part. tom. 2. cap. unic. num. 3.*

Colligendo igitur illa, quæ sparsim supra diximus, constat, quòd dispositione *textus in dicto cap. fin. de appellat. in 6.* procedit non solum in exceptionibus peremptorijs ibi expressis, sed etiam in quibuslibet alijs peremptorijs. Item non solum in exceptionibus, sed in quibus-

libet alijs allegationibus, & articulis pertinentibus ad peremptoria, idèst, facientibus ad condemnandum, vel absolvendum. Item procedit, licet exceptiones; aut allegationes non sint præjudicantes immediatè, sed mediatè. Item non solum procedit in exceptionibus, & allegationibus præjudicantibus negotio principali, sed etiam in præjudicantibus incidenti, vel emergenti. Item procedit, non solum in interlocutorijs rejicientibus exceptionibus, vel allegationibus præjudicantes, sed etiam in illis, quæ eas admittunt; probari, vel non probari pronunciant. Item in illis, quæ admittunt libellum, vel articulos principales super aliquo incidenti. Procedit tandem non solum in interlocutorijs prolatis in prima, sed etiam in secunda, vel ulteriori instantia, juxta dicta, & declarata supra suis locis. In omnibus ergo casibus supra relatis interlocutoria continet gravamen reparabile, & per consequens ab ea appellare non licet.

Sic ampliata assertione nostra, aliquibus modis utiliter limitanda venit. 26

Primò igitur limitari debet, ut non procedat, quando interlocutoria profertur super exceptione, & materia, quæ, licet ex natura sua primæva præjudicans sit negotio principali, nec aliud præjudicium inferat parti, tamen taliter opponitur, ut aliam naturam induat: quod contingit in interlocutorijs rejicientibus exceptiones peremptorias, si opponantur in vim dilatoriarum, ut in specie, & terminis *textus in cap. 1. de litis contestat. in 6. & Ordinat. lib. 3. tit. 20. § 15.* Nam, licet ex sua natura primæva hujusmodi exceptiones præjudicantes sint, tamen, quando prædicto modo opponuntur, dilatoriarum naturam sortiuntur, & præjudicantium perdunt, itaut meritò exceptiones istæ mixtæ possint dici. At à dilatoriarum exceptionum rejectione appellari posse, non denegant *Bart. Gonçal. Valasc. Thom. Vaz. & ceteri citandi infra numero 49.*

mero 49. *versic. quinto probatur.* Et facit ratio illa, quia, quando rejicitur exceptio in prædictam vim opposita, irreparabile gravamen resultat: nam, qualiter reparabitur vexatio, & molestia, quæ mihi infertur ex lite illa, in qua proceditur, cum (ut existimo) mihi jus esset eam impediendi, & statim à limine (ut ita dicam) repellendi cum illa exceptione, quæ mihi non admittitur, & per consequens cogor ad me defendendum modo ordinario? Nullatenus certè. Ex qua ratione nostram limitationem probant *Bart. in leg. 2. ff. de appellat. recip. num. 16. & 17. Baldus, Angelus, & alij, quos refert. Paz. statim citandus, Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 7. num. 128. optime quæst. limit. 47. num. 92.* licet immeritò in contrariam partem inclinent *Paz. in praxi 6. part. tom. 1. in præmio num. 23. Scaccia dicta limit. 6. membr. 7. num. 48.* Probatum tandem ex eo, quod generaliter litis vexatio, & molestia habetur progravamine irreparabili, ut scripsere *Bellamera in cap. Super eo num. 16. de appellat. t. elinus in cap. Suborta num. 4. eodem tit.* Nec resolutis proxime obstat *Ordin. dicto lib. 3. tit. 20. §. 15. in fine,* ubi ab interlocutoria rejiciente, vel non probati pronunciante exceptiones in prædictam vim oppositas appellari non potest, nec per viam gravaminis extra processum ad superiorem recurri. Nam respondetur, nos loqui de jure communi, à quo in pluribus infra suo loco notandis, & exponendis Juris Patrii deviat: de qua relatè infra quæstionibus sequentibus.

27 Idem, quod supra resolvimus in exceptionibus peremptorijs oppositis in vim dilatorijs, procedit ex identitate rationis in alijs similibus speciebus, in quibus ultra gravamen, quod infertur negotio principali, aliud considerabile præjudicium parti generatur, v. g. si, lite pendente ante contestationem, vel etiam ante litem, petam ego, quod testes aliqui senes, vel valitudinarij interrogetur ad perpetuam rei memoriam inter-

minis *textus in cap. Quoniam frequenter versic. Nisi forte, ut lite non contestata. Ordinat. lib. 3. tit. 55. §. 7. & id mihi denegetur.* Vel secundo, si admittatur adversario exceptio opposita contra exceptionem, in qua per consequens subsistatur. In quibus casibus, & similibus, licet prædictæ allegationes, & articuli illi ex propria natura pertineant ad præjudicantes, & faciant ad merita, ac per consequens dicendum esset reparabile gravamen producere, tamen respectu alterius damni, quod potest sequi irreparabile est gravamen, nempe, quia in specie prioris exempli mors testium probabiliter timetur; in posteriori verò casu aliud gravamen irreparabile resultat nempe dilatio, quæ causatur illi, qui petendit, executionem fieri sine mora. Unde, cum per interlocutoriam illam differatur, & per consequens privetur commodo representationis, quod æstimabile est ex *textu optimo in §. ex contrario versic. Quod si in diem, ibi propter representationem Instit. delegat;* appellari poterit à prædicta interlocutoria, licet ad alium respectum præjudicans sit, & faciat ad merita illius incidentis, & in ejus decisione possit reparari pronunciendo, scilicet, admitti non debuisse exceptionem illam; nam, ut dictum est aliud diversum affert gravamen irreparabile. Unde in specie, de qua agimus, idem tenet *Scaccia dicta quæst. 17. limit. 47. num. 102.* Et de his, & similibus interlocutorijs dici potest, esse mixtas, sive anomalas, ad unum enim respectum continent reparabile, ad alium verò irreparabile gravamen.

Ex eisdem rationibus supra consideratis poterit aliquando irreparabile gravamen inveniri in interlocutoria admittente exceptiones peremptorias; nam licet illæ ex sua natura præjudicantes sint, & gravamen, quod in admissione fit parti adversæ, possit reparari in definitiva, ejus appellatione pronunciendo, scilicet, exceptionem illam

illam admittendam non fuisse, ac per consequens ad eam non recipiendo, & judicando, tanquam, si nunquam admitteretur, tamen interim Actori infert aliud gravamen separatim, quod non potest reparari, nempe, dilationem, quæ illi causatur, si enim non admitteretur exceptio illa Rei, citius causa Actoris terminaretur. Verum attentè in hoc erit procedendum, nec facile tunc gravamen erit judicandum irreparabile: illa enim dilatio, ut plurimum minimi est momenti, nam eodem tempore, quo Actor facit probationes, Reus quoque suas producit præcipuè apud nos ex *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 5. & tit. 54. in principio*, licet aliud de jure communi fieri deberet: eo enim attento, prius probat Actor, & post fundatam ejus intentionem, non antea, exceptiones probat Reus, *glosa verbo exceptionem in leg. exceptionem Cod. de probat. Ant. Gabr. tit. de testibus conclus. 21. num. 114.* plures citat *Gonçal. ad regulam 8. glos. 9. in annot. nulli, & attent. num. 65.* Et si aliquod parùm considerabile tempus aliquando consumatur, & aliqua dilatio detur, quasi ex judicij natura id procedit; illud enim ex Actoris actione, & Rei exceptionibus formatur. Unde, quòd aliquando injuste aliqua exceptiones peremptoriae admittantur, solum consideratur præjudicium, quod generatur negotij principalis decisioni, & vix considerari potest aliud gravamen; & cum illud sit reparabile ex decisione *textus in dicto cap. fin. & resolutis supra*, consequens est, à prædictis interlocutorijs appellari non posse: quòd quidem de Jure Patrio certum est ex *Ordinat. lib. 3. tit. 25. §. 1. per argumentum à contrario.* (Fatemur tamen quòd ex Jure Nostro non deducitur in hac re argumentum efficax ad probandum idem esse de jure communi, nam in hac materia disponit plura specialia præter, vel contra juris communis dispositionem.) Quòd magis sine quaestione est, quando admissio exceptionis

impugnatur ex eo quòd exceptio vera non est, ut aliqui perpetuam allegant, & in simili exemplo cum *Bart. Angelo, & Ariano, resolvit Scaccia dict. quest. 17. limit. 47. num. 91.*

Neque obstat, quòd scripsit *Gonçal. 29* & nos non semel impugnavimus supra, nempe, ab admissione articuloium appellare licere, falsum enim est in specie, de qua agimus, & omnino dictum illud ita indistinctè procedere non potest, ut sæpe probavimus, & per discursum ad oculos patebit. Non tamen inficiamur, si ex negotij qualitate, & circumstantijs contingat aliquando ex admissione præjudicantium exceptionum, notabilem, & considerabilem dilationem oriri; ex qua parti adversæ considerabile resultet præjudicium, appellari posse juxta ea, quæ supra resolvimus *num. 27.* Et generaliter dicenda sunt intra pluribus locis: Negamus tamen, regulariter ex admissione exceptionem peremptoriam oppositarum ordinatio tempore resultare aliud gravamen præter illud, quòd negotio principali generatur, & ex dictis reparabile est.

Secundò limitari debet prædicta assertio, & decisio *textus in dicto capite finali*, ex quo illa deducitur, ut non procedat, si exceptio peremptoria vel nullitatis rejiciatur, quando post definitivam adversus eam, vel executionem opponitur. Finge, quòd post definitivam prolatam opposuit ille, contra quem fuit premulgata, exceptionem transactionis modò factæ, compensationis, vel nullitatis prætertendens, vel sententiam dici nullam; vel in executione non esse procedendum. Sanè, si similes exceptiones ante definitivam opponerentur, & rejicerentur, dubitari non posset, reparabile gravamen oriri, ut in *dicto capite finali* exprimitur, & sentit Legislator noster *dicto tit. 20. §. 36.* quatenus ab illis, solum in processu gravamen admittit, quando rejiciuntur, cautè tamen loquitur, quando opponuntur incidenter, idest, causa
princi:

principali pendente: at verò quando prædicto tempore, scilicet, post definitivam opponantur certum est, ex rejectione irreparabile gravamen resultaret: nam, cum definitiva jam sit prolata, non restat tempus, in quo reparetur illud gravamen, nec propriè jam præjudicans dici potest prædicta interlocutoria, nulla enim restat sententia proferenda, cui præjudicet, ut patet: unde, cum præjudicans non sit, nec habeat locum decisio *dicti capitis final.* reparabile gravamen producere, dici non potest, imò, si rectè attendatur, cum illa interlocutoria tempore illo rejiciens exceptiones non speret post se aliam dici potest, vim definitivæ habere cum *Scaccia dicta quest. 17. limit. 47. num. 207. Valasco conj. 47. per tot. præcipue num. 1.* (quod tamen nos improbabimus *infra questione sequenti*) à qua appellari, nemo inficiatur imò à parte conceditur in prædicta *Ordinat. & Trident.* Item absorbet illa interlocutoria jus partis; de jure enim deducto in exceptione rejecta post definitivam amplius non agitur, & obsoletum remanet, & ab interlocutorijs absorbentibus partium jus appellari posse, non est dubium, & firmat *Gonçal. dicta glosa 9. num. 189.* Et hic verificari potest, quod generaliter (ingeneralitate tamen perperam) scripsit idem *Gonçal. sup. num. 190.* scilicet, ab articulo rejectione licitum esse appellare. Tandem non absimilis est species, de qua agimus illi, quando, scilicet, actio non admittitur, vel petitio restitutionis principaliter, non incidenter petita rejicitur, vel tandem, aliquod emergens, veluti articuli attentatorum, vel petitio alimentorum etiam incidenter petitorum non admittuntur: in quibus casibus, & exemplis appellari posse, non est dubium, ut de primò exprimitur in *Ordinat. dicto tit. 69. in principio.* Et de alijs certum est ex omnibus juris regulis, & probabitur *infra.* Sic similiter ex eadem ratione in casu, de quo agimus; habent enim propriè pro auctore, ille, qui post defi-

nitivam contra eam, vel contra executionem opponit. Ex quibus, & alijs rationibus, hæc quæ diximus, agnovisse videtur *Scaccia dicta quest. 17. limit. 47. a num. 167. Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 53. num. 38.*

Et notandum, quòd dicta procedunt in terminis suprà exemplificatis; non tamen in omnibus interlocutorijs prolatis post definitivam: nam, si admittis exceptionibus adversarij contra sententiam, vel executionem, ego replicem de materia excusante, & faciente ad merita illius puncti, quo tractatur, & hujusmodi replicatio, sive contrarietas non sit admittis, appellari non poterit, imò interlocutoria illa rejiciens reparabile gravamen continere dicenda erit, nam præjudicat decisioni illius incidentis, in cujus appellatione reparari poterit gravamen juxta suprà dicta, & declarata *num. 21.* Idem, si admittantur, vel rejiciantur testes ad probandum in illo incidenti, de quo agitur post definitivam, restat enim decisio illius articuli, & in ea, vel in appellatione ab interlocutoria illum decidente reparari poterit. Sin verò ab illa interlocutoria, quæ quæstionem illam decidere debet, appellari non possit, succedent dicenda *infra num. 33. cum sequentibus.*

Semper igitur in qualibet specie attendendum est, quid operetur interlocutoria, & an restet definitiva, vel alia interlocutoria proferenda, in cujus appellatione possit reparari gravamen ex ea resultans, & hoc cognito, resolvendum, an contineat reparabile, an verò irreparabile gravamen ex suprà dictis: itaut, si restat proferenda definitiva, vel interlocutoria super incidente, & illis præjudicet interlocutoria, quæ gravamen infert, dicatur, ab ea appellari non posse; restat enim tempus, & occasio, in qua reparetur gravamen. Si verò nulla jam speretur sententia, vel etiam si speretur gravamen, vel interlocutoria, quæ illud infert,

fert,

fert, non sit de præjudicantibus sententia, quæ speratur, tunc gravamen irreparabile, & per consequens appellabile dicatur.

32 Tertio limitari debet prædicta assertio, ut non procedat in interlocutorijs præjudicantibus securitati debiti, tutæque executioni. Exempla sint, si petantur fideijussores, vel rem, de qua agitur, sequestrari, fortè in specie *Ordinat. lib. 3. tit. 31. in principio*, & iudex interlocuatur id concedendo, vel denegando: nam, licet prædictæ interlocutoria, & similes præjudicent tutæ executioni debiti, vel rei petita, & faciant ad illud peculiare, tamen verè præjudicantes non sunt; ad hoc enim requiritur, quòd faciant ad condemnandum, vel absolvendum in causa principali, vel ad decisionem incidentis, vel emergentis, de quo agitur, non verò consideratur, quòd faciat ad bonam executionem, quod est interesse aliud separatum à decisione: unde consequenter ab his appellare licebit, tanquam à non præjudicantibus. Probat limitationem istam *textus in leg. Arbitrio ff. qui satis dare cog. qui agit de specie prioris exempli; de secundo verò Scaccia dict. 9. 17. limit. 6. membr. 2. à num. 14. Maranta de Ordin. judic. tit. de appellat. numer. 296.*

33 Quattò notabiliter aliqui limitant; ut non procedat assertio prædicta, quando à definitiva postea proferenda appellari non potest, quasi tunc non sit gravamen reparabile, cum non restat tempus pro reparatione: siquidem præcluditur via, per quam reparatio posset sperari, scilicet, appellatio à definitiva. Ita placuit *Marantæ*, quem, & alios ab eodem allegatos refert, & sequitur *Gonçal. ubi supra num. 201. qui idem senserat glosa 6. num. 224. & eis non citatis Gratian. discept. forent. cap. 74. à num. 12. cum pluribus allegatis, Scaccia cum alijs, quæst. 17. limit. 6. membr. 6. à num. 22. & in casu speciali Barb. in remiss. ad Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 46. Et in alio casu cum Osasco, & Surdo ab eodem citatis idem*

Barb. ad Ordinat. tit. 21. §. 8. eodem lib. Thom. Vaz. alleg. 96. num. 61. & 62. Ratio, & fundamentum est; nam ideò prohibetur appellatio ab interlocutoria in aliquibus casibus, quia in illis potest gravamen per eam illatum reparari per appellationem à definitiva; unde, si ab ea, appellari non potest, cessat dicta ratio, nec tempus, aut occasio pro reparatione gravaminis restat, ergò cessante ratione, & causa, propter quam prohibetur appellatio, debet cessare prohibitionis effectus argumento *textus in capite Cum cessante de appellation.*

Contrarium tamen defendit *Monoch. 34 de adipiscend. rem. 40. à num. 807.* cum sequent. *Scaccia, ubi proxime, qui num. 32. & 36.* ad hanc partem inclinat, & pro ea refert *Baldum, Rottam, & alios*, eandem amplectitur *Lancellot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 8. num. 9.*

Ego sane existimo, controversiam 35 istam distinctione componendam esse. Nam, aut appellatio à definitiva est prohibita à lege, vel ab homine in favorem causæ, vel Reipublicæ, vel propter eminentiam judicis, quod apud nos frequentissime contingit, quando causa non excedit judicantis jurisdictionem, vulgo *cabe na alçada do juiz*. Vel non est prohibita appellatio à definitiva propter aliquam causam ex supradictis, sed ex negotij eventu contingit, quòd appellari non potest à definitiva.

In priori casu, scilicet, quando appellatio à definitiva prohibetur à lege, vel ab homine in causæ favorem, vel ob Reipublicæ utilitatem, vel judicis eminentiam, qui conveniens visum fuit, quòd in tali quantitate à tali iudice non appellaretur, certum existimamus, appellari non posse ab interlocutorijs præjudicantibus negotio principali; ac per consequens, in hac specie non esse veram prædictam limitationem. Movemur sequentibus fundamentis. Primo quia in illis prohibitionibus à definitiva intendit lex favorem causæ, vel Reipublicæ amputando

do lites, vel earum dilationes: atqui, si in illis causis admitteretur appellatio ab interlocutorijs frustraretur legis intentio, & nec lites abbreviaretur, nec earum expensæ, & incommoda cessarent; cum ergo, quando lex aliquid una via prohibet, alia illud sic prohibitum non sit admittendum, secundum regulam *textus in leg. Oratio ff. de sponsalib.* cum similibus, dicendum est necessariò, quòd, prohibita ex dictis rationibus appellatio à definitiva, videtur etiam prohibita ab interlocutorijs illius causæ.

Secundo, quia interlocutoriæ illæ præjudicantes negotio principali sunt ejusdem naturæ, immò merita, & quasi substantia causæ principalis, ut agnoscit *Scaccia dicta quest. 21. numer. 45. Menoch. ubi sup. numer. 815.* & diximus supra hac *quest. numer. 6.* ergò, prohibita appellatio in causa principali, videtur etiam prohibita à similibus interlocutorijs.

Tertiò, quia, ut supponimus, ab interlocutorijs præjudicantibus negotio principali, de quibus agimus, de jure non licet appellare; ergo ex prohibitione appellandi à definitiva non debet nasci concessio, & licentia appellandi ab interlocutorijs prædictis; inducta enim ad unum effectum non operantur contrarium, nec ex prohibitione potest nasci licentia ex regula *textus in leg. Legata inutiliter* cum ibi notatis *ff. de adimend. legat.* præcipuè cum teneamus, & videamus, nec ab interlocutorijs ex natura sua habentibus irreparabile gravamen appellari, quando à definitiva prohibita est appellatio, ut videmus in Senatu Potuensi à quo non appellatur in criminalibus, quæ ibi finaliter deciduntur, & sic nec etiam ab interlocutoria torturæ (quæ aliàs erat appellabilis) ergò multò minus, quando interlocutoriæ aliàs ex sua natura erant reparabiles, debet licere appellatio.

Quartò, quia, quando alicui conceditur, quod est maius, concessum etiam videtur illud, quod est minus, ex

regula *textus in cap. Ex parte de decimis cap. Pervenerabilem. qui filij sunt legitimi, Regul. Cui licet, de regulis juris in 6.* Ergo, quando alicui conceditur causam principalem appellatione remota terminare, à fortiori illi conceditur incidentia illius causæ appellatione remota decidere.

Quinto in uno ex casibus, & exemplis supra relatis scilicet, quando causa principalis non excedit jurisdictionem, vulgo *cabe na alçada* probatur nostra resolutio aperte ex *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 36. ibi da qual pronunciaçam de nullidade se poderà appellar, ou aggravar, qual no caso couber naõ cabendo na alçada do juiz a causa principalmente intentada.* Et ex *Ordinat. lib. 1. tit. 90. §. 1. ibi, E do que for pello juiz taxado nam avera appellaçam nem agravo se a quantia do principal sobre que o feito se tratava, couber em sua alçada.* Et *lib. 1. tit. 58. §. 25.* Et per argumentum ab speciali ex *Ordinat. dict. lib. 3. tit. 20. §. 9. ibi. Posto que a causa principal caiba na alçada do juiz.* In quibus Ordinationis locis prohibetur appellatio, sive gravamen ab interlocutorijs (à quibus etiam aliàs licet appellare, vel gravamen interponere) quando à definitiva in causa principali prohibita est appellatio, quia, non excedit jurisdictionem judicantis, vulgo *quando a causa principal cabe na alçada;* ergo à fortiori idem est dicendum, quando ab interlocutoria aliàs appellari non potest.

Facit tandem, quia nomine sententiæ venit etiam interlocutoria, quando maior, aut eadem datur ratio, ut dispositio loquens de sententia intelligatur potius, vel tam de interlocutoria, quàm de definitiva, *Lancellot. de attent. 3. part. limit. 1. cap. 12. num. 9.* atqui, ut supra probavimus, quando datur prohibitio appellandi à sententia, datur eadem, & maior ratio, ut intelligatur etiam de interlocutoria, ergo &c.

Idem credimus ex eisdem ferè fundamentis, de interlocutorijs non præjudicanti-

judicantibus negotio principali: nam, licet ab illis aliàs appellare liceret, tamen prohibita appellatione à definitiva propter dictas causas, appellari etiam non poterit ab his interlocutoriis prolatis super emergentibus in illa causa, licet illi non præjudicantibus. Hujusmodi tamen dicti proprius locus est inter limitationes secundæ assertionis inferius explicanda.

- 37 Quæ dicta sunt, procedunt ex identitate rationis, etiam si interlocutoria proferatur post definitivam, à qua appellatio est prohibita ex dictis causis. Nec multum urgent contrariæ partis fundamenta. Non illud, quòd scilicet, quando non potest appellari à definitiva, non restat occasio, in qua possit gravamen reparari; & sic ex hac ratione fit irreparabile: nam responderetur, hanc argumentationem posse convincere, ut liceat in dictis terminis appellare ab interlocutoria, quando aliàs non datur specialis prohibitio, saltè tacita, appellandi ab ea, quæ tamen datur in terminis, de quibus agimus: nam ex dictis rationibus prohibita appellatione à definitiva, etiam ab interlocutoria prohibita censetur, & sic posse tantum convincere prædictam rationem, ut liceat appellare ab interlocutoria in terminis secundi membri dictæ distinctionis, & in casibus, de quibus infra à numer. 43. in quibus potest verificari, non tamen in nostris. Nec injuria est, quod non liceat ab interlocutoria appellare, cum maius gravamen, quod potest resultare à definitiva, remaneat etiam sine remedio reparationis ex justis causis superiorem moventibus ad prohibendam appellationem. Nec injustè disponitur, sed fortè utilissimè, quod causa, quæ tandem potest varias moras unius hominis arbitrio terminanda, & dicenda est, prioris judicis sententia finiatur. Et utinam tot appellationum gradus rescarentur, præcipuè in iudicio Ecclesiastico, in quo lites sunt immortales, ut aliàs carpit *Petrus de Ballapertica in leg. Si ab executione ad fin.*

Cin. in leg. Ante sententiæ C. quorum appellat. non recip. dicentes, (immodestè tamen) quod de jure canonico tot appellationes recipiuntur, quia jura canonica non respexere, nisi ad extensionem pecuniæ: as licet prædicta ratio sit falsissima, & dictum illud damnabile, utilissimum tamen foter immortalitati litium occurrere tot appellationum gradus amputando. Sed hæc nostra non sunt.

Non etiam convincit illud fundamentum, quod, scilicet, prohibitio appellationis sit odiosa, & perconsequens, non extendenda ad interlocutorias ex regula *Odia de regulis juris in 6.* quia responderetur, etiam in odiosis (inter quæ non sine fundamento negari poterit, comprehendendi appellandi prohibitionem) extensionem fieri ad casus, qui ex identitate rationis comprehenduntur, ut probat cum multis *Pater Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 24. numer. 4. Paz in praxi 6. part. tom. 1. in proæmio à numer. 27.* præcipuè, si sine illa extensione lex, vel dispositio frustratoria remaneret, ut in hoc casu contingeret; frustraretur enim intentio legis prohibentis appellationem à definitiva, si ab interlocutoria appellare liceret in eadem causa: *glos. fin. in cap. 2. de usuris lib. 6. Cov. cum pluribus,* quos citat *Var. lib. 3. cap. 3. numer. 9. versic. 5. bonus textus in cap. Si civitas de sententia excommunicat. lib. 6.* facit doctrinam *Bart. in leg. Neque in ea 22. ff. ad leg. Jul. de adulter. in fine ubi per textum ibi resolvit,* argumentum à maioriore rationis, etiam in poenalibus, & odiosis valere; atqui maior ratio datur ad prohibendam appellationem ab interlocutoria, & ut prohibita videretur quando prohibita est à definitiva cum prohibitio appellationis de interlocutoria non de definitiva, in dubio intelligatur, ut firmat *Lancellot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 8. numer. 24. & 25. ergo, &c.*

Neque tandem urget argumentum, quod potest deduci ex *Ordin. nostra lib. 1. tit. 6. §. 8.* quia satisficit dicendo quòd

D

ideo

ideo ibi conceditur provocari ab interlocutoria, quando à definitiva postea proferenda appellari non potest, quia in specie, de qua ibi, causæ principalis decisio non erat commissa Senatori, à cuius interlocutoria provocatur, sed erat commissa Senatui. Unde cessat nostra ratio, qua contendimus, quod, quando causa principalis est commissa à lege, vel ab homine alicuii iudici appellatione remota, prohibita quoque videtur appellatio ab interlocutoria; quod, ut diximus, non contingit in specie *dictæ Ordinationis*, cum non illi iudici causæ principalis decisio sit commissa, sed Senatui: in quo casu, & similibus nos concedimus, appellare licere ab interlocutoriis juxta distinctionem, de qua supra *numer. 33.* & dicenda infra *numero 43.*

- 40 Unum tantummodo pro contraria parte considero non leve fundamentum, quod Authores illos latuisse videtur, & ego illud rejicere potuissem: non tamen in ea summente, ut mea opinio admittatur, si illa vera non sit, ac ita in medium adduco contraria fundamenta, etiam ab aliis non allegata. Facit igitur maxime pro limitatione, quam prædicti Doctores amplectuntur, & nos impugnamus.
- *S. Concil. Trident. sess. 13. de reform. cap. 1.* ibi, *nisi gravamen bujusmodi per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva appellari non possit.* In quibus verbis manifestè sentire videtur prædictam limitationem à nobis reprobata.

- 41 Dupliciter tamen responderetur, Primò illam dispositionem *S. Concil. Trident. dicto, cap. 1.* habere tantum locum in casibus specialibus, de quibus agit, at idem *S. Concil. sepe dicta sess. 24. cap. 20.* (ubi generaliter statuit ab interlocutoriis non esse appellandum) excepisse tantum interlocutoriam habentem vim definitivam, vel gravamen irreparabile, & non adjecisse clausulam, *vel à definitiva appellari non possit.* Unde lex illa specialis, non est trahenda, nec ab ea arguendum ad

alios casus, aut ad regulam aliquam generalem impugnandam, ex regula *quæ à jure, & regula, In argumentum junctis ibi traditis per glosas, & DD. de regulis juris in 6.* Secundo responderetur, quod dispositio dicti decreti *sess. 13. cap. 1.* est intelligenda in terminis habilibus, scilicet, quando ex aliquo eventu, non quando ob causæ favorem, vel iudicis jurisdictionem appellari non potest à definitiva, ut statim exemplificabimus; omnis enim dispositio terminos habiles supponit *ex regula text. in leg. gradatim ff. de muneribus, & honoribus.* In quo sensu non probat limitationem, quam impugnamus.

In secundo autem casu, quando, scilicet, ex eventu negotij, vel ex alia ratione, quæ non sit ex supradictis, appellari non potest à definitiva, fatemur habere posse locum limitationem prædictam, postquæ appellari ab interlocutoria, quia ex eo, quod non licet appletare à definitiva, redditur gravamen irreparabile, quia præcluditur via, per quam reparari debebat: nam in his terminis cessant prædicta fundamenta, quibus moti aliud resolvimus in priori casu, ibi enim ratio prohibitionis appellationis à definitiva postulabat, quod non appellaretur etiam ab interlocutoria, & quod, sicut gravamen, quod poterat inferri per definitivam, irreparabile remanebat, ita etiam à fortiori remaneret illatum per interlocutoriam ex justis, & rationabilibus causis. In terminis autem hujus secundi casus nec datur prohibitio, nec ratio prohibitionis, sed ex eventu contingit, non esse appellandum à definitiva: unde, cum cesserit tempus reparationis gravaminis illati per interlocutoriam præjudicantem, sit irreparabile gravamen, & sic licet appellatur secundum communes regulas, quas in his terminis nihil est quod impediatur.

Qui quidem casus in multis speciebus potest contingere. Primò, quando jam non restat definitiva proferenda; vel quia interlocutoria, de qua agitur fuit prolata

prolata post definitivam, vel quia talis est, quod impedit deviniri ad definitivam, pro ut est illa, quæ imponit finem instantiæ, nam in prædictis casibus non negamus appellari posse ab hujusmodi interlocutoriis in primo casu per resoluta supra *limit. 2.* In secundò verò casu per alias etiam juris regulas communes, secundum quas à talibus interlocutoriis appellatur, & sic in dictis casibus appellatur ab interlocutoria (à qua aliàs appellari non poterat) quia non potest appellari à definitiva; hæc enim proferenda non refert, ut supponimus.

Secundò alius casus potest considerari. Finge, quod causa, quæ tractatur in iudicio ecclesiastico, pendet in tertia instantia respectu utriusque partis. Certum est, quod à definitiva proferenda in tali instantia non licet appellare *ex textu in leg. unic.;* ubi *Bart. Bald. Paul. & communiter scribentes C. Ne liceat in una, & eadem causa, &c. Maranta de Ordin. judic. 6. p. actu 2. sub tit. Et quandoque appellatur num. 280.* poterit tamen appellari ab interlocutoria ex rationibus supra pro limitatione consideratis, quibus in tali casu non videtur ob stare ratio prohibitionis appellandi à definitiva, quia in hoc casu est prohibitio, & ratio generalis, ut litium finis detur, non in favorem alicujus causæ particularis. Ex quibus fortè fundamentis in prædicta specie appellari posse ab interlocutoria, non deficeret *Scaccia dicta quest. 17. limit. 1. num. 12. & quest. 19. limit. 5. num. 52.* Quæ tamen resolutio non transit sine dubitatione.

Tertius, & apud nos frequens casus, in quo potest habere locum prædicta limitatio, & verificari id, quod proximè *num. 42.* resolvimus, est ille, de quo in dicta *Ordin. lib. 1. tit. 6. §. 8.* Ubi quando aliquis Senator, qui cum aliis Senatoribus sibi adjunctis debet proferre definitivam in causa, de qua cognoscit sine appellatione, aut gravamine, potest provocari per petitionem, aut instrumentum ab interlocutoriis, à quibus aliàs provocate non licebat: quod procedit ex supra resolutis,

& nihilominus non obstat nostræ opinioni, nec facit pro limitatione indistinctè sumpta, ut supra latius explicavimus *numero 39.*

Potest igitur habere locum prædicta limitatio in casibus proximè assignatis, & aliis similibus, si inveniantur. At verò quando prohibita est appellatio à definitiva directè ob causæ favorem, vel jurisdictionem iudicij, vulgo, *porque cabe na alçada* prædictam limitationem locum habere non posse credimus, immò, sicut non potest appellari à definitiva, sic non posse ab interlocutoriis, existimamus ex dictis supra *num. 35.*

Illud tamen est advertendum circa proxime dicta, quod in casibus, in quibus appellare conceditur ab interlocutoria, quia non licet appellare à definitiva postea proferenda, debet distingui, an prohibeatur appellatio solum quo ad effectum suspensivum, non quo ad devolutivum, an verò quo ad utrumque; & si quo ad utrumque, tunc dicendum, appellari posse in casibus, in quibus aliàs potest, de quibus *num. precedentibus.* At verò, si solum prohibeatur appellatio quo ad suspensivum, concedatur verò quo ad devolutivum, ab interlocutoria, ex hoc capite, de quo agimus, appellari non poterit, cum enim causa devolvatur ad superiorem, ibi provideri poterit gravatus, & non cessat remedium nec tempus pro reparatione gravaminis illati per interlocutoriam præjudicantem: ex quibus non ita expensis, idem sentit *Scaccia d. q. 17. limit. 6. membr. 7. num. 74. vers. Amplia, & magis in specie limit. 47. num. 96.*

Pro coronide, & omnimoda cognitione eorum, de quibus agimus, præcipuè illius effectus de quo latè supra, scilicet, reparationis gravaminis faciendæ per iudicem de appellatione cognoscentem, advetto, dubitari posse de uno casu frequenti. Finge, quod gravatus fuisti in aliqua interlocutoria super materia præjudicante, v. g. quia non fuit admissa tua exceptio peremptoria; nihilominus tamen, quia Actor suam actionem, & intentiones

entionem non probasse visum fuit, definitiva absolutoria pro te fuit prolata, à qua adversarius appellavit, & iudici de appellatione cognoscenti visum fuit, ac totis intentionem probatam esse vidit tamen, te quoque gravatum in eo, quod fuit rejecta tua exceptio peremptoria, & sentit, ea admitta, & probata, posse te absolvi, licet probata sit actio: nam tua exceptione repellitur. Dubitat tamen, ante providere possit, quia ex parte tua non fuit appellatum à definitiva, unde cessare videntur rationes, & fundamenta, ex quibus te possit providere, omnes enim illæ fundantur in appellatione à definitiva interposita per gravatum in interlocutoria, cessare etiam videtur decisio *textus in dicto cap. fin. de appellat. in. 6.* qui solum loquitur, quando gravatus interlocutoria postea appellavit à definitiva. Verum, his considerationibus non obstantibus, existimo, iudicem cognoscentem de appellatione definitivæ posse in prædicta specie & similibus providere gravatum per interlocutoriam præjudicantem, etiam si non appellasset ipse à definitiva, sed adversarius.

Moveor, nam appellatio est communis, & iudex appellationis tenetur non solum appellanti, sed appellato providere, si eum gravatum in aliquo inveniat, notant *Bart. Bald. & Salicet. per textum ibi in l. Amphorum C. de appellat. Roland. à Valle lib. 1. cons. 41. à num. 42. Gom. ad l. 22. Tauri num. 24. versiculo, Quarto, Gratianus discept. forens. cap. 1. à num. 4. & est apud nos integer titulus 72. lib. 3. Ordinatus. Que, quando os juizeres da alça, da acharem, que o appellado he aggravado, o desagravem, ainda que não appelle. Et facit, nam aliàs ex favorabili definitiva posse illi, pro quo profertur, resultare odium, ut in casu prædicto contingeret contra regulam *text. in l. Quod favore C. de legibus, regula Quod ob gratiam de regulis juris in 6.**

Qualiter autem fieri debeat reparatio gravaminis per Superiorem de appellatione definitivæ cognoscentem, & cetera

omnia, quæ in materia ista in praxi, & theoretica de jure communi, & Regio desiderari possunt, dicemus infra *quest. 5. num. 51.*

Quamvis autem contrarium uno cognito cognoscatur, & aliud ex *text. in princip. Inst. de ijs, qui sunt sui, vel alieni juris, cum similibus*, ac per consequens constando, quamquam interlocutoria contineat gravamen reparabile, consistet per contrarium, omnem aliam irreparabile continere. Rursus, licet posset regula constitui, omnem interlocutoriam præjudicantem vel prolatam super nullitatis exceptione, & nullam, aliam gravamen reparabile continere, & huic regulæ adhaerendo tanquam Bononiensi Carocio (ut aliàs dixit *glos. in l. Omnis definitio ff. de regulis juris*, refert ad aliud *Petr. Rebus. in sua divis. excep. quæ habetur ante illum tit. in digestis num. 65.* ab ea nunquam amoveri possemus jure, aut ratione; tamen ad dilucidam hujus rei cognitionem, etiam de prædicto divisionis membro de secunda, scilicet assertione tractare necessarium, judicavimus.

Agitur de secunda assertione dicente interlocutorias non præjudicantes, continere gravamen irreparabile, & appellabiles esse, latè quæ res ista declaratur.

Secunda, igitur assertio, quæ ex nostra resolutione deducitur, scilicet, interlocutorias prolatas super exceptionibus, vel alijs articulis non præjudicantibus negotio principali irreparabile gravamen producere ac per consequens ab illis appellare licere, probatur ex ijs, quæ supra in principio hujus questionis adduximus ad probationem nostræ resolutionis, & magis patebunt per ea, quæ in discursu sunt dicenda: illa tamen aliquibus indiget declarationibus.

Sed ante aliud adverto, quod ad effectum

etum de quo agimus, nihil interest, quod interlocutoria, à qua appellari prætenditur, sit expressa, an verò tacita per processum scilicet: ad ulteriora. *Ita Gonçal. d. glos. 9. num. 196. Scaccia dict. quæst. 17. limit. 47. num. 138.*

48 Adverto præterea, aliquando etiam exceptiones peremptorias, vel allegationes, quæ ex natura sua præjudicantes sunt, transire in natura non præjudicantium propter modum, quo opponuntur, & sic quando talitèr obijciuntur, pertinere ad hanc secundum assertionem: quod contingit, quando peremptoria in vim dilatoriarum opponuntur, scilicet, ad impediendum litis ingressum in forma *Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 15.* & diximus, probavimus, & exemplificavimus supra *num. 26.* Quibus præmissis, ad ampliandam, & limitendam nostram assertionem procedamus.

49 Amplianda est igitur primo, & notabiliter nostra assertio, ut procedat, etiam si gravamen, quod infertur per interlocutorias non præjudicantes negotio principali habeat ex natura sua commodam reparationem, nec contineat factum maxime gravosum, & omnino, vel difficulter reparabile, ut tortura, & similia: nam licet gravamen tale, vel simile non sit, sed aliàs ex natura sua reparabile: si tamen, jure prohibente, non possit per appellationem à definitiva reparari per superiorem de ea cognoscentem, irreparabile dicendum erit, & interlocutoria illud inferens erit per consequens appellabilis. Exempla sint. Finge, quod pendente causa principali petit Reus ab Actore alimenta ad litem, vel ipsum ad expensas incidentis, vel multam condemnari, vel fideiussores debere præstare fortè ex ratione *Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 6.* vel opponit exceptionem in competentiâ. Certè hæc materia non est præjudicâs negotio principali, nec ad condemnandum, & absolvendum in eo aliqui faciunt tales exceptiones, vel allegationes: neque ad illum finem opponuntur, sed ad aliud peculiare, qui in uno quoque exemplo considerari potest. Unde, quod super ipsis pronunciat iudex, gravamen affert parti,

quod, etiamsi natura sua sit reparabile, quia, scilicet, satis cessat gravamen, quod producitur ex interlocutoria, quæ iudicem competentem judicaverat, si definitiva fortè proferatur pro eo, contra quem fuerat prolata interlocutoria, & sic in similibus; attamen, quia non restat tempus, in quo possit revocari illa interlocutoria, quæ eum competentem judicaverat (nam, cum non sit prolata super materia præjudicante, superior de appellatione definitiva cognoscens non potest illam revocare, ex decisione *text. in d. cap. fin. & latè resolutis supra*) ejus gravamen est irreparabile de jure, licet defacto tale non esset; & sic sententia illud gravamen inferens appellabilis est.

Probatum ampliatio primò, ex viva ratione, quæ pro lege sufficit, ex *text. in l. Si re oportet §. Sufficit ff. de excusat. text. cap. Secundo requiris de appellat* nam viva ratio dicitur, nihil interesse, quod gravamen ex sua natura reparabile sit, si tamen non detur (jure denegante) tempus, aut occasio, in qua revocari, & reparari possit, imò ex hoc irreparabile fieri, non aliter, ac in effectu in curabilis dicitur morbus, quamvis pro eo sanando detur medicamentum efficax, si tamen tale medicamentum non inveniatur, vel qui illud apte applicet, non adsit. Idem contingit in quibuslibet interlocutorijs non præjudicantibus, quia, cum illas revocare non possit superior ex hoc fit irreparabile gravamen, quo per eas infertur; & sic non differt ab eo, quod ex natura sua irreparabile est, ut tortura: sicut enim hoc propter facti qualitatem revocari non potest, sic illud propter jus non concedens superiori circa illud se intromittere per appellationem à definitiva, vel aliàs, nisi ab eadem interlocutoria appelletur, quam appellationem, nos, licere, hic contendimus.

Secundò probatur ex decisione *text. in d. cap. fin. de appellat. in 6.* ubi generaliter dicitur, quod irreparabile est per Superiorem, gravamen illatum per interlocutoriam non præjudicantem: ergo illa

generalitas non potest restringi ad eas interlocutorias, quæ producunt gravamen natura sua irreparabile, ut tortura, sed extendenda est ad omnes, & quascunque interlocutorias, quæ negotio principali non præjudicant, & quas superior de appellatione à definitiva cognoscens non potest revocare, quia per id omnes illæ irreparabile continent gravamen.

Tertiò probatur ampliatio ex *l. 3. tit. 23. part. 3.* ubi Hispanus Legislator agnovit, irreparabilitatem consistere in eo, quòd iudex Superior non possit per appellationem à definitiva emendare interlocutorias in processu prolatas; unde, cum in his, de quibus agimus, id propriè contingat, de illis etiam intelligenda est concessio appellandi, de qua *in dict. Ordin. dict. tit. 30. tit. 69. & Trident. dict. sess. 24. cap. 20.* ubi conceditur appellatio ab interlocutorijs irreparabile gravamen continentibus.

Quartò probatur ex ijs quæ *Maranta, Gonçal. Grat. Scaccia, & alij relati à num. 33.* concedentes appellationem à quibuscunque interlocutorijs, quando non potest appellari à definitiva postea proferenda, ex eo, quia in tali casu, cum gravamen illarum interlocutoriarum non possit reparari in appellatione à definitiva, siquidem ista prohibita est, irreparabile remanet, & sic appellabile; ergo ex opinione illorum Doctorum (quam tamen supra declaravimus) irreparabile est quodcunque gravamen à qualibet simplici interlocutoria illatum, si non possit reparari in appellatione à definitiva, licet non sit tortura, vel simile natura ipsa irreparabile.

Quintò, probatur ex omni fere Doctorum Scholas non enim illi negat, appellari posse ab interlocutorijs super exceptione incompetentiæ, & alijs dilatorijs, & ab illis, quæ dari, vel fieri pronunciant, & passim à multis alijs, ut in primo exemplo concedit *Gail. lib. 1. observ. 129. num. 2. cum Bart. Albert. Laz. Franco, & alijs, & generaliter de omnibus dilatorijs Bart. in l. 2. ff. de appellat. recip. num. 3. Paz in*

*praxi sexta partis tom. 1. in proæmio n. 23. Valasc. cons. 47. num. 5. Thom. Vaz. allegat. 53. num. 4. Gonçal. ad regulam 8. Cancel. glos. 9. in an. nullit. & attent. n. 196. Scaccia bonam addens rationē q. 17. limit. 6. membr. 7. num. 47. & lim. 47. n. 65. & de sententia, & re judicata glos. 14. quest. 4. num. 46. vers. Primum ergo aperitissime constat ex auctoritate ipsorum Doctorum (quorum aliqui statim obliti contrarium asserunt) quascunque interlocutorias appellabiles esse, cum gravamen earum non sit reparabile. Neque est aliud capud, ex quo possit in dictis exceptionibus, & interlocutorijs super ipsis prolatis concedi appellatio, nisi ex capite irreparabilitatis: nam illæ interlocutoria, per quas iudex competens judicatur, vel dilatoria rejicitur, non habent vim definitivarum, ut questione sequenti demonstrabimus, nec ex tali capite dicunt prædicti Doctores, illas appellabiles esse, imò *Gail. dicto loco* expressè dicit, quòd ratione irreparabilitatis, quia scilicet, interlocutoria (de qua loquitur) prolata super exceptione incompetentiæ gravamen irreparabile continet. Unde, cum dictæ interlocutoria non sint definitivarum vim habentes, & appellabiles sine distinctione dicantur, prout in veritate sunt, certum remanet, ex eo esse, quia continent gravamen irreparabile, cum tantum ex illo, vel ex hoc capite concedatur appellatio per dictam *Ordinat. & Trident.* Et sic constat, non solas interlocutorias torturæ, & similes continentes factum natura ipsa irreparabile dicendas esse continere gravamen irreparabile, sed omnes, quæ non possunt in appellatione à definitiva revocari.*

Verum contra dictam appellationem 50 obstat opinio plurimorum scribentium, qui existimant, solas illas interlocutorias irreparabile gravamen continere, quæ scilicet, continent aliquod factum, quod natura ipsa irreparabile sit, veluti tortura, quæ semel illata, jam cessare non potest, nec revocari gravamen per illam illatum, ut patet, ac per consequens negare

negare videntur, interlocutorias ceteras posse gravamen irreparabile continere. Ita opinatos fuisse videntur *Lancellot. & ab eodem allegati, de attent. 2. part. cap. 12. limit. 1. num. 101. cum sequentibus*, ubi declarare intendens, quamnam interlocutoria irreparabile gravamen contineret, posuit exemplum in tortura. Idem intellexisse videtur *Aloysius Reccius collect. 642.* qui idem exponens ad intelligentiam *Trid. dicto cap. 20.* exemplificat in tortura, carceratione, & quod ridiculosum videtur, in sententia suspensionis in furca, aut decollationis, quasi hæ interlocutoria essent, aut posset dubitari, tales sententias irreparabile gravamen continere. Idem existimasse videtur *August. Barb. cum pluribus quos citat ad Trid. dict. cap. 20. verbo, & cujus gravamen Barbosa item pater ad Ordin. lib. 3. dict. tit. 69. §. 1. cum alijs ab eodem latè citatis.*

Pro quorum opinione facit *textus in leg. 2. ff. de appellat. recipiend.* ubi deciditur, ab interlocutoria pronunciante, aliquem quæstioni subjiciendum, appellari posse: quod per contrarium in alijs diversæ qualitatis videtur denegatum argumento *textus in leg. Cum Prætor. ff. de jud. Item Ordin. nostra lib. 3. dicto tit. 69. §. 1.* quæ similiter disponens, appellationem licere, quando gravamen est irreparabile, exemplum posuit in tortura. Item similiter *lex. 13. tit. 23. part. 3.* Faciunt Declarationes congestæ per *Gallemart. ad S. C. Trident. dicta sess. 24. cap. 20. verbo. Et cujus gravamen*, quæ similiter gravaminis irreparabilis exemplum in tortura ponunt, & in similibus continentibus factum in se gravosum, & natura ipsa irreparabile.

51 Verum non est recedendum à nostra ampliatione, utpotè solidissimis juris regulis fundata, quibus responderi non poterit, si contrarium asseratur. Ad jura verò suprâ pro contraria parte allegata responderetur, illa quidem in sensu directo nihil nobis obstat; dicunt enim, quod potest appellari ab interlocutoria pronunciante, aliquem torquendum: quod nos quoque

asserimus cognoscentes, duobus modis gravamen esse irreparabile: vel ex natura sua, utpote tortura, aut simile: vel ex jure, quia licet ex natura sua posset gravamen commodam recipere reparationem, tamen jus non concedit, quod superior in appellatione à definitiva illud revocet; unde irreparabile manet ex dictis latè suprâ. Nihil igitur jura illa contra nos faciunt in sensu directo, quapropter adversarij videntur ab illis juribus deducere argumentum ab speciali, vel à contrario sensu, dicendo. Ab interlocutorijs hujusmodi naturæ conceditur appellare: ergo ab alijs denegatur. Sed responderetur, hujusmodi argumentationes non valere, quando contrarium in jure est certum, ut deducitur *ex textu in cap. A nobis 02. de sententia excommunicat. ubi Abbas num. 4. glos. in cap. unico verbo, Permittimus, de etate, & qualitate in 6. Greg. Lopez leg. 17. verbo, Descendissent tit. 1. part. 6. Mantica de conjectur. ultim. voluntat. lib. 3. tit. 15. num. 13. Gutier. præct. quæst. 3. num. 14. Everardus in suis topicis loco à contrario sensu num. 8.* atqui in texto in dicto *cap. fin. de appellat. in 6. junctis ijs, quæ suprâ adduximus*, expressum est, irreparabile esse gravamen illatum per quamcunque interlocutoriam prolatam super eo, quod non præjudicat negotio principali, vel judicium retrò nullum non reddit: ergo id non debet destrui per illas argumentationes deductas ex indirecto sensu.

Quod magis suadetur, nam etiam prædictæ argumentationes non valent, quando in casu contrario militat maior, vel eadem ratio *Everardus suprâ numer. 12. P. Sauch. de matrim. lib. 9. disp. 32. n. 11.* atqui, si aliqua ratio potest considerari, ut videatur ex illis juribus deduci, alias interlocutorias non habere gravamen irreparabile, maior ratio datur, ut potius dicantur gravamen habere irreparabile, cum cesserit occasio, in qua possint emendari, siquidem superior per appellationem à definitiva id non potest juxta suprâ resoluta; ergo prædictæ argumen-

tatio,

rationes ex indirecto sensu deductæ non possunt evincere, quòd jus, & ratio, quæ sunt in contrarium, destruantur.

52 Secundo, responderet Jure Consultum in dicta leg. 2. exempli causa locutum fuisse in interlocutoria tortura, ut agnoscit ibi *glos. 1.* Unde *Ordnatio nostra, & Lex Castellæ* illum sequentes eodem exemplo usæ fuere; exempla autem repulam non restringunt ex *textu in leg. Damni infecti stipulatio ff. de damno infecto, & in leg. 1. ff. de vi, & vi armata, & not. per doct. in leg. 1. C. de raptu virg. Tiraq. in leg. Si unquam verbo liberis C. de revoc. donat. num. 37.* unde, cum *Tridentinum, Ordinatio nostra, & Lex Castellæ*, concedant appellari ab interlocutorijs continentibus gravamen irreparabile, hæc regula non est restringenda ad casum exempli: quod magis suadetur, nam illa ipsa *Lex Castellæ* ibidem agnoscit, irreparabilitatem consistere in eo, quòd per appellationem à definitiva non possit gravamen revocari & generaliter concedit appellationem ab omnibus interlocutorijs, in quibus illud accidit. Unde satis videtur, Legislatorem illum intellexisse, non esse regulam restringendam ad exemplum, quod posuit in una ex speciebus interlocutoriarum irreparabilium. Ex quibus nostra ampliatio tuta remanet.

53 Amplianda est secundò dicta assertio, ut procedat, etiam si gravamen possit cessare per definitivam, nam nihilominus interlocutoria non præjudicantes negotio principali dicendæ erunt irreparabiles, & sic appellabiles exemplum sit, interlocutoria, quæ rejicit exceptionem incompetentiæ, vel aliam dilatoriam v. g. pacti de non petendo ad tempus, quatum interlocutoriarum gravamen potest cessare, si contingat definitivam proferri proponente illas exceptiones: nam, si proponente incompetentiæ exceptionem, vel pacti de non petendo ad tempus, definitiva proferatur, & absolvatur à causa, satis, superque cesset gravamen, quod ex refectione prædictarum exceptionem infertabatur; nihilominus tamen certissimum

est, tales interlocutorias continere gravamen irreparabile, nam, licet ex eventu cesset gravamen, hoc non sufficit, requiritur enim, quòd possit cessare per revocationem superioris, qui cogniturus est de appellatione definitiva, quod in istis non potest.

Probatür ampliatio primo ex latè dictis supra *num. 11.* ubi probavimus cum multis juribus, & doctoribus, omnes, & solas illas interlocutorias dici gravamen reparabile continere, quæ præjudicant negotio principali, & revocari possunt per superiorem de appellatione definitiva cognoscentem, unde, cum in terminis, de quibus agimus, id non contingat, non potest dici gravamen reparabile imò irreparabile, & sic appellabilis sententia, quæ illud producit.

Secundo probatur ex *text. in leg. Arbitro ff. qui satisfacere cogantur*, ubi conceditur appellatio ab interlocutoria, quæ minus idoneos fideiussores admittit: & tamen certum est, quòd hoc gravamen ex eventu posset cessare, si victor inveniret apud principalem sufficientia bona pro executione debiti: ergo ex eventu sententiæ, non potest considerari reparabile gravamen.

Tertiò probatur ex auctoritate Doctorum, quos citavimus supra *num. 33.* existimantium, appellari posse à qualibet interlocutoria, quando non potest appellari à definitiva postea proferenda, quia, ut ipsi aiunt, per hoc irreparabile remanet gravamen per eam illatum: ergo aperte sentiant, non esse gravamen reparabile, quia potest cessare per definitivam cum illa proferenda sit, & per ejus eventum possit cessare gravamen interlocutoriarum, ut supra exemplificando consideravimus, tamen Doctores illi asserunt, interlocutorias esse irreparabiles, cum non possit appellari à definitiva, & per consequens superior non possit illas revocare.

Quartò ex ipsa naturali ratio constat, non posse dici, reparabile esse gravamen interlocutoria, quia cessare potest per definitivam,

finitivam, si tandem ipsa proferatur pro gravato per interlocutoriam; nam quis potest asserere, mihi non fieri gravamen, si rejecta iniquè mea exceptione dilatoria, qua tutus eram, cogat respondere super causa principali, & exponi periculo reportandi definitivam mihi contrariam: aut reparabile esse tale gravamen ex eo, quia, si fortè pro me in causa proferatur definitiva cessabit gravamen illud? Nemo sanè, qui in hac re non hallucinetur; nam ego per interlocutoriam illam remaneo privatus à jure illo, quod habebam v. g. ad non respondendum super principali, & quamvis etiam in eo possim fortè victor existere, tamen apertissimum est, securiorem me esse, si neque adversarius audiretur super principali mea exceptione obstante, non aliter, ac ineptissimè diceretur alicui gravamen sibi illatum per interlocutoriam pronunciantem, comparere debere in loco non tuto, reparabile esse, quia posset fortè locus, esse tutus, & ille ibi non offendi contra *Ordinat. lib. 3. tit. 69. §. 2. cum alijs quæ adducit Scaccia de appellat. q. 17. limit. 47. membr. 1. num. 8.*

Neque enim, quòd ex eventu periculum, sive damnum possit cessare aliquid operatur, ut illud dicatur reparabile, sed requiritur, quòd detur tempus, & modus directus (ut ita dicam) ad revocationem gravaminis illati: quod in nostris terminis tunc contingit, quando superior de appellatione à definitiva cognoscens cognoscit etiam de interlocutorijs, & eas revocat, si invenit, injustè prolatas, ac si ab ipsis speciatim fuisset appellatum, & in hoc, & non in eventu, vel casu definitiva sic, vel sic prolata, consistit reparabilitas; unde illa non invenitur indictis terminis, & planè procedit ampliatio nostra.

Quintò tandem probatur ex auctoritate Doctorum citatorum supra *num. 49.* concedentium appellationem ab interlocutorijs super dilatorijs, & aliqui (ut *Gayl ibi citatus*) addunt quia continet interlocutoria (de qua agit) gravamen irreparabile, & si reparabilitas considera-

retur ex eo, quòd posset cessare gravamen, si definitiva contingeret progravato proferri, omnium ferè interlocutoriarum super dilatorijs prolatarum gravamen diceretur reparabile, & sic non appellabile, cum posset per illum modum cessare, sed non consideratur ex eo reparabilitas, ideo Doctores ab eis, tanquam irreparabile gravamen continentibus, appellationem concedunt.

Verùm contra nostram ampliationem *54* facere videtur *Ordinat. lib. 3. dict. tit. 69. §. 1. ibi Pella definitiva, item S.C. Trid. sess. 13. de reform. cap. 1. ibi, Nisi gravamen hujusmodi per definitivam reparari non possit.* Ex quibus juribus probari videtur irreparabilitatem consistere in eo quòd gravamen non possit cessare per definitivam, & per contrarium reparabilitatem in eo, quòd possit cessare per definitivam. Pro eodem intelligendi modo videntur esse *Scaccia de appellat. quest. 17. limit. 6. membr. 7. num. 39.* ubi dixit, per eventum definitiva cessare gravamen per interlocutoriam illarum. Idem credidisse videntur *Stur. de Paz. cum Bart. & alijs quos allegat. 6. p. tom. 1. in proæmio num. 22.* ubi dicit, quòd illud est gravamen irreparabile, quod non potest cessare, etiam si pro gravato proferatur definitiva, contrarium, per contrarium sentiens. Idem existimasse videtur *Menoch. de adipisc. rem. 4.* ubi asserit, reparabile esse gravamen illatum per sententiam in possessorio prolatam, quia potest cessare, si, instituto iudicio super proprietate, sententia proferatur pro eo, contra quem fuerat in possessorio prolata.

Responderetur tamen ad *Ordinationem nostram dicto tit. 69. §. 1.* Ordinationem prædictam nullatenus asserere simpliciter, posse gravamen dici reparabile ex eo, quòd potest cessare per definitivam, sed quia potest cessare per appellationem à definitiva, quando autem non eveniat cessare per eventum definitiva: quando enim Legislator concedit alicui proprium, & ordinarium remedium pro reparatione gravaminis, vel pro alio quocun-

que

quæ jure consequendo, recte addit, etiam aliis modis gravamen cessare posse, vel jus suum consequi, veluti, quando Legislator dicit, *Creditor petit à debitore suo extrajudicialiter solutionem, & si non satis faciat, liceat illi vocare debitorem ad juicium, & eum cogere ad solutionem.* Vel quando Pater, qui filio ad remota loco proficiscenti dicit, *Vade, & credo, quod invenes talem amicum, vel consanguineum, qui tibi necessaria subministrant, si tamen non invenias accè tibi trado pecunias ad necessitates tuas sublevandas.* Non tamen in dictis exemplis inveniuntur duo modi, per quos possit cessare damnum, & indemnitas conservari, sed unus tantum, scilicet, actio in primo exemplo, & tradito pecuniæ in secundo; isti enim sunt modi proprii, & directi ad illos fines consequendos, & indemnitas conservandam, illis tamen suppositis, & competentibus, bene asseritur, etiam ex eventu cessare posse ex aliis capitibus damnum, vel gravamen, non quòd ex illo solum posset dici conservari indemnitas (nam per contrarium patet, quod si in primo exemplo solum consideretur modus petendi extrajudicialiter, non actio ad petendum in judicio, non posset dici creditor indemnitas esse, aut præjudicium non pati, quamvis forte sine actione proposita posset suum consequi; & sic similiter in specie secundi exempli, si pecunia non traderetur) sed ex eo, quia dato quòd in specie dictorum exemplorum non possit extrajudicialis petitio, vel amici, aut consanguinei non inveniatur, restat proprium, & directum remedium pro indemnitate conservanda, scilicet, actio in judicio proposita in specie prioris exempli, & pecunia in specie secundi.

Ex his patet similiter considerasse nostrum Legislatorem, posse in definitiva ex eventu cessare gravamen, si fortè illa pronunciaretur pro gravato per interlocutoriam, quando tamen proprium, & directum remedium restat gravato, scilicet, tempus appellationis à definitiva, in qua talis interlocutoria possit, justitia medi-

ante, revocari. Deficiente tamen hoc proprio, & directo modo reparationis, & indemnitas conservandæ, quia scilicet, talis est interlocutoria, ut non possit revocari per appellationem à definitiva, aliàs nequeat illo tempore, ex quacumque causa emendari, non poterit dici reparabile esse gravamen, quia potest ex eventu definitive cessare, nam omnino ad id requiritur, proprium, & directum modum reparationis salvum remanere, propter quod *Ordinatio nostra*, non simpliciter dixit *Pella definitiva*, sed adjecit: *& pella appellatam que della fosse interposta.* Ex quibus patet verus *Ordinationis* sensus, & propriam reparabilitatem considerari in appellatione à definitiva, non in eventu definitive.

Eodem modo respondetur ad *S. Conc. 56 Trident. sess. 13. de reforma cap. 1.* nam idem sensit per illam adjectionem, ibi *vel à definitiva appellari non possit.* Respondetur præterea, ut supra n. 41.

Ad auctoritatem Doctorum, ut non semel diximus, respondetur, nos non teneri ad ejus dicta, sed ad fundamenta respondere. Deinde respondetur, dictum *Scaccia* nobis non obstare, nam non inficiamur, quòd per eventum definitive cessare potest gravamen per interlocutoriam illarum: negamus tamen per id, solum reparabile dici. Ad dictum *Suares de Paz* respondetur concedendo, irreparabile esse secundum naturam ipsam, gravamen illud, quod non potest cessare per definitivam; & per contrarium reparabile, secundum ipsam naturam, illud, quod potest cessare per definitivam, & dari aliam speciem gravaminum irreparabilium, scilicet, eorum, quæ jure ipso sunt irreparabilia, quia, scilicet, reparari nequeunt per appellationem à definitiva nec judex superior de illa cognoscens potest circa illa se intromittere: quorum gravaminum irreparabilitas, cum in eo, quod dictum est, consistat, non cessat, quia, possit cessare per eventum definitive. ad dictum *Mench.* respondetur falsum esse.

Tertio

57 Tertiò amplianda est prædicta assertio, ut procedat, licet gravamen, quod infert interlocutoria, leve sit: nam, licet parvi videatur momenti, appellari tamen poterit, cum interlocutoria non sit prolata super materia præjudicante. Probat^{ur} primo, quia jura concedentia appellare ab interlocutoriis continentibus gravamen irreparabile non distinguunt, inter gravamen magnum, vel parvum afferens præjudicium; unde indistinctè etiam debemus appellationem, tam ab iis, quam ab illis concedere, argumento, *textus in l. De pretio ff. de public. act. cum vulgaribus*. Secundo, quia magis, & minus non constituunt differentiam specificam, immò, ejusdem sunt generis, ex *textu in l. fin. ff. de fundo instructo*, ergo, quod de gravaminibus dicitur, intelligitur tam de maioribus quam de minoribus. Tertiò probatur ex *text. in dict. l. Sciatis. cuncti, & in l. Et in maioribus, juncto summo Salicet ibi C. de appellat. & in cap. De appellationibus eodem tit. de appellat.* quibus juribus sic permittitur appellare in causis levioribus, quemadmodum in gravioribus, nec denegatur appellatio ab aliquo gravamine, licet leve reputetur. Unde, cum jura prædicta Tridentinum, scilicet, & *Ordinat.* solum prohibeant appellationem, quando gravamen est reparabile per appellationem à definitiva, concedendum necessariò est, si irreparabile sit, ab eo appellari posse, licet leve reputetur, nam in hoc antiqua jura immutata permanent, & succedit regula *text. in l. Precipimus C. de appellat.* Nec scribentes, quæ proximè diximus inficiantur, nam *Gratianus, Gonçal. & alij relati per Bar. ad Ordinat. dicto tit. 69. numer. 2.* fatentur, appellari posse ab interlocutoria, quamvis gravamen reparari possit, si tamen ex toto nequeat reparari. Idem tenet *Gaul. lib. 1. observ. 129. num. 2. Felinus in rubr. de re judicata num. 2.* ergo etiam pro qualitate parte gravaminis conceditur appellatio. Item *Bart.* quem refert, & sequitur *Paz in praxi 6. partis tom. 1. in proemio nam. 23.* qui scripsit,

appellari posse ab interlocutoria, etiam si ex ea solum molestia, & vexatio litis oriatur. Item *Maranta dicta 6. parte de Ordine judiciorum tit. de sententia num. 45.* ubi firmavit, appellari posse ab omni interlocutoria, quæ dari, vel fieri pronunciat. Plures casus minimi gravaminis, & tamen appellabiles ponit *Scaccia dicta quest. 17. limit. 47. membr. 1. num. 95. cum multis sequentibus.*

Neque obstat *Ordinatio nostra dicto tit. 69. §. 1. & lib. 5. tit. 122. §. 3. junctis declaracionibus S. Congregationis ad dictum Trident.* ubi pro exemplis gravaminum irreparabilium ponuntur tortura, carcer, & similia gravissimi præjudij gravamina, quasi hæc solum, & similia sint appellabilia: nam responderetur facilimè, ut supra *num. 52. & 53.*

Ex qua ampliacione infertur, preperam scripsisse *Alexand. Aretin. Felinum, & alios*, quos refert, & sequitur *Barb. ad l. Si debitori 21. num. 98. ff. de judic.* meram interlocutoriarum esse illam, quæ aliquid leve determinat, & non faciens ad substantiam causæ, nam per contrarium mera interlocutoria, & non appellabilis est illa; quæ, licet grave aliquid determinet, illud causæ tantum principali præjudicium causat, cum enim possit postea per appellationem à definitiva reparari, mera interlocutoria est, ut interlocutoria pronuntians, rejiciendam exceptionem reddentem processum nullum, quæ nihilominus reparabile gravamen continet, ut scribit *Scaccia de sententia, & re judicata glos. 14. quest. 4. num. 50.* si verò super materia non præjudicante proferatur cum gravamen, quod causat, sit omnino irreparabile appellabilis est, qualescumque illud sit, ex dictis, & explicatis supra.

Quartò ampliari debet prædicta assertio, ut procedat, licet interlocutoria non absolute sed tantum conditionaliter afferat gravamen. Exemplum sit. Finge, quod contra Actorem fuit oppositum, quòd audiendus non erat, nisi deponeret talem quantitatem, quia fortè in contractu aderat clausula depositaria, de qua in

l. 1. §. Si conveniat ff. depositi. & iudex pronuntiavit, deponere deberet, aliàs non audiendum esse. Sanè, si Actor existimet se gravatum, v. g. quia allegabat causas excusantes à deposito, de quibus *Pereyra de ditione 34.* vel aliàs, poterit appellare; nam licet præcisè non cogatur deponere, sed tantum conditionaliter, id est, si audiri voluerit, semper in damno est, siue eligat deponere, quia per id cogitur ad factum, & ab interlocutoria ad illud obligante appellari posse, non diffidentur *Miranda de Ordine iudiciorum 6. part. 111. De appellatione num. 45. Lancellet. de attent. 2. parte cap. 12. limit. 1. numer. 103. & 96. Scaccia dicta questione 17. limit. 47. numer. 94.* Si autem non deponat, operatur prædicta interlocutoria, cum non audiri, & per consequens vim definitivæ habere perspicuum est ex sæpe dicta *Ordinatione lib. 3. tit. 69. in principio Scaccia dicta questione 17. limitat. 47. numer. 120.* Quæ quidem sine dubio procedere videntur in Actore. Si autem similis interlocutoria proferatur contra Reum, videtur, ab ea appellare non posse, quia solum operatur, quo Reus cum suis defensionibus non audiatur; quod gravamen in Reo non est irreparabile, cum restet definitiva, à qua appellando, &c. Quod apud nos jure Regio attento, indubitatum credo, cum ab interlocutoria, quæ non admittit contrarietatem Rei, & sic, eam in effectum audiri, impedit, non detur appellatio, sed tantum gravamen in processu. *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 23.*

61 Quintò debet ampliari prædicta assertio, ut procedat, etiamsi gravamen, quod infertur per interlocutoriam non præjudicantem negotio principali, non sit de presenti, sed de futuro, & possit fortè non evinire. Exempla sint, si interlocutoria pronunciat. Reum non debere dare pignora, vel fideiussores iudicatum solvi, vel rem petitam non esse sequestrandam, vel admittendos minus idoneos fideiussores; nam licet possit contingere, quod ex his interlocutoriis non resultet grava-

men illi, contra quem proferuntur quia, scilicet, poterit invenire bona principalis debitoris, in quibus pro suo debito sententiam exequatur, tamen, cum possit evenire contrarium appellare poterit ab illa interlocutoria, quæ eum privat ab illa securitate, qua tutior erat ad debitum consequendum: nam exponitur periculo non inveniendi bona principalis debitoris, si vicet, & dubium non est, totius esse in fideiussores, vel pignora incumbere, quam in personam agere, ut aliàs dixit *Imperator in §. furti Instit. de obligat. quæ ex delict.* quod quidem interesse est considerabile, ut habetur, in *l. itaque fullo ff. de furt.* Et in effectum probatur ex *text. in l. Arbitro ff. Qui satisfacere cogantur,* ubi ab interlocutoria, de qua sermo est, appellatio conceditur. *Scaccia de appellatione dicta quæst. 17. limit. 6. membr. 7. num. 70.*

Sextò amplianda est assertio prædicta, ut procedat, etiam si gravamen, quod infertur interlocutoria non præjudicans negotio principali, solum consistat in eo, quod ille, contra quem proferatur non admittitur ad agendum, vel defendendum per illam viam, modumque illum, per quem, utpote favorabilem admitti prætendit. Exempla sint, Actor summarè agere valebat fortè, quia causa possessoria erat in specie *Ordinationis lib. 3. tit. 48.* Iudex tamen pronuntiavit, ordinario modo agere debere. Vel secundo petente Titio, quod pro vulnere sibi illato formaretur inquisitio, vulgo *devassa,* quia in facie fuisset illatum, iudex pronuntiavit, querelæ tantum locum esse, existimando fortè ex aliqua causa, in illo casu non esse locum dispositioni *Ordinationis lib. 1. tit. 65. §. 31.* Ecce hujusmodi, & similes interlocutoria non impediunt agere, sed tantum denegant viam illam, & modum prætentum: nihilominus tamen, cum non præjudicent interlocutoria istæ decisioni causæ principalis, earum gravamen est irreparabile ex dictis, & sæpe repetitis; unde, licet solum consistat in modo agendi, tamen, cum ex illo

illo plures oriantur effectus, nam in breviori lite datur commodum representationis quod satis considerabile est §. *ex contrario versic. Quod si in diem Institut. de legatis junctis iis, quæ Scaccia de appellation. dicta questione 17. limitat. 6. membr. 7. numer. 127. versiculo, Primus casus, & limitat. 47. num. 9.* nihil mirum si appellatio concedatur. Idem per contrarium dicendum, si admittatur Actor per illam viam, quam desiderat; poterit enim Reus, qui contrarium prætendebat ex eisdem rationibus proportionabiliter consideratis appellare, ut in specie secundi exempli firmant *Bald. Angel. & Aret. relati per Scacciam dicta questione 17. limit. 47. numer. 91.* Quod extra dubium erit, si Reus exceptionem, vel allegationem dilatoriam proposuerat, ne Actor illo modo admitteretur: nam tali casu interlocutoria illa est in effectu rejectio dilatoria, à qua appellari posse, certum est, ut supra diximus *numer. 49. versicul. 5.* advertendo tamen, quòd in regno à pronuntiatione super dilatoriis tantum in processo aggravatur. *Ordinat. dicto tit. 20. §. 9.* In omni igitur casu, in quo, vel aliquis, non admittitur ad agendum, vel defendendum per viam, & modum prætentum, vel adversarius admittitur, appellationi locus est, cum interlocutoria, quæ illam quæstionem, sive illud peculiare determinat, non præjudicet negotio principali, & sic per consequens qualecumque gravamen ex ea resultans irreparabile sit per appellationem à definitiva, cum in ea solum possint reparari gravamina circa materiam præjudicantem, & facientem ad merita, & decisionem causæ principalis, ut supra firmavimus.

63 Sic ampliata assertione nostra limitanda est, & declanda, ut non procedat, si à definitiva postea proferenda appellari non possit, nam tunc, si in appellatione ab interlocutoria detur eadem prohibitionis ratio, quæ datur in definitiva, quod quando contingat, diximus & exemplificamus supra *numer. 35.* non poterit etiam appellari ab interlocutoria, licet

contineat gravamen irreparabile, vel de jure, vel ex ipsa natura gravaminis: quod probatus ex rationibus factis dicto *num. 35.* quæ hic quoque procedunt, & videmus passim, quòd ab interlocutoriis turturæ, & quibuslibet aliis in causa criminali prolatis in Senatu Portuensi, non provocatur, quia nec à definitiva potest provocari.

Ad calcem adverto pro tyronibus, & 64 pro multis veteranis, quòd in casibus, in quibus diximus, appellari posse ab interlocutoria, ad admittendam, vel rejiciendam appellationem, non est considerandum, an interlocutoria sit justè, vel injustè prolata, ut plures existimant, adeò, ut ferè semper in judiciis præcipuè Ecclesiasticis soleant judices appellationibus interpositis non deferre, nec eas admittere, quia, scilicet, ut ipsi dicunt, gravamen non intulerunt, idest rectè, & justè judicaverunt: quòd quidem in civile est, & ab omni juris ratione alienum, nam id pertinet ad Superiorem, cujus est de justitia, vel injustitia sententiæ judicare, & quidem, si id inferioris esset, nullus judex admitteret appellationem: omnes enim existimant, rectè judicasse. Sentit *glosa optima in cap. Ex tenore verbo, si ita est de restitutione spoliat.*

Debent igitur judices, à quibus appel- 65 latur, considerare solum qualitatem causæ, vel sententiæ, à qua appellatur, & in ea fundare appellationum rejectiones, quando talis fuerit sententia, ut secundum jus ab ea appellari non permittatur, dicendo scilicet, *Non admitto appellationem, visa qualitate causæ, vel sententiæ,* sub intelligendo, quia, scilicet, est causæ alimentorum vel visitationis, in qua etiam non admittitur appellatio *ex Tridentino dicta sess. 13. de reform. cap. 1.* vel similis, in qua non licet appellare, plures recenset *Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 1. cum multis sequentibus.* Vel quia appellatur à mera interlocutoria, quæ non continet gravamen irreparabile, à qua appellationem prohibet nostrum *Tridentini sæpe citatum Decretum dict. cap.*

20. *Ordinat. citato tit. 69. in principio.*

66 Non aie laret, aliquando posse etiam appellationes ab interlocutoriis rejici ex eo, quod sint frivolae, & interpositae sine causa contra sententiam manifeste justam, *text. in cap. Cum appellationibus, de appellat. in 6. Abb. in cap. Ad nostram numer. 8. de appellat. Maranta de Ordine judiciorum tit. de appellat. num. 333. & 336.* Fateor, etiam arbitrio judicis relinquere, quamquam frivola appellationes dicantur, *Scaccia de appellation. quest. 2. numer. 49.* Cum tamen arbitrium judicis sit à jure regulandum, *Marta de clausulis p. 1. conclus. 303.* Et si ad illud attendatur, cum constet solum illas appellationes esse frivolas quae manifeste sunt calumniosae, & sine colorata ratione interpositae, consequens est, raro posse rejici, cum tamen frequentissime rejiciantur ex dicta improbata ratione, quia scilicet, iudices, ut aiunt, gravamen non fecere, *Exempla igitur, in quibus, & similibus possunt rejici appellationes, quia sunt frivolae, & calumniosae possunt assignari. Finge quod aliquis appellat ab electione, quia electus est monocus, cum appareat, eum duos oculos habere illaesos, vel quia electus est honestus, & literatus, haec ponit exempla ex Alber. & aliis Scaccia ubi supra numer. 50.* Cum igitur raro contingat, appellationem ita frivola dici posse, recurrendum est ad qualitatem causae vel sententiae, ut supra diximus, & semper recipienda est appellatio, nisi constet, illam esse prohibitam.

67 Haec, quae proximè scripsimus multò magis locum habent in sententiis definitivis, cum *textus in dicto cap. Cum appellationibus* solum de interlocutoriis loquatur; appellationes namque à definitivis cum possint in appellationis gradu ex novis causis justificari *l. Per hanc Cod. de temporibus appellat. Ordin. lib. 3. tit. 83. cum aliis*, nunquam potest appellatio rejici, tanquam frivola, potest enim in gradu appellationis nova causa allegari, & probari, ut proximè diximus. Poterit tamen rejici appellatio, si in causa illa,

à jure, vel à principe sit prohibita. Ad hoc igitur, scilicet ad qualitatem causae, vel sententiae debent respicere tam iudices, à quibus appellatur ad recipiendam, vel rejiciendam appellationem, quam iudices ad quos, ad inhibendum, & cognoscendum de appellationibus, quae male observata video. Sed haec obiter, de his enim alibi latius si Deus dederit.

Adverto tandem, juris intentionem in 68 prohibendis appellationibus ab interlocutoriis, non fuisse privare partes illo remedio, sed tantum excusare litium dispendia in illis casibus, in quibus appellationes haec excusabantur, quia restabat tempus, in quo utilius poterat reparari gravamen, si injustè illatum fuisse constaret, ita ut optimè dici possit, jus non prohibuisse appellare ab interlocutoriis, sed tantum, ad magis congruum tempus aliquantum reparationem reservasse.

Hinc infert intellectus ad *text. aliàs* 69 *difficilem in cap. Pastoralis in principio de appellationibus*, qui *textus* decidit, quòd, remota appellatione per rescriptum, non solum frustratoria appellatio videtur inhibita, sed etiam omnis illa, quae in jure non erit expresse admissa. Ait tamen *textus*, quòd, si appellans fuerit gravatus injustè, poterit gravamen per superiorem emendari, quod videtur contradicere. Unde Doctores varios excogitant intelligendi modos controversantes, quamquam via sit reparandum gravamen, aliis per viam querelae, aliis per viam supplicationis emendandum contententibus. Sed neque supplicationis, neque querelae via posset admitti refragante praedictorum remediorum natura, de qua *DD. in cap. 1. de officio legati, & in Auth. Quae supplicatio C. De precibus Imper. offer.* Neque potuit aperiri via generalis, & ordinaria ad emendandas sententias, à quibus appellatio removeatur. Quae quidem, & aliae difficultates cessant, si advertatur, *textum illum* aperte loqui de interlocutoriis, & decidere quòd, etiam super clausulam *appellatione remota* ab illis appellatio inhibeatur,

tamen

gravamen per illas illatum appellanti (scilicet, à definitiva) potest emendari per superiorem, juxta latè dicta, & explicata supra, qui *text.* fuit fortè primus, & unicus, qui de jure Decretalium dixit, superiorem posse emendare gravamina per interlocutorias à judice prioris instantiæ illata; quòd postea distinxit *text. in dicto cap. fin. de appellat. in 6.*

Nequè dicas, in specie dicti *text.* etiam videri prohibitam appellationem à definitiva, & ipsam quoque inhiberi per clausulam *appellatione remota*, quia neque hoc certum est imò contrarium defendunt *Specul. & Lanfrancus*, quos refert *Lancellot. de attent. 2. part. cap. 12. limitat. 8. num. 25.* & verius videtur, quoniam clausula illa ita apponitur, scilicet, *cognoscas appellatione remota*, nam tunc illa tantum videtur inhibita appellatio, quæ cognitionem, & causæ cursum impedit, qualis est appellatio ab interlocutoria, & solum controversia posset esse, quando ita, vel similiter apponitur, scilicet, *finaliter determines, appellatione, vel aliàs in favorem causæ principalis, & ut citius exequatur sententia*, appellatio removeretur. Et *textus noster* satis insinuat, priori modo appellationem fuisse remotam, ibi *negotium impeditur*: quòd latius nunc tractare nostrum non est.

Illud igitur ex *text. in dict. cap. Pastoralis* intellecto, ut supra, colligitur, quòd scilicet, superior potest emendare gravamina injustè illata per inferiorem, quamvis ab illis remota sit appellatio, nam, ut supra consideravimus, appel-

latio illa non prohibetur, nisi, quia restat aptius tempus, in quo possit gravamen reparari; quod patet ex eo, quia hodie generaliter prohibentur appellationes per *S. Concil. Trident. sess. 24. cap. 20.* ab interlocutorijs continentibus gravamen reparabile per appellationem à definitiva. Et sic constat, prohibitionem illam non esse in favorem alicujus causæ, vel sententiæ, siquidem generalis est, sed quia patet via reparationis, sicut ergo hodie, stante illa generali remotione appellationis, nihilominus superior de appellatione definitiva cognoscens reparare potest gravamina, sic olim, quando in aliqua causa appellatio ab interlocutorijs removebatur, ut in specie dicti *text.* qui, licet indistinctè loquatur, debet tamen intelligi secundum distinctionem dicti *cap. final. de appellat. in 6.* scilicet, ut procedat in interlocutorijs præjudicantibus negotio principali, & secundum supra latè explicata.

Multa alia possemus inferre, quæ quoniam facile ex dictis colliguntur omittenda judicavimus.

Jam tibi Lector (ni fallimur) quænam interlocutoria gravamen reparabile, quænam verò irreparabile contineat; ostendimus: quod quidem alibi sic probatum, vel explicatum non invenies. Sprentis igitur scribentium in hac re varietatibus, & confusionibus, adhaereas his, quæ ex juribus, & eorum mente, viva, que ratione deduximus, & laboriosè ordinavimus, & latè tradidimus, & ea maxime observa pro his, quæ de Jure Patrio sunt dicenda.



Collectio eorum, quæ in hac quæstione resolvimus.



LRREPARABILITAS vel reparabilitas gravaminis in eo consistit, quòd gravamen per interlocutoriam illatum possit, vel non, revocari per superiorem de appellatione postea a definitiva interposita cognoscentem, ille autem id potest, quando interlocutoria, & materia, super qua profertur, est præjudicans, & faciens ad merita causæ principalis, non in alijs alterius naturæ interlocutorijs; unde solæ præjudicantes habent reparabile gravamen. & ab illis prohibetur appellari quia postea venit tempus, in quo revocabitur gravamen, si constet, injuste fuisse prolata interlocutoriam illud inferentem. Præjudicans dicitur interlocutoria quæ super qualibet materia præjudicante profertur, sive sit exceptio, sive quæstio, sive allegatio sive quilibet alius articulus præjudicans, sive immediate sive mediate præjudicet, sive principali causæ, sive incidenti, à quo appellari possit, ejus enim respectum præjudicans dicitur. Inter præjudicantes computantur, quæ proferuntur super articulis nullitatis. Prædictæ tamen allegationes, sive exceptiones præjudicantes perdunt suam naturam, & inter non præjudicantes adnumerantur, si opponantur, peremptoriæ exceptiones in vim dilatoriarum. Item si opponantur post definitivam prolata, quia jam non restat tempus, in quo revocetur interlocutoria super ipsis prolata, nec præjudicat negotio principali, quia illud jam definitum & sic appellabiles sunt, nisi tamen alicui incidenti appellabili præjudicent. Item sunt appellabiles interlocutoria prolata etiam super præjudicantibus, quando ex aliqua causa non potest appellari à definitiva, non tamen, quando prohibita est appellatio ab ea propter judicis eminentiam, vel quia visum fuit, quod in tali quantitate, non concederetur appellatio vulgo porque o juiz tem alçada na causa, quia ex tali causa, prohibita appellatione à definitiva, etiam censetur prohibita ab interlocutoria. Cæterarum interlocutoriarum non præjudicantium gravamen, non potest revocari per superiorem de definitiva cognoscentem; unde remanet irreparabile, & sic appellabilis interlocutoria, quæ illud infert, licet aliàs gravamen ex natura sua posset reparari, & licet posset cessare per eventum definitiva, licet leve videatur, & quamvis conditionaliter tantum non absolute præjudicet, nec de presenti sed in futurum: Non tamen, si à definitiva in illa causa principali proferenda sit prohibita appellatio propter eminentiam judicis, vel quia cabe na alçada, tunc enim nec ab interlocutoria continente gravamen irreparabile ex natura sua poterit appellari.

QUÆSTIO

QUÆSTIO QUARTA

Quenam interlocutoria vim definitivæ habere dicatur?

Novæ, & solidæ regulæ pro hujus rei cognitione assignantur: plura circa eam tradita refelluntur.

SUMMARIUM.

- 1 **O**mnis interlocutoria vim definitivæ habens à fortiori continet gravamen irreparabile.
- 2 Excusatur à superfluitate S. C. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20.
- 3 Ante S. Concil. Trident. in nullo jure nominabatur interlocutoria habens vim definitivæ.
- 4 Referuntur verba Ordinationibus lib. 3. tit. 69. in principio, ubi interlocutoriarum vim definitivarum habentium natura describitur.
- 5 In dicta Ordinatione agitur de habentibus vim definitivarum, licet expresse non nominentur.
- 6 Ut interlocutoria vim definitivæ habeat, requiritur omnino, quod impediant, de veniri ad definitivam.
- 7 Ratio quare prædictum nomen conveniat illis, & non alijs interlocutorijs.
- 8 Non sufficit, quod per interlocutoriam finiatur iudicis officium ut dicatur vim definitivæ habere.
- 9 Requiritur, quod adhuc definitiva non sit prolata.
- 10 Doctorum regulæ in hac materia non possunt sustineri sine declarationibus.
- 11 Impugnatur Maranta asserens, omnem interlocutoriam aliquid dari, vel fieri pronunciantem vim definitivæ habere.
- 12 Impugnantur plures asserentes, vim definitivæ habere interlocutoriam decidendam aliquem articulum magni præjudicij.
- 13 Impugnantur asserentes, vim definitivæ habere interlocutoriam, per quam iudex se pronunciat competentem.
- 14 Impugnantur dicentes, vim definitivæ habere interlocutoriam super revocatione attentatorum incidenter petita.
- 15 Item asserentes idem de interlocutoria quæ pronunciat, appellationem esse desertam.
- 16 Item asserentes idem de interlocutoria denegante appellationem.
- 17 Item asserentes idem de præcepto desolvendo, & sententia mulctæ.
- 18 Item asserentes idem, de secundo decreto.
- 19 Impugnantur tandem dicentes, vim definitivæ habere illam interlocutoriam, quæ definit illum articulum, super quo profertur.
- 20 Solæ ferè interlocutoria illæ, quæ absolvent ab instantia, vim definitivarum habent: item, quæ denegant citatorias.
- 21 Quamvis interlocutoria aliqua appellabiles sint, non tamen per id concluditur, vim definitivarum habere.



UAMVIS ad effectum appellandi, de quo agimus, parum intersit distinguere has interlocutorias ab illis, quæ continent gravamen irreparabile; nam omnis, quæ habet vim definitivæ, à fortiori continet

tinet gravamen irreparabile (licet non è convertito) ut scribit *Vestrius in praxi tit. 7. cap. 3. sub n. 2. & sequentibus refert Scaccia de sententia, & re judic. glos. 14. quest. 4. n. 43.* Quamvis etiam sufficit agnoscere, quænam interlocutoria simplex sit, & reparabile continens gravamen, ut sic per contrarium dicatur, quòd ab omni illa, quæ talis non est, appellare licet, ut probavimus *questione precedenti numer. 46.* Tamen ab plures effectus, qui resultant ex recta hujus rei cognitione, in qua plura sunt tradita contra rectas juris regulas, necessaria est hujus questionis resolutio, & declaratio, præcipuè cum *Sacrosanct. Trident. Concl. dicta sess. 24. de reform. cap. 20. & Ordinatio nostra dicto lib. 3. tit. 69. in principio, & §. 1.* non solum concesserint appellare ab interlocutorijs continentibus gravamen irreparabile, sed ab illis etiam, quæ vim definitivarum continent.

Neque prædictum *S. C. Trident.* decretum, aut Legislator noster debent de superfluitate notari ex eo, quia secundum ea, quæ proximè diximus, eo ipso, quòd concesserunt appellare ab interlocutorijs continentibus gravamen irreparabile comprehenderunt vim definitivarum habentes, cum hæc sine dubio tale gravamen contineant, ac per consequens superflua videtur earum expressio. Non respondetur primò, necessariam fuisse illam expressionem; quia, cum ibi ageretur de interlocutorijs, dubitari poterat, nisi exprimeretur, an intelligeretur illa dispositio de habentibus vim definitivarum, quasi non propriè definitivis. Secundò respondetur, similiter fecisse *Jure Consultos* ad omnem ambiguitatem tollendam, aliosque effectus, ut videre est per text. in l. *Apud Celsum §. Metus causa ff. de doli exceptione:* ubi *Jure Consultus* ait, quòd etiam si ad propositum, de quo ibi, exceptio metus comprehendatur sub exceptione doli, tamen conveniens judicavit illam nominare; de eaque specialiter tractare. Item similiter *Iustinian.* quamvis sub nomine adoptivorum com-

prehendantur etiam arrogati, ut colligitur ex §. *Examine Instit. de adopt. & §. Adoptivi Instit. de heredib. instit.* tamen aliquando in dispositione communi tam hos, quàm illos non solum adoptivos, sed etiam arrogatos nominavit; ut videre est in §. *In pluribus Instit. de adopt.* Tertio respondetur, non esse novum, verba in juribus multiplicari ad maiorem declarationem, secundum *Cov. lib. 2. variar. cap. 5. num. 9. Sanchez in Decal. lib. cap. 22. num. 20.*

De re igitur nostra tractando, præmittendum est, quòd in jure tam civili, quàm canonico ante *S. Conc. Trident.* non inveniebatur, textus aliquis, in quo nominaretur interlocutoria habens vim definitivæ, & fuit tantum scribentium inventum unde illis fuit leberum arbitrari, quales interlocutoria ita deberem appellari, & inde varietatibus, & confusionibus fuit factus locus. Postea verò *S. C. Trident. dicto cap. 20.* nominavit interlocutorias vim definitivarum habentes; non tamen declaravit, aut exemplificavit quales illæ essent. Quod tamen fecit Legislator noster dicto lib. 3. tit. 69. in principio, qui etiam interlocutorias vim definitivarum habentes nominavit lib. 3. tit. 84. §. 4.

Cum igitur nullus Legislator ante nostrum rem istam definierit; non solum apud nos, quæ ipse statuit, observanda videntur, sed asserendum quoquè de jure communi, ita fuisse; nec magis credendum est scribentibus, quam Legislatori nostro ex professo de hac retractanti, & eam secundum jus, & rationem decidenti, ait igitur Legislator noster dicto tit. 69. in principio.

Das sentenças interlocutorias, &c. 4
 Nam poderá alguma das partes appellar, salvo se o feito sobre que for dada a interlocutori for de tal natureza, que pella tal interlocutoria seja o feito acabado per maneira, que o juiz que a deo não pode em elle per aquella citação mais proceder, nem dar sentença definitiva no principal, mas he logo funda a citação: assy como se a parte pede ao juiz, que lhe mau-

de citar a outra parte, & o juiz determina, que não há de ser citada, ou julga que a citação, que he ja feita, he nenhuma, ou nam valioza, ou julga, que o demandado não he obrigado a responder, ou que o Actor não he pessoa pera demandar, ou que o libello, ou petição nam procede, &c. & in §. sequenti agit de interlocutorijs continentibus gravamen irreparabile, à quibus etiam appellare concedit.

5 Vides, sapientissime Lector, qualiter Legislator noster declaret, quænam interlocutoria vim definitivæ habeat. Nam, licet hoc nomen non exprimat, tamen aperte constat illas interlocutorias in dicta *Ordinat.* definiti, ut de similibus interlocutorijs loquendo expressit *Ordinatio*, eas appellando vim definitivarum habentes *lib. 3. tit. 84. §. 4. agnoscit Barb. ibi num. 2. Souza præceptor Conimbr. in rubr. de sententia, & re judic. numer. 18.* ubi ex hac *Ordinat. cum Valasco conf. 47.* deducit definitionem interlocutoriarum habentium vim definitivarum, & est apertissimum.

6 Constat igitur ex prædicta *Ordinatione*, ut interlocutoria vim definitivæ habere dicatur, omnino requiri, quod per eam impediatur, deveniri ad definitivam, nisi nova facta citatione.

7 Ratio autem, quare Legislator noster interlocutorijs prædictum effectum operantibus, & non alijs, illud nomen tribuit, ea est, quia scilicet, ut interlocutoriarum vim definitivarum habere didicantur, & sic tale nomen illis conveniat debent etiam habere diversam ab alijs naturam, & operari effectum aliquem conformem illi nomini, illud enim diversum, diversam etiam rei naturam demonstrare solet, *text. in l. Si idem C. de codicillis.* Si autem attente consideremus nulli interlocutoriarum definitivæ vim habentis nomen debetur; nisi illi, quæ determinat instantiam, & impedit deveniri ad definitivam, nova citatione non præcedente: ista enim interlocutoria, cum perimat instantiam, & iudicium finiat, certo modo operatur (saltem respectu processus, & instantiæ

quam definit) idem, quod definitiva respectu negotij principalis, immo ipsum principale aliquo modo determinat, nam impedit ad illud deviniri (nisi novo iudicio instituto) & sic saltem ad tempus operatur idem, quod definitiva posset operari, nam ut ipsa posset Reum absolvere, sic ista cum absolvit ab observatione iudicij, & à causa ipsa in effectu, cum novum iudicium non instituitur, quod sentiens *glosa in l. Post sententiam, verbo, Plurunque C. de sententijs, interlocutorijs,* appellavit interlocutoriam totam causam decidendam illam, quæ pronunciat non esse producendum in causa, vel absolvit, ab instantiâ; quæ aperte sunt interlocutoriarum vim definitivarum habentes: & non desuere, qui ex dicto effectu eas absolute definitivas appellarent, ut notat *Souza præceptor Conimbr. in dicta rubr. de sententia, & re jud. num. 37.* Cum igitur solæ prædictæ interlocutoriarum, & non aliæ illum operentur effectum, illis tantum potuit conveniri nomen, vim definitivarum habentium.

Ab huiusmodi Legislatoris nostri interlocutoriarum, vim definitivarum habentium descriptione non dissonant, quæ scripsit *Bart. in l. Quod iussit ff. de re jud. num. 20. Abbas in cap. Cum cessante num. 11. de appellat. Maranta de Ordin. judic. 6. part. actu 1. num. 42. Gail cum Franco, & alijs lib. 1. observat. 130. num. 6. Minsing. cent. 3. observat. 88. num. 2. Valascus conf. 47. num. 6. Scaccia cum pluribus de appellat. quest. 17. limit. 47. num. 207. asserentes illam interlocutoriam vim definitivæ habere, quæ imponit finem instantiæ, & iudicis officio; neque illa, quæ traddidit *Scaccia dicto loco, & Abbat. Imol. faz. Alex. & alijs Valasc. supra num. 1.* dicentes, illam interlocutoriam vim definitivæ habere, quæ post se non sperat aliam in principali ab eodem iudice.*

Verum, licet illa Doctorum dicta, aliquibus additis declarationibus, possent Legislatori nostro, & juri ipso reddi conformia, tamen sine illis tuta non sunt, neque

neque illa subintellexere prædicti DD. nam ex exemplis, & particularibus casibus, in quibus ipsi dixerunt interlocutorias vim definitivarum habere, constat apertissimè illos non sensisse subintelligendas condiciones omnino necessarias, ut regulæ illæ ab eis traditæ possent esse veræ, quas nos statim ponemus.

- 8 Requiritur ergo omnino, primò, ut illa interlocutoria impediatur deveniri ad definitivam, & non sufficit, quòd per eam iudicis officium finiatur; nam per interlocutorias, quæ proferuntur post definitivam sæpe iudicis officium finiatur: & tamen juxta proximè dicenda non possunt habere vim definitivarum.
- 9 Secundò requiritur, quòd tempore, quo proferuntur tales interlocutoria, adhuc definitiva non sit prolata, nam, si ea jam prolata fuerit, interlocutoria post eam prolata non poterunt vim definitivarum habere, quia jam non impediunt deveniri ad definitivam, siquidem illa jam prolata est, nec ejus vim, & locum potest interlocutoria usurpare, cum ipsa definitiva suam vim sibi retineat, nec, quando ipsa adest, possit alia in ejus locum intrare, neque tandem verificari requisitum dictæ *Ordinationis ibi. nem dar sentença definitiva no principal.* Et sic deficiente hoc requisito, alia, de quibus supra, non sufficiunt, ut interlocutoria possit vim definitivæ habere, & tale nomen consequi: quòd sentiens noster Legislator cautè posuit omnia exempla interlocutoriarum vim definitivarum habentium in interlocutorijs prolatis ante definitivam.
- 10 Ex dictis infertur primò, tutas non esse prædictas DD. regulas relatas *numer. 7. versic. ab hujusmodi*, nisi additis prædictis declarationibus.
- 11 Infertur secundò, minus tutam esse regulam traditam à *Maranta dicto loco num. 45.* scilicet omnem interlocutoriam, quæ aliquid dari, vel fieri pronunciat, vim definitivam habere, nam confunditur ex dictis, & quoniam alias omnis interlocutoria vim definitive haberet, nam

omnis, aliquid dari, vel fieri, pronunciat. Ex quibus jam tanquam non tutam dictam regulam explicaverat *Bart.* quem refert idem cum eo sentiens *Valascus dicto conf. 47. num. 8.* facit, quia alias interlocutoria, quæ jubet, attentum restitui, vel alimenta præstanda, diceretur vim definitivæ habere, cujus contrarium placuit *Scaccia de appellat. quest. 17. limit. 47. membr. 1. num. 171. Lancelot. de attent. 3. part. cap. 28. num. 17. cum Franco,* quem citat, & cujus autoritas in hac re magna est.

Infertur tertio, non habere vim definitivæ interlocutoriam illam, quæ non impedit deveniri ad definitivam cum cæteris requisitis supra traditis, licet determinet aliquem articulum emergentem, magnam præjudicium afferentem, vel parti, vel causæ principali, quamvis, tales interlocutorias vim definitivarum habere, scripserit *Maranta de Ordin. judic. 6. part. tit. decisoria judicij actu 1. num. 44. cum glos. Bald. & Alex. quos citat. & sequitur cum alijs Carrera Primarius Salmanticens. in l. 1. num. fin. ff. de re judic. Iaz. & Alex. relati à Valasco dicto conf. 47. num. 4. & cum alijs Minsing. dict. cent. 3. observ. 88. numer. 2. Gal. lib. 1. observ. 130. num. 6. Paz. in Praxi 7. part. tom. 1. cap. unico num. 82. qui cum Panormit. quem allegat, scripsit, illam interlocutoriam, quæ quasi definit negotium principale, non tamen in totum, vim definitivæ habere. Sed contrarium jure optimo, placuit *Lancelot. Inst. juris canon. lib. 3. tit. de sententijs in principio, & Souza præceptor. Conimbr. in dicta rubr. de sententia, & re judic. num. 8. & Jure Nostro agnovit, Valasc. dicto conf. 47. num. 4. & melius numero 6. versic. Quinto infertur, & confirmatur in dicta l. 2. ff. de appellat. recepten. ubi sententia tam grave præjudicium afferens ab omnibus dicitur irreparabilis; non verò definitivæ vim habens, tandem ex dictis quest. 3. quasi per totam, ubi probavimus apertissimè, interlocutorias maximè præjudicantes negotio principali esse interlocutorias**

locutorias simplices, & à quibus appellare non licet: ex quo concluditur vim definitivarum non habere, & ibidem *num. 17.* respondimus ad *textum in l. Intra utile ff. de minoribus*, in quo *textu* fundantur aliqui, ex dictis Doctoribus, cum tamen nec ipsius summarium ex eo *text.* deducat interlocutoriam, de qua ibi, vim definitivæ habere. sed gravamen irreparabile continere, quod, nec verum esse citato loco demonstravimus, defendentes sententiam, de qua ibi, fuisse definitivam vere, & propriè, nec ex eo *text.* contrariam deduci resolutionem.

13 Infertur quartò in civiliter dixisse *glosam, Bart. Abbat. Felin. Afflic. & Guid.* quos refert *Valasc. dicto conj. 47. num. 5. Scacciam cum alijs de appellat. quæst. 17. limit. 47. membr. 1. num. 175. Misfingent. 3. observ. 88. num. 2.* vim definitivæ habere interlocutoriam illam, perquam iudex se competentem pronunciat, nam nulla minus (etiam secundum regulas ab ipsis traditas) vim definitivæ habere posse, videtur. Unde contrarium scripsit *Gam. decis. 159 & 362. Cab. 1. part. decis. 156. Gayl. lib. 1. observ. 103. num. 9.* qui eam appellabilem dicit propter irreparabile gravamen, quod continet, non propter vim definitivæ *Barb. ad S. Conc. Trident. dicta sess. 24. cap. 20. verbo, vel à definitiva*, ubi plures citat, qui asserunt, à tali interlocutoria appellari non posse; & quamvis nos hoc non probeamus, imò appellabilem iudicemus, cum non præjudicet negotio principali, tamen ad propositum constat, illos Doctores non intellexisse talem interlocutoriam vim definitivæ habere, siquidem ab ipsa appellare non concedunt, cum ibidem *S. Concil. Trident.* exprimat, & nemo dubitet, appellari posse ab illis, quæ prædictam vim habent; ergo, illam non habere intelligunt Doctores illi, qui ibidem appellandi ab ea licentiam negant.

14 Infertur quintò, perperam scripsisse *Scacciam de appellat. dicto loco num. 172.* post citatos à *Lancellot. de attent. 3. part. cap. 28. à num. 12.* dicentes, interlocuto-

riam latam super revocatione attentatorum incidenter petita definitivæ vim habere, nam in tali interlocutoria nullum ex requisitis intervenit, ut possit dici, vim definitivæ habere; unde contrarium rectius placuit *Lancellot. dicto loco num. 17.*

& *Franco ab eodem citato*, cujus auctoritas in hac re magna est, ut ipse *Lancellot.* ibi testatur, & advertendum, quòd, licet *Lancellotus* ibi solum dicat, interlocutoriam esse, & non addat, non habere vim definitivæ, tamen ibi interlocutoriam dicit quasi oppositè vim definitivæ habenti, nam ibi erat controversia, an mera interlocutoria esset, an verò definitivæ vim haberet, ut videre est *num. 12. & à num. 31.* in limitationibus ibi positis.

Infertur sextò, immeritò asseruisse *Marantam supra num. 42. Scacciam de appellation. dicto loco num. 185.* vim definitivæ habere interlocutoriam illam, quæ pronunciat, appellationem esse desertam nam nec impedit deveniri ad definitivam, quia ipsa jam prolata est, nec de causa principali potest tractari, nova præcedente citatione, quæ sunt omnino necessaria requisita. Unde (licet his rationibus non expressis) de illa assertionem dubitaverant relati à *Scaccia* ubi *proximè vers. Contra cum sequentibus numeris.*

Infertur septimò, immeritò, quoque **16** scripsisse *Barbos. in remissionibus ad Sacro. Concil. Trident. dicto cap. 20. verbo, vel definitiva, Valascum dicto conj. 47. numero 6. vers. Quarto*, vim definitivæ habere interlocutoriam, quæ denegat appellationem; nam confunditur ex dictis proximè, & probatur ex *Ordinatione lib. 1. tit. 58. §. 27.* ubi non conceditur ab ea appellatio, sed gravamen, cum illa concedenda foret, si vim definitivæ haberet, ex *Ordinatione sæpè citato tit. 69. in principio.* Item, quia potest revocari ab eodem iudice ex *Ordinatione lib. 3. tit. 65. in principio*, quod tamen non liceret, si vim definitivæ haberet ex *Barb. in l. Si debitori 21. num. 111. ff. de judic. Maranta de Ordin. judic. 6. part. tit. de sententia num. 32. Scaccia de appellat. quæst. 17. lim.*

17. *lim. 47. num. 178.* & in effectu interlocutoriam sine vi definitivæ eam appellat. *Greg. Lop. verb. De otras in lib. 2. tit. 22. partu. 3.* & sanè secundum suprâ resoluta dicenda est hæc interlocutoria continens gravamen irreparabile.

17 Intertur octavò, suspectum esse illud, quod scripsere *Maranta dicto loco numer. 28. & num. 42. Scaccia, ubi suprâ num. 187. Cum alijs*, quos refert asserentes, præceptum desolvendo habere vim definitivæ; nam, cum ibi nulla alia causa remaneat indefinita, nec possit de ea, nova facta citatione, iterum tractari, non potest vim definitivæ habere pronuntiatio illa, aut aliqua similis ex resolutis suprâ. Unde (licet his non cognitis fundamentis) dictum præceptum, vel esse simplicem interlocutoriam, si sine causæ cognitione, præcipuè cum clausula, *si gravatus compareas*, proferatur, vel si ordine judiciario, definitivam esse, merito concludit idem *Scaccia de sententia, & re judicata. glos. 14. quest. 5. à num. 4.* Sentit, licet statim commisceat, *Maranta dicto numer. 28.* & nos resolvimus *quest. 1. num. 22.* omnino esse definitivam. Eodem modo impugnatur, quod de sententia mulctæ similiter scripsere *Maranta dicto numer. 42. Scaccia ubi proximè num. 16.*

18 Intertur nonò, tutum non esse, quod dixerunt *Maranta dicto loco num. 29. & 42. & Scaccia de appellat. dicta quest. 17. limit. 47. membr. 1. num. 204. & cum pluribus limit. 6. membr. 4. num. 130.* Scilicet, secundum decretum vim definitivæ habere, nam confunditur dictum illud ex rationibus proximè factis, & quia, cum verum possessorem constituat missum in possessionem, æquiparatur sententiæ prolatae in possessorio, quæ definitiva est; non obstante, quod amoveri possit possessor instituto iudicio ab adversario super proprietate, ut agnoscunt *Maranta dicto loco num. 35. Scaccia de appellat. quest. 17. limit. 6. membr. 2. num. 2. & membr. 3. num. 5. Præceptor Souza in dicta rubr. de sententia, & re judicata num. 38.* Et si tale præceptum ex aliquibus rationi-

bus magis interlocutorium esse placuerit, simplex interlocutoria est dicenda, siquidem revocari potest, ut probat *Scaccia de appellat. quest. 19. rem. 1. limit. 6. n. 4. Maranta cum Alexand. dicto num. 29.* quod efficax est argumentum, vim definitivæ non habere: illæ enim interlocutoria, quæ talem vim habent, revocari non possunt, ut cum *Barb. Maranta, & alijs* diximus suprâ *num. 16.* Eodem modo impugnavimus resolutionem *Pereir. de Castro de manu Regia 1. part. cap. 21. num. 7. vers. manet*, dicentis, sententiam super manutentione esse definitivam, vel vim definitivæ habere, de quo ultimo dubitamus ex dictis.

Intertur tandè, non posse dici interlocutoriam vim definitivæ habere, quia definit illum articulum, super quo profertur, ut malè dixerunt *Felin. in rubr. de re judicata num. 2. Gayl. lib. 1. observ. 130. num. 2.* Nam, si ex hoc tale nomen convenit, nulla erit interlocutoria, quæ vim definitivæ non habeat, quia unaquæque suum articulum definit, propriè igitur, & juridicè solum tales appellari possunt, quæ habent requisita à nobis suprâ adnotata.

Ex quibus omnibus consequitur, solas interlocutorias absolventes ab instantia, & observatione iudicij posse propriè vim definitivarum habere. Dixi ferè, quia eandem vim habent denegationes citatoriarum ad causam, cum tamen istæ ante instantiam captam proferantur, juxta *Ordinationem dicto tit. 69. suprâ re latam*, & quia in effectu impediunt, deveniri ad definitivam Et de absolutionibus ab instantia vim definitivarum habere merito dixerunt *Maranta dicta 6. part. tit. Decisoria iudicij num. 42. Scaccia de sententia, & re judicata glos. 14. quest. 5. num. 20. & appellat. quest. 17. limit. 47. membr. 1. num. 27. vers. Contra primum à quo tamen caveas duobus numeris antecedentibus, Cabed. 2. part. arresto 33.*

Cæteræ autem interlocutoria, quæ appellabiles fuerint, poterunt tales esse

ex eo, quia habent gravamen irreparabile, prout habent plures, de quibus Doctores dixerunt, habere vim definitivam: quod nos impugnavimus, licet, appellabiles esse, non negamus ex eo, quia gravamen irreparabile producant illas tamen,

quæ negotio principali maxime præjudicant, nec appellabiles esse, nec vim definitivam habere, nec gravamen irreparabile producere, sed reparabile, contendimus ex dictis hac, & præcedenti *quæstione per totam.*

QUÆSTIO QUINTA.

In quibus casibus de Jure Regio sit gravamen in processu, non aliter, interponendum, & quando, qualiter, & per quem debeat tale gravamen emendari, & reparari?

SUMMARIUM.

- 1 **O**rdination. lib. 3. tit. 20. §. 46. dispositio refertur.
- 2 Licet verbis Lusitanis loquatur dicta Ordination, difficile tamen est cognoscere, quænam interlocutorie dicantur pertinere ad ordinem processus.
- 3 Interlocutorie ad ordinandum processum pertinentes, in nostra opinione, sunt illæ, quæ præjudicant negotio principali.
- 4 Probatur assertio.
- 5 Adaptantur Ordinationis verba prædictæ resolutioni.
- 6 Ratio, in qua fundatur prædicta Ordination. dispositio, assignatur.
- 7 Ad cognoscendas interlocutorias pertinentes ad ordinem processus recurrendum est ad resoluta à nobis quæst. 3.
- 8 De jure communi nulla potestatio requiritur, ut Superior de appellatione definitiva cognoscens possit revocare interlocutorias præjudicantes, secus de jure Regio.
- 9 In aliquibus casibus solum in processu gravamen interponitur, quamvis interlocutorie proprie non sint de pertinentibus ad processum ordinem.
- 10 A pronuntiatione super exceptionibus dilatoris, in processu tantum gravamen interponitur.
- 11 Difficilis, & notabilis est. Ordination lib. 3. tit. 20. §. 9. disponens generaliter dicto num. præcedenti.
- 12 Verba dictæ Ordinationis ibi, & de quæ sobre as ditas excepçoes pronuntiar, non possunt comprehendere pronuntiationem declarantem, dilatorias probari, Actoremque non audiendum.
- 13 Dicta Ordination recessit à jure communi, secundum quod ab interlocutorijs super dilatorijs licet appellare.
- 14 Eo ipso, quod Legislator noster concedit gravamen in processu, tacite concedit Superiori cognoscenti de appellatione definitiva gravamen illud revocare, licet non sit præjudicans negotio principali.
- 15 A condemnatione expensarum retardationis incidenter facta solum in processu aggravatur.
- 16 Ab interlocutoria pronuntiantè, non probari exceptionem peremptoriam oppositam in vim dilatorie, solum in processu aggravatur.
- 17 Ab interlocutoria admittente appellationem in processu tantum aggravatur.
- 18 Contrarium probatur, & esse casum gravaminis per instrumentum.
- 19 Respondetur Ordinationi lib. 3. tit. 20. §. 8 quæ dictæ resolutioni obstare videntur.

- 20 A pronuntiatione super attentato in processu tantum aggravatur secundum Phæbum, & Valascum.
- 21 Dicta assertio indistinctè vera non est.
- 22 Attentatum opponi potest, vel principaliter, vel incidenter.
- 23 A pronuntiationibus super attentato principaliter, intentato (excepta illa, quæ provinciatur attentati articulos admittere) non aggravatur in processu, sed appellatur.
- 24 Ab interlocutoria, quæ admitti articulos, vel petitionem attentati principaliter oppositi, in Regno, aggravari debet in processu tantum.
- 25 Non ineptè aliquando adjicitur ab Advocatis, quæ poem por aggravatio nos autos o recebimento do libello.
- 26 Ab interlocutoria pronuntiante, probari attentatum oppositum per modum exceptionis, & non audiendum attentantem, donec restituat, debet appellari, & non gravamen in processu interponi.
- 27 A cæteris pronuntiationibus super attentato opposito per modum exceptionis, aggravari debet in processu.
- 28 Impugnatur Phæbus indistinctè asserens, a pronuntiationibus super attentatis in processu tantum aggravari.
- 29 Distinctio, cum qua loquitur Valascus circa prædicta non est sufficiens, nec omnino tuta.
- 30 Refellitur ratio, quam assignat Valascus dicens ideo non posse extra processum aggravari a pronuntiationibus super attentato incidenter propositis, quia interlocutoria sunt.
- 31 Si Senator de causa cognoscat, qui in Senatu sine appellatione, aut gravamine causam illam principalem definire debeat, poterit aggravari per petitionem ab ejus interlocutoris aliis pertinentibus ad processum tantum, & numer. 34.
- 32 A denegatione termini probatorij, aut a dilatione restricta, vel ampla adversario concessa ad probandum extra Regnum quæ aliis erant de pertinentibus ad processum, aggravatur extra processum.
- 33 A rejectione contrarietatis, replica, vel triplica facta per Senatorem aggravatur per petitionem.
- 34 Ab interlocutoris aliis pertinentibus ad processum aggravatur per petitionem in terminis, de quibus supra n. 31.
- 35 Ab interlocutoria, in qua dicitur, non fuisse observatam aliquam Ordinationem circa ordinem processus, aggravatur per petitionem, vel instrumentam.
- 36 Quando sententia, in qua dicitur, non observatam fuisse Ordinationem, aliis appellabilis est, vel potest ab ea gravamen interponi, excusata est prædicta Ordinationis concessio.
- 37 Dictæ Ordinationis tunc propriè locum habet, quando a sententia, in qua dicitur, Ordinationem non fuisse observatam, appellari, vel aggravari non poterat.
- 38 Item quando est Senator, qui protulit talem interlocutoriam, vel definitivam nam licet ab ea appellari possit, convenit gravamen propter Ordinationem non observatam ad Rectorem interponi ex ratione, de qua hic.
- 39 A sententiis prolati in Senatu non aggravatur ex capite Ordinationis non observatæ.
- 40 Post definitivam prolatam non potest aggravari ab aliqua interlocutoria ante eam prolatam, ex capite Ordinationis non observatæ.
- 41 Casus, in quibus in Ordinatione expressum est, aggravandum in processu, sunt primo, quando interlocutoria assignat dilationem parvam, sive magnam ad probationes intra Regnum faciendas.
- 42 Item, quando interlocutoria proferatur super dilatoriis, sed cum declaratione.
- 43 Item, quando interlocutoria pronuntiat, non probari peremptoriam oppositam in vim dilatoriæ.
- 44 Item, quando interlocutoria rejicit contrarietatem, quæ probari non potest,

- test. nisi per scripturam publicam.
- 45 Item quando interlocutoria pronunciat, non admittendos testes, quia talis est causa, ut probari non possit, nisi per scripturam publicam.
- 46 Item quando interlocutoria rejicit articulos nullitatis, restitutionis &c.
- 47 Item, quando condemnat ad expensas retardationis.
- 48 Item, quando interlocutoria recipit appellationem, sed cum declaratione.
- 49 Gravamen in processu debet interponi intra decendum.
- 50 Sufficit, quod tabellio scribat in actis, vel Advocatus gravaminis interpositionem, licet judici non intimetur.
- 51 Superiori cognoscenti de appellatione definitiva postea prolata, competit deferre gravaminibus processus.
- 52 Idem competit Superiori cognoscenti de gravamine ordinario, idest, supplicatione.
- 53 Idem est dicendum, si Superior cognoscat de appellatione interlocutorie habentis vim definitivam.
- 54 Idem, si cognoscat de gravamine per instrumentum, vel petitionem; poterit enim deferre gravaminibus concernentibus illud incidens.
- 55 Idem possunt Auditores, de appellationibus cognoscentes.
- 56 Superior secundus, vel ulterius deferri gravaminibus sine respectu ad id, quod alij superiores judicarunt.
- 57 Non solum appellantem, sed etiam appellatum providere potest Superior in gravaminibus processus.
- 58 Senatus, quando ad eum deferuntur acta pro alio incidenti, deferre potest gravaminibus processus.
- 59 Requiritur tamen, quod causa sit, que in Senatu finaliter sit terminanda, & tractetur coram Senatore.
- 60 Requiritur etiam, quod gravatus petat expresse, quod deferatur gravamini processus.
- 61 Quæ dicta sunt, non requiruntur quando ad Senatum per viam appellationis acta deferuntur.
- 62 Deneganda est provisio in gravamine processus, si tempore debito non fuisset interpositum.
- 63 Item, si acta fuissent delata ad Senatum pro aliquo incidenti, & tunc petitum non fuisset quod gravamini deferretur.
- 64 Item, si revocata illa interlocutoria, adhuc tamen sententia principalis pro adversario sit proferenda.
- 65 Dicta numero precedenti non habent locum, quando interlocutoria affert parti gravamen separatum à præjudicio, quod causat negotio principali.
- 66 Judices superiores, qui per deliberationes expediunt causas, debent advertere ad gravamina processus, & si illis deferendum existimaverint, debent ad senatum deferre acta, & ibi determinare, an sit danda provisio circa gravamina.
- 67 Modus observandus, si provisio in his gravaminibus sit concedenda.
- 68 Quid faciendum, si detur provisio; quando jam aliqui Senatores suas proposuerant deliberationes.
- 69 Forma sententiæ, quando providetur in gravamine processus.
- 70 Si gravamen processus sit super materia non præjudicante qualiter debeat expediri per Senatores concedentes, vel denegantes provisionem.
- 71 Quando alter superior, non Senatus, de appellatione cognoscit, facilius est modus observandus in provisione gravaminis processus.
- 72 Modus observandus in provisione gravaminum processus, quando provisio petitur tempore quo acta deferuntur ad Senatum pro alio incidenti assignatur.
- 73 Admonentur in foro versantes, ne omittant, & spernant petere provisionem circa gravamina processus.
- 74 Differentiæ aliquæ in materia ista inter jus Regni, & commune.



PERVENIMUS jam, Deo duce, ad nostram Provinciam, idest, ad materiam gravaminum, ad cujus intelligentiam omnia hucusque ad notata præmissimus. Primum igitur loco de gravaminibus processus, & quæstione sequenti de illis, quæ interponuntur per instrumentum, aut petitionem, agemus.

1. Quæstioni igitur nostræ quantum ad priorem ejus partem satisfacere videtur Lusitanus Legislator, qui *lib. 3. Ordinationis tit. 20. §. 46.* sic ratiocinatur.

E de nenhun mandado, nem interlocutoria, que qualquer juiz ponha, ou mande judicialmente acerca de ordenar, e processar o feito, se poderá appellar, ou aggravar, salvo nos casos declarados nesta Ordenação, ou quando se agravar de Ordenação não guardada acerca de ordenar o processo &c.

Ecce nobis exponit Legislator noster, in quibus casibus gravamen in processu tantum sic interponendum: quamvis enim non exprimat in dictis casibus, in processu interponendum gravamen tamen certissimum est, quod indicatis terminis, in quibus aliam provocationem prohibet, hanc gravamini, de quo agimus, locum relinquit, ut constat ex *Ordinatione lib. 1. tit. 8. §. 2. in fine*, & apertius ex *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. fin. versic. E de todos, juncto versic. Porem*, & colligitur ex pluribus locis hujus *Ordinationis tit. 20.* & est indubitatum.

2. Verum, licet lingua vernacula nobis declaret Legislator noster, quando gravamini tantum in processu sit locus, non tamen per id res ista facile intelligitur, imò non levis difficultas est cognoscere, quamnam interlocutoria sint illæ, quæ proferuntur circa ordinandum processum, adeò, ut nemo, quem viderim, id declaraverit, aut in hac re posuerit regulam, & in ea soleant Pragmatici magis arbitrio in his fallacissimo, quam arte gubernari. Et quidem *Barb. noster in suis*

remissionibus de hac Ordinatione verbum non dixit *Valasc.* autem, quamvis in *sua consultatione 47.* enumeret aliquas interlocutorias, in quibus Jure Nostro, expressum est, solum in processu aggravandum esse (ita liceat loqui brevitate causa in re toties repetenda) cum tamen ab illis de jure communi appellare liceret, nemo tamen non videt, quam parum id profit ad materiam, de qua agimus intelligendam. Ego igitur aggredior materiam istam non sicut Doctorum scriptis, nulla etenim circa eam inveniuntur, sed jugi, multis ab hinc annis, studio, & observatione adhibita pro intelligenda regula dictæ *Ordinationis*, cæterisque ad materiam istam pertinentibus, ut igitur jam aperiatur, quid in hac re difficilima intelligam.

Dico, quod interlocutoria pertinentes ad ordinandum processum sunt illæ, quæ præjudicant negotio principali, id est faciunt, & conducunt ad condemnandum, vel absolvendum in causa principali de qua agitur, quas supra *quest. 3.* quasi per totam gravamen reparabile continere, diximus, & quænam illæ sint ibi plenè explicavimus, & ibi dicta, hic præ oculis sunt habenda; ad hæc enim illa prænotavimus.

Verum audire videor te dicentem, nullam cognitionem inveniri inter verba hujus *Ordinationis*, & illa, quibus illius sensum explicare contendimus, & maxime distare videri inter interlocutorias præjudicantes, & pertinentes ad ordinem processus. Subsiste tamen, & adverte, dictum nostrum aperte probari ex sequentibus.

Primum; probatur, quia prohibitio appellandi, vel aliter recurrenti ad Superiorem, de qua in dicta *Ordinatione* debet intelligi secundum jus commune, & rationem, qua fundatur, argumento *text. in cap. cum expediat, de electione in 6.* atqui jure illo attento, & ratione optima, in qua illud fundatur, *quest. 3.* late expensa, solum prohibetur appellari ab interlocutoriis præjudicantibus negotio principali, solum etenim istæ reparabile continent gravamen *dict. cap. fin. cum explicatis*

catis Suprà, ergo de his intelligitur nostræ *Ordinationis* prohibitio.

Secundò probatur, qua ut dicemus infra *num. 51.* Judex superior cognoscens de appellatione definitivæ potest, & debet, mediante justitia, revocare, & reparare gravamina ista interposita in processu atque attento jure, de quo in *dicto cap. fin. & alijs suprà*, illud tunc solum licet superiori, quando interlocutoria præjudicat negotio principali: ergo de his intelligenda est nostra *Ordinatio*, cum in illis juri communi similis sit.

Tertiò probatur, nam etiam, Jure Nostro attento, non sunt aliæ interlocutoria, in quibus verificari possit hujus *Ordinationis* dispositio, nisi præjudicantes causæ principali; nam, ut *questione sequenti numer. 12.* adnotabimus interlocutoria, vel sunt de habentibus vim definitivarum, vel de continentibus gravamen irreparabile, vel tandem de continentibus reparabile gravamen, idest, præjudicantibus negotio principali: atque de duobus prioribus speciebus disposuit *Ordinatio dict. tit. 69.* appellari posse, de cæteris id prohibendo; ergo prohibitio illa tacita, quæ hic est expressa, necessario in prædictis interlocutorijs præjudicantibus, & non in alijs verificatur.

Quarto probatur apertissimè ex peculiaribus exemplis hujus *Ordinationis*, ex quibus constat, legem nostram non admisisse appellationem, aut gravamen, nisi in processu, ab interlocutorijs præjudicantibus negotio principali, vel judicium retrò nullum reddentibus, quæ illis æquiparantur, ut videre est in *Ordinatione ista tit. 20. §. 23.* ubi appellatio, & gravamen extra processum prohibetur ab interlocutoria rejiciente contrarietatem, in qua Rei suas exceptiones peremptorias, omnemque defensionem producere solent. Item in *Ordinat. ista §. 25.* ibi similiter denegatur appellatio, sive gravamen ab interlocutoria non admittente probationem per testes faciendam, item in *§. 33.* ubi prohibetur appellari, aut gravamen interponi ab interlocutoria reji-

ciente, sive admittente exceptiones nullitatis. Quæ omnes interlocutoria sunt de præjudicantibus negotio principali, vel reddentibus judicium retrò nullum, quæ illis æquiparantur, ex *dicto cap. fin.* & nos firmavimus *questione 3.* Ex quibus manifestè apparet, prohibitionem appellandi, de qua in nostra *Ordinatione* intelligendâ esse de interlocutorijs præjudicantibus, & nõ continentibus gravamen irreparabile, ut ita sit juri, rationi, sibiq̄ ipsi consona.

Nequè verba hujus *Ordinationis* dissonant, aut repugnant suprâdictis, immò adeò apta sunt ad significandû, quod suprà diximus, ut ipsæ pro nobis faciant; nam nulla alia interlocutoria pertinet ad ordinandû processum, nisi illa, quæ præjudicat negotio principali, & facit, & conducit ad condemnandû, vel absolvendû in principali; illius enim officium nullum aliud est, nisi ordinare causam ad sententiâ definitivam sic, vel sic proferendam: quod rectè sentiens additio optima *ad glosam verbo Ultra descendium in dict. cap. fin. de appellat. in 6.* (à qua, & ejus dicendi modo videtur desumpta hæc *Ordinatio*) dixit, omnes istas exceptiones, & allegationes præjudicantes negotio principali, & interlocutorias super eis prolatas, immò omnem processum, ordinari ad definitivam, ex quo constat, rectè dici interlocutorias præjudicantes pertinere ad ordinandum processum, & quasi synonyma esse. Neque dicas secundum *dictam glosam*, omnem processum ordinari ad definitivam, & in processu sæpissimè plura esse emergentia, quæ tamen non præjudicant negotio principali, ac per consequens, non idem esse pertinere ad processum, ac præjudicare negotio principali; nam satisfit dicendo, quòd emergentia non præjudicantia, propriè non sunt de processu, sed quasi extranea; ad processum enim tantummodo propriè pertinent, quæ præjudicant, idest, faciunt ad condemnandum, vel absolvendum in principali; nam *processus* verbum, denotat illa, per quæ proceditur ad definitivam, & ad illam à partibus allegantur, & ordinativa judicij ap-

pellantur allegationes actiones, & exceptiones à partibus productæ ad finem absolvendi, vel condemnandi in causa principali. Vide citatos per *Cardos.* verbo *Actor num. 1.* Præterea, nam, etiam si verba huic sensui propriè non convenirent, attamen impropriari deberent, ne in alio quocumque sensu accepta sequeretur correctio juris, quæ aliàs necessario resultaret, *Abbas in cap. Cum olim in fine de sententia, & re judicata Felin. in cap. Non potest eodem tit. num. 8. Gozad. conj. 43. Mieroz. de Maioratu 1. part. quest. 1. num. 74. Gutt. præd. lib. 3. quest. 15. num. 34.*

6 Est igitur resolvendum, *Ordinationem* istam voluisse prohibere appellationem vel alium recursum extra processum, ab interlocutorijs præjudicantibus negotio principali, quas pertinentes ad ordinem processus appellat. Ratio prohibitionis illa est, & eadem, quam supra consideravimus de jure communi loquentes; quia, scilicet, excusata erat appellatio à talibus interlocutorijs, cum superior cognoscens de appellatione definitivæ posset illarum interlocutoriarum gravamina emendare, ut etiam potest Jure Regio atento, ut infra dicitur. Et tacite *Legislator Lusitanus* ab eisdem interlocutorijs appellare prohibuit in *dicta Ordinatione tit. 69.* nam solum concessit appellare ab habentibus vim definitivarum, & à continentibus gravamen irreparabile, remanente tacta prohibitione appellandi in illis, quarum gravamen est reparabile per appellationem à definitiva, & quod ibi tacite statuit, hic expresse prohibet.

7 Quæ resolutione retenta ad cognoscendum plenariè, quænam interlocutoria pertineant ad ordinem processus; vel, quod idem est, præjudicent negotio principali, recurrentum est ad *dicta quest. 3.* & omnia ibi adonata, & declarata hic proportionaliter sunt dicenda, & iisdem regulis hæc *Ordinat.* declaranda, ita ut dicantur illæ interlocutoria pertinere ad ordinem processus, quæ ibi dicuntur præjudicantes negotio principali, *Ordinat.*

tamen nostra attenta speciales limitationes, & declarationes infra positæ sunt applicandæ.

8 Illud de Jure Patrio in primis speciale invenitur, scilicet, quod, licet de jure communi nulla appellatio, aut protestatio sit necessaria ad hoc, ut iudex de appellatione definitivæ postea prolata cognoscens possit emendare, & reparare gravamina illata per interlocutorias præjudicantes, tamen de Jure Regio necessarium est, quod ab illis interlocutorijs, vel quod idem est, ab interlocutorijs pertinentibus ad ordinandum processum, gravamen in processu, idest quasi quædam protestatio, interponatur: quod lex nostra ex eo fortè decrevit, ne, scilicet, posset aliquo modo dici, gravatum acquievit sententiæ, & eam in rem judicatam transisse ex regula *text. in cap. Quo ad consultationem, de sentent. & re judicata.*

9 Præterea notandum est, quod ultra dictam regulam à nobis explicatam, sunt in *Ordinat.* nostra expressi aliqui casus, qui licet in dicta regula non comprehenderentur, tamen dispositum est in illis, gravamen tantum in processu esse interponendum. Videamus igitur, quales casus hi sint.

10 *Primus* igitur ille est, de quo in *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 9.* ubi disponitur, quod à pronuntiatione super dilatorijs exceptionibus (excepta incompetentiæ) gravamen in processu non aliter, interponatur: quæ quidem dispositio notabilis, & difficilis est, si intelligamus verba illa. *E do que sobre as ditas excepçoens* 11 *pronunciar,* comprehendere quoque pronuntiationem declarantem, probari exceptionem dilatoriam, nam in tali casu, quid prodesse potest gravamen in processu? Exemplo rem declaremus. Finge, quod opposuit Reus pactum de non petendo ad tempus, quæ est dilatoria ex *Ordinat. lib. 3. tit. 49. in princip.* iudex pronuntiavit, Actorem non posse agere usque ad tempus in exceptione declaratum, ecce finitur instantia, nec in causa illa amplius proceditur, quid ergo prodest

dest gravamen in processu interpositum? Aut per quem, vel quando erit emendandum? Aut quare non concedenda appellatio à prædicta interlocutoria, cum habeat vim definitivæ ex resolutis quæstione præcedenti, & sic à fortiori contineat gravamen irreparabile, & ex utroque illo capite concedant appellationem jura omnia, & ipsa *Ordinat. dict. tit. 69. in principio, & §. 1.*

12 Ego sanè semper intellexi, generalitatem illorum verborum, scilicet, *& do que sobre as ditas excepçoes pronunciar*, restringendam ad pronunciationes admittentes, vel rejicientes dilatorias, vel illas non probari declarantes, nullatenus verò comprehendere pronunciationem declarantem eas probari, & sic Actorem non audiendum amplius in eo judicio. Moveor primò, qui omnis dispositio debet restringi ad terminos habiles, *l. Ut gradatim ff. De muneribus, & honor;* illi autem sunt tantum habiles, scilicet, si cum dicta distinctione intelligantur verba dictæ *Ordinat.* ergo &c. Secundò, quia aliàs dicendum erit frustratorie Legislatorem nostrum concessisse in dicto casu gravamen in processu, contra regulam *text. in l. Si quando ff. de legat. 1. cum norat per Sanchez. de Matrim. lib. 3. disp. 49. num. 4.* Tertio, quia, quando lex nostra voluit comprehendere omnes casus, illos expressit, ut in eadem *Ordinatione* agendo de exceptione in competentia ibi, *ou a receba, ou nam, similis Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 9. ibi, ou se julgue por competente, ou nam competente*, in quo Legislator ostendit, non sufficere verbum illud generale, *& do que sobre a dita excepçam pronunciar*; ad comprehendendos omnes casus, siquidem illos nominatim exprimit: ergo, si in dicto casu idem voluisset, idem expressisset, argumento *text. in cap. Ad audientiam de decimis*, nullatenus igitur verbum illud generale, *Pronunciar*, extendi potest ad interlocutoriam pronunciantem, dilatorias probari, licet *Thom. Valasc. allegatione 58. num. 18.* ad prædictas difficultates non advertens, nec

respondens, dicat in casu, de quo agimus, gravamini tantum in processu locum esse.

Prætereà advertendum est, quod, quamvis in alijs interlocutorijs super exceptionibus dilatorijs (excepta illa, quæ probari pronunciat, de qua proxime) utilis possit esse interpositio gravaminis in processu, quia adhuc proceditur in causa, & restat tempus, & occasio pro reparatione gravaminis faciendâ, de qua, & modo dicemus infra *num. 51.* cum sequentibus, tamen etiam in his *Ordinatio* ista recessit 13 à jure communi secundum quod ab interlocutorijs prolatis super dilatorijs appellare licet. *Barb. in l. 2. num. 4. ff. de appellat. recip. Paz in praxi 6. part. tom. 1. in proæmio num. 23. Scaccia de appellation. quæst. 17. limit. 6. membr. 7. num. 47. & limit. 47. num. 95 & dicimus supra quæst. 3. num. 49.* Et etiam de Jure Nostro videbatur concedenda appellatio ab omnibus interlocutorijs super dilatorijs, tanquam à non præjudicantibus meritis causæ principalis, & sic continentibus gravamen irreparabile, secundum resoluta *dict. quæst. 3. quasi per tot.* Ex quibus etiam in hoc est difficilis dictæ *Ordinationis* dispositio, & maximè in eo, quod concedens gravamen in processu videretur concedere, quod superior possit in appellatione à definitiva reparare illarum gravamen: quod quidem in specie, de qua agimus est contra *text. dict. cap. fin. & dicta supra quæst. 3.* secundum quæ illas tantum interlocutorias potest superior de appellatione definitivæ cognoscens revocare, quæ præjudicant negotio principali: cujus naturæ non sunt interlocutoria super dilatorijs.

Responderi tamen potest, Legislatorem 14 desiderio amputandarum litium coactum, recessisse à regulis juris communis, & in hoc, & alijs casibus referendis concessisse solum gravamen in processu, & sic fecisse reparabile gravamen, quòd aliàs irreparabile erat, nam auctò similia gravamina irreparabilia erant, quia superior de appellatione definitivæ cognoscens circa

similes interlocutorias se intromittere non poterat, nec gravamina per eas illata emendate, at Legislator noster illi hanc potestatem tacite dedit eo ipso, quod iussit gravamina in processu interponi ab illis interlocutorijs, ne aliàs dicamus, frustratoriè, illud interponi iussisse, unde legitimè, & sine damno partium alium modum provocandi prohibuit.

15 *Secundus casus*, in quo gravamini in processu tantum locus est, licèt aliàs de jure communi posset appellari, habetur in eadem *Ordinatione dicto tit. 20. §. 38.* ubi generaliter disponitur, à condemnatione expensarum retardationis incidenter facti, solum in processu gravamen esse interponendum, quod jam in specialibus casibus disposuerat *Ordinat. eodem tit. §. 16. 24. & 33.* Quæ quidem interlocutoria erat etiam de continentibus gravamen irreparabile, juxta doctrinam *text. in dict. cap. fin. & late resoluta supra quest. 3. per tot.* at ex rationibus pro primo casu consideratis redditur reparabilis, & sic alia provocatio, nisi in processu, est prohibita à Legislatore nostro.

16 *Tertius casus* habetur in eadem *Ordinatione §. 15.* ubi disponitur, ab interlocutoria pronunciante, non probari exceptionem peremptoriam in vim dilatoria oppositam in terminis *text. in cap. 1. de lictis contest. lib. 6.* solum in processu gravamen esse interponendum, quæ quidem peremptoria in illum modum opposita non erat de præjudicantibus, sed per contrarium de non præjudicantibus, vel saltèm mixta juxta dicta à nobis *4. quest. 3. num. 26. & 48.* Et nihilominus ex ratione in dicto primo casu considerata reparabilis fit, & gravamen in processu tantum à Legislatore nostro pro ea conceditur.

17 *Quartus casus* videtur esse ille, de quo in *Ordinatione lib. 3. tit. 70. §. 8.* ubi disponi videtur, quod ab interlocutoria admittente appellationem adversario, possit gravamen in processu tantum interponi *similis Ordinat. eodem lib. tit. 84. §. 11.*

Sentit *Valasc. conf. 47. num. 6.* cum tamen talis interlocutoria non sit de præjudicantibus, imò per contrarium non præjudicans, & ita continens gravamen irreparabile, & sic appellabilis.

Verùm illa dispositio non sic procedit, 18 neque circa eam scripta per *Valasc. dict. loco* tuta sunt; adest enim expressa *Ordinatio lib. 1. tit. 6. §. 4* ubi in casu proposito, gravamini per instrumentum locum esse, probatur. Idem colligitur ex *Ordinatione eodem lib. tit. 58. §. 27.*

Neque contrariantur *Ordinationes* supra citatæ; nam responderetur, *Ordination. dict. tit. 70. §. 8.* non negare, posse illum, qui dicit appellationem adversarij non debuisse admitti, aggravare per instrumentum, sed solum probare, gravatum posse omittendo illam viam aggravare in processu. Sentit *Martinez. à Costa dict. lib. styli domus supplicat. annotat. 5. num. 9.* ubi testatur, decretum fuisse in casu, de quo agimus, vel uno, vel altero modo posse aggravari, decisum testatur *Cabedo 1. part. arresto 44.* Ad *Ordinat. verò dict. tit. 84. §. 11.* responderetur, illud esse speciale, ut testatur, decretum fuisse, idem *Martinez à Costa ubi proximè,* & potest addi ratio, quia, scilicèt, à Senatu Portuensi gravamen per instrumentum, vel petitionem non interponitur juxta decisionem *Cabed. 2. part. decis. 60. num. 2.*

19 *Alius quoque, & quintus casus*, in quo gravamen in processu tantum interponendum est, cum interlocutoria ex natura sua non sit de pertinentibus ad processum secundum ea, quæ nos resolvimus, adducitur à *Phæb. 1. part. arresto 22. Valasc. conf. 156. num. 31. & 32.* qui asserunt, à pronunciatione super attentatis in processu tantum aggravandum esse.

Verùm dicta assertio indistinctè vel etiam, cum sola distinctione *Valasci* tuta non est, ut ex dicendis sigillatim constabit, pro quo. 20

Prænotandum est, attentatum, ut advertit *Valasc. dict. loco,* & colligitur ex *textu in cap. Dilectus de Ordinat. cogn. duplici modo opponi posse, vel principa-* 22
liter

liter ad consequendam restitutionem, & repositionem in antiquo statu; vel incidenter, idest per modum exceptionis, ad impediendum processum, & ne adversarius audiatur, donec restituat.

Rursus in primo ex dictis modis proponendi attentatum, scilicet, principaliter, hæ interlocutoria possunt proferri super attentato, prima articulos, vel petitionem attentati principaliter intentati admitens: secunda articulos illos rejiciens: tertia pronuntians, articulos admissos probari, ac per consequens attentatum revocandum: quarta pronuntians non probari, & sic in effectu absolvendo adversarium à restitutione perita.

23 Sanè à nulla ex dictis interlocutorijs (excepta illa, quæ pronunciat, admittendos articulos attentati) gravamen in processu apud nos interponendum, existimo; nam id nequè ulla lege cavetur, neque tales interlocutoria sunt de præjudicantibus negotio principali, ut dicamus comprehendere sub regula generali dicti §. 46. secundum dicta, & resoluta à nobis *suprà in principio*. Nam interlocutoria rejiciens articulos sive petitionem attentati assimilatur illi, quæ in alijs causis rejicit libellum, à qua appellatio conceditur, etiam lege nostra attentata *lib. 3. dict. tit. 20. §. 16.* Est enim, ut ibi dicitur, absolutoria ab instantia, & sic vim definitivæ habet, & est appellabilis per regulam ejusdem *Ordination. dict. lib. 3. tit. 69. in principio*. Illa verò, quæ pronunciat, attentatum probari, & illa, quæ pronunciat non probari, sunt appellabiles, ut pote, quæ proferuntur super materia non præjudicante negotio principali, & sic continent gravamen irreparabile juxta resoluta *dict. quest. 3.*

24 Dixi, *excepta illa, quæ pronunciat, admittendos articulos, vel petitionem attentati*, quia, licet hæc propriè non sit præjudicans de jure communi, tamen, Regio attentato, ab illa in processu tan-

tum admitti debet provocatio: nam illa articulorum admissio in effectu est rejectio illarum exceptionum, vel allegationum, quæ opponerentur contra libellum, sive articulos libelli locum habentes quæ dilatoriarum naturam sortiuntur: à pronuntiatione autem super dilatorijs, in Regno gravamen tantum in processu interponitur ex *Ordinat. dict. tit. 20. §. 9. junctis dictis, & declaratis supra numer. 10. cum sequentibus*. Ergo idem in casu proposito est dicendum, cum in effectu pronuntiatione rejiciat dilatoriam, & ea non obstante, Actorem, & ejus libellum, sive actionem admittat, & non dissimilis sit ab ea propriè super dilatoria prolata quæ pronunciat, admittendam Actorem, non obstante exceptione, quæ quidem pronuntiatione nihil aliud est, quam rejectio dilatoriarum.

Unde obiter noto, non ineptè Ad. 25 vocatos adjicere in principio contrarietatis, vel exceptionis *Que poem por ago, gravo nos autos o recebimento do libello*, si tamen contra illius receptionem aliquid opposuissent, quod receptum non foret, aliàs in civiliter illa protestatio ponitur, nisi dicas, quod aliqua est actionum propositio, quæ sine alia partis allegatione ex officio rejici debet.

In secundò verò distinctionis membro, scilicet, quando attentatum opponitur per modum exceptionis, facienda quoque est distinctio, nam, vel interlocutoria pronunciat, attentatum probari, Actoremque non audiendum, donec restituat; vel pronunciat, attentatum non probari, vel rejicit, aut admittit articulos attentati incidenter, & per viam exceptionis oppositi. In primò casu interlocutoria appellabilis est, & nullatenus ad processum pertinet, non aliter, ac illa, quæ pronunciat, Actorem non audiendum ex qualibet alia dilatoria obiecta; est enim absolutio ab instantia ex dicta *Ordinat. tit. 20. §. 16.* & habet gravamen irreparabile à fortiori, & succedunt

dunt resoluta *quest. 4. num. 1.* & omnia, quæ in simili diximus, & consideravimus supra proximè. Neque obstat, quod in effectu sic pronuntiatio super dilatoria, à qua solum in processu gravamen interponitur, juxta *Ordination. dicto tit. 20. §. 9.* Nam responderetur, ut supra *num. 12.* illam generalitatem non comprehendere casum nostrum ex ijs, quæ ibi adduximus. Est tamen maximè advertendum, quòd, si attentatum non opponatur ex parte Rei, sed Actoris, tunc cessabunt hic dicta, quia cessat ratio, & proceditur in causa principali, & datur tempus, & occasio pro reparatione gravaminis, quod in processu est interponendum in tali specie.

27 In alijs verò casibus, scilicet, quando pronuntiatur admittendo, rejiciendo, vel judicando non probati exceptionem attentati, fatemur, posse habere locum prædictas Doctorum illorum assertiones. Nam est pronuntiatio super exceptione dilatoria, à qua solum in processu aggravare licet, juxta regulam dictæ *Ordinat. §. 9. & dicta supra num. 10.* Quæ regula verificatur in omnibus pronuntiationibus super dilatorijs, nisi in illa, quæ illam probari pronunciat, ut ibi probavimus, & non semel est repetitum, per talem enim interlocutoriam impeditur deveniri ad definitivam, & sic esset inutilis interpositio gravaminis in processu; non enim restat tempus, in quo illud possit revocari, ut dicto loco declaravimus.

28 Ex dictis infertur, pro maiori parte falsam esse assertionem *Phabi dicto ares. to 22.* dicentis indistinctè, à pronuntiatione super attentatis gravamen in processu tantum esse interponendum: nam si intelligit, quando attentatum opponitur principaliter, contrarium constat, nam ex quatuor interlocutorijs, quæ possunt super ipso proferri, ab una solum in processu aggravandum est, scilicet, quando admittuntur articuli attentati. Sin autem intelligit, quando attentatum per viam exceptionis opponitur, tunc eti-

am indistinctè vera non est; nam ab ea, quæ pronuntiat, attentatum probari extra processum provocari potest, in cæteris poterit illa assertio locum habere.

Infertur etiam, non ab omni parte 29 veram esse assertionem *Valasc. dict. conf. 156. num. 32.* dicentis, interlocutoriam super attentato principaliter intentato appellabilem, esse ab ea verò, quæ profertur super attentato incidenter opposito, in processu tantum aggravandum: nam ex dictis constat de jure Regio, non esse appellabilem, quæ admittit articulos, sine petitionem attentati principaliter intentati. Nequè per contrarium, ab omnibus prolatis super attentato incidenter opposito in processu tantum aggravandum, cum appellare liceat ab ea, quæ tale attentatum probari pronunciat, & Actorem non audiendum donec restituat, ut supra probavimus. Et quidem, licet cum *Valasc.* conveniamus in eo quòd ab interlocutorijs prolatis super attentato incidenter proposito, in processu tantum liceat aggravare (excepta illa interlocutoria, quæ, attentatum probari, pronunciat, ac per consequens, Actorem non audiendum, donec restituat) tamen nullatenus id asserimus per illam rationem, quam adducit *Valascus*, quia, scilicet, tales sententiæ interlocutoria sunt, ac per consequens ab ipsis in processu tantum apud nos licet aggravare: quod nos non probamus, nam, licet fateamur, interlocutorias, esse eum *Lancellot. de attent. 3. part. cap. 28. numer. 17. cum sequentibus*, negamus tamen, ab interlocutorijs solum in processu apud nos interponendum gravamen, nam plures sunt interlocutoria, à quibus extra processum de Jure Nostro provocatur, ut videre est per congestas *quest. 6. ad finem*, & patet quia plures continent gravamen irreparabile, & vim definitivarum; à quibus per regulam dictæ *Ordinationis tit. 66. in principio, & §. 10.* appellare licet. Est igitur ratio, quia, ut supra diximus, interlo-

interlocutoria super attento prolata (quando attentatum opponitur per modum exceptionis) super dilatorijs prolata dicuntur, à quibus pronunciationibus apud nos solum in processu gravamen interponitur, *ex dicto* §. 9. Excepta semper pronunciatione, quæ, probari attentatum à Reo oppositum, pronunriat, *ex dictis*, & repetitis supra.

Colligitur ergo ex dictis, ultra regulam, de qua *in dicto* §. 46. *Ordinationis nostræ* esse alios duos casus in ea non comprehensos, in quibus expressum est, gravamen in processu tantum esse interponendum. *Primus*, quando pronunriatur super dilatorijs exceptionibus, *Secundus*, quando aliquis incidenter condemnatur ad expensas retardationis; & quamvis supra plures casus enumerassemus nempe. *Tertium* de pronunciatione non probari exceptionem peremptoriam oppositam in vim dilatoria, hic tamen casus includitur in primo casu de pronunciatione super dilatorijs, talis enim est peremptoria, quando in illam vim opponitur. Item *quintum casum* de aliquibus pronunciationibus super attentatis; hic tamen etiam ad eandem classem pertinet. *Quartus* autem casus, ut in eo diximus, non procedit, quia in eo per instrumentum quoque, gravamen potest interponi.

31 Est tamen maximè advertendum, quòd in omnibus casibus, in quibus aliàs non licet gravamen interponere, nisi in processu, si Senator sit, qui de causa cognoscit, & illa talis sit, ut non possit supplicari à definitiva in ea proferenda per Senatum, poterit gravamen ad Senatum per petitionem interponi, si interlocutoria per ipsum Senatorem, non in Senatu fuerit expedita *ex Ordinatione lib. 1. tit. 6. §. 8.* & dicetur *infra numer. 34.*

Sic declarata, & quasi ampliata per dictos casus regula *Ordinat. dicti* §. 46. limitanda quoque est aliquibus modis per ipsam *Ordinationem* expressis.

Limitatio igitur prima dictæ regulæ generalis, vaga, & plures casus comprehendens illa est, de qua in eadem *Ordinatione*, ibi, *Salvo nos casos declarados nesta Ordenaçã*, ubi Legislatur declaratur, aliquos casus comprehensos in dicta regula excepisse, & in illis concessisse contra dictam regulam, provocationem extra processum; casus autem illi, qui aliàs continebantur in dicta regula, & nihilominus ab illis concessa est provocatio extra processum, sequentes esse credimus.

Primus ille est casus, de quo in *Ordinatione lib. 3. tit. 20. §. 5.* Nempe denegatio termini probatorij, vel nimis restricta, aut lata dilatio ad probandum extra Regnum: quæ quidem interlocutoria ex natura sua videbantur comprehensæ in regula *dicti* §. 46. sunt enim (secundum resoluta *quest. 3.*) de pertinentibus ad processum præjudicantibus, & reparabile gravamen continentibus. Nihilominus tamen in *dicto* §. 5. ab illis extra processum, scilicet per petitionem, aut instrumentum provocatio admittitur.

Si autem quæras rationem exceptionis respondebimus. Primò per *text. in l. Non omnium ff. de legibus*, ubi habetur, quòd non omnium, quæ à maioribus nostris sunt statuta rationem reddere possumus. Secundò responderetur, in illis interlocutorijs, de quibus *dicti* §. 5. aliquo modo posse considerari gravamen irreparabile, nempe mora, si adversario amplius terminus conceditur, vel mors testium, quando denegatur dilatio, poterunt enim esse mortui testes, quando superior revocando gravamen dilationem injustè denegatam concesserit.

Secundus casus exceptus est ille, de quo in *Ordinatione lib. 1. tit. 6. §. 9.* nempe rejeçtio contrarietatis, defensionis, replicæ, aut treplicæ facta per Præsidentem curialem, vel alium Senatorem, cui committitur à Rege, causam aliquam per se solum judicare, quæ quidem interlocutoria apertissimè erant de pertinentibus ad regulam *dicti* §. 46. tam de jure communi

muni secundum quod ad præjudican-
tes pertinebant tamquam prolata super
materia continente merita causæ, quæ
in illis articulis deducuntur, quàm etiam
de Jure Regio, in quo aliàs expressum est,
ab interlocutoria rejiciente contrarie-
tatem solum in processu gravamen in-
terponendum. *Ordination. lib. 3. tit. 20.*
§. 23. & nihilominus in specie *dict. §. 9.*
conceditur à tali interlocutoria interpo-
nere gravamen ad Senatum per petiti-
onem, in quo difficilis est, at sic lex scri-
pta est.

34 *Tertius*, & notabilior casus est, ille, de
quo in dicta *Ordinatione lib. 1. tit. 6. §. 8.*
similis *tit. 7. §. 15.* ubi disponitur, posse
gravamen per petitionem interponi ab
interlocutorijs pertinentibus ad ordi-
nandum processum, si illæ prolatae sine
per Senatorem, qui in Senatu cum alijs
debet finaliter definire illam causam
principalem sine appellatione, aut gra-
vamine: quæ dispositio verificatur in
Senatu Portuensi in casibus, in quibus
aliquis ex Senatoribus, finaliter in Se-
natu judicat causas, de quibus secundum
munus suum cognoscit, & causa non ex-
cedit illius domus jurisdictionem vulgo
cabena alçada; & sic à definitiva sup-
plicari non potest; vel quando causa est
criminalis, quæ etiam ibi sine provoca-
tione aliqua terminatur. In Senatu au-
tem supplicationis in omnibus causis ve-
rificatur requisitum illud, ut scilicet, non
possit appellari, aut aggravari, quia in
nulla causa à definitiva, ibi prolata pro-
vocatur, concurrentibus igitur cæteris,
intrat semper in Senatum supplicationis
dispositio *dicti §. 8.*

Neque dubitetur, *Ordinationem* illam
loqui de interlocutorijs pertinentibus ad
processum, nam id necessariò colligitur
ex eo, quia has solum, & non alias Sena-
tores illi per se sine Senatu proferunt, ita
disponente *Ordination. lib. 3. tit. 20. §.*
47. & in suo casu, *Ordinat. lib. 1. tit. 16.*
in principio, & *§. 1.* cum igitur *Ordinat.*
dict. §. 8. locatur de interlocutorijs per
Senatorem sine Senatu prolatis, necessa-

riò de illis intelligitur, quæ pertinent ad
ordinandum processum; quòd nemo in-
ficiatur. Ratio autem hujus exceptionis
illa est, quia, cum non possit appellari,
aut supplicari à definitiva postea profe-
renda, cessat occasio reparationis grava-
minis illati per illam interlocutoriam;
unde illud fit irreparabile, & sic ab eo
provocatio extra processum conceditur.
Nec per id videamur approbare opinio-
nem illam, quæ simpliciter asserit, prohi-
bita appellatione à definitiva, remanere
concessam licentiam appellandi ab inter-
locutorijs quibuscunque in ea causa pro-
latis, quia cessat occasio reparationis:
nam huic *Ordinat. dict. §. 8.* quæ pro illa
parte facere videbatur respondimus su-
prà *quest. 3. num. 39.*

35 *Secunda* limitatio regulæ *Ordinationis*
dict. §. 46. est illa, quam eadem *Ordina-*
tio ibidem expressit, scilicet, *Ou quando se*
aggravar de Ordenaçam naõ guardada,
&c. similis *Ordinat. lib. 1. tit. 5. §. 6.* Nam,
quamvis interlocutoria aliqua ex sua na-
tura pertineret ad ordinandum proces-
sum, si tamen per eam aliqua *Ordi-*
natio contrarium disponens offendatur,
poterit extra processum, modis infra
dicendis provocari ex dicta *Ordinatio-*
ne. Facit pro eadem decisione, *text. in*
cap. Pastoralis in princip. de appellat.
ubi admittitur appellatio etiam, quan-
do aliàs erat prohibita per rescriptum, si
illa in jure sic expressè probata, & ad-

36 Pro hujus rei cognitione advertendum
est, quòd quando à sententia appellari,
vel aggravari potest secundum alias, &
communes regulas pars, quæ senserit se
gravatam appellabit, vel aggravabit ad
legitimum, & alias Ordinarium Superio-
rem, qui, sicut ex alijs justis causis, ita
ex hac, quòd, scilicet, non fuerit observa-
ta aliqua *Ordinatio*, revocabit senten-
tiam: si tamen ex dicto capite non ob-
servatæ *Ordinationis* eam revocaverit,
condemnabit inferiorem judicem ad pœ-
nas *Ordinationis eodem tit. 5. §. 4.*
nisi tamen inferior sit Senator, hunc
enim

enim condemnare non potest, nisi Rector, sive Gubernator cum quinque Senatoribus, ut infra dicemus. Sed prædictus casus non pertinet ad nostram limitationem, nam, gravamen, vel appellatio, quæ tunc interponitur ex communibus regulis procedit, & conceditur, & cessat extraordinarium remedium interponendi gravamen alio modo, de quo in hac *Ordinatione*. & limitatione agitur, quasi ex ratione, & regula *textus in l. In cause ff. De minoribus*, ubi remedium extraordinarium cessat, quando datur ordinarium.

37 Quando autem sententia, in qua dicitur *Ordinationem* observatam non fuisse, est definitiva, & tamen ab ea aliàs est prohibita appellatio ex quacunque ratione, vel est interlocutoria, à qua non licet appellari, vel aggravari, nisi in processu (in quibus casibus verificatur nostra limitatio) tunc, licet aliàs solum in processu à tali interlocutoria esset aggravandum, poterit aggravari per instrumentum, vel petitionem ex capite *Ordinationis* non observatæ, circa prolationem definitivæ, vel interlocutoriæ à quibus aliàs appellare, aut aggravare non licebat. Cujus gravaminis extraordinarij cognitio pertinet ad Rectorem in districtu *Supplicationis*, ad Gubernatorem verò in *Portuensi*, qui, sibi adjunctis quinque Senatoribus, talia gravamina determinat. Idem observatur, quando, licet à sententia pateat appellandi, vel aggravandi ordinaria via, ille tamen, qui sententiam protulit, est Senator: nam cum iste condemnari non possit per ordinarium superiorem ad pœnas *Ordinationis dict. §. 4* convenit dicto modo gravamen ad Rectorem, vel Gubernatorem interponere, licet aliàs ordinario modo posset ab illa, sententia provocari. Quæ dicta sunt deducuntur, licet non tam aperitè, & distinctè, ex *Ordinatione dict. tit. 5. §. 6. agnoscat Phabus 2. part. arresto 22.*

Notandum tamen, quòd si sententia, 39 in qua dicitur, non fuisse observatam *Ordinationem*, prolata sit in Senatu, ab ea ex dicto capite aggravare non licebit, quasi incredibile sit, Senatum contra *Ordinationem* judicasse. Decisum testatur *Cabed. 1. part. arresto 61. Costa Styl. domus Suppl. annot. 4. num. 24. Sapientissimus Senator Dominic. Homem de Almeida in analysi edita post hæc scripta cap. 30. num. 4.*

Notandum quoquè, limitationi nostræ 40 locum non esse, si post definitivam prolatam dicatur, non observatam fuisse aliquam *Ordinationem* circa aliquam interlocutoriam ante dictam definitivam in processu illius causæ prolatam: nam à tali interlocutoria ex illo capite post definitivam aggravari non poterit, ita disponente *Ordinat. nostra sepe citato §. 46.* unde redditur suspecta dicta decisio, de qua *Phab. dict. arresto 22.*

Ex dictis constare poterit, quando apud nos in processu tantum gravamen sit interponendum; sed pro clariore adhuc cognitione ponamus omnes casus in quibus est expressum gravamen tantum in processu interponendum, ut, quando casus occurrit, possit facile constare, an in illo expresse dispositum sit, gravamini in processu tantum locum esse, & si expressum non sit possit recurri ad regulam *dict. §. 46.* à nobis declaratam, ut *suprà à principio Interlocutoriæ* autem, à quibus gravamen tantum in processu interponi potest, sequentes sunt expressæ in *Ordinatione nostra.*

Prima illa, quæ assignat dilationem, 41 sine terminum probatorium in Regno, de qua in *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 5.* ibi, *Sem appellaciam, nem aggravato,* nec dubium moveat, quòd non dicitur, in processu posse interponi gravamen, quia jam *suprà numer. 1.* probavimus, hoc semper concedi, licet appellatio, vel gravamen denegeretur.

Secunda illa, quæ profertur super exceptionibus dilatoriis (excepta incompeten-

- petentiæ) ut in *Ordinat. dict. tit. 20. §. 9.* sed declaranda hæc sunt per ea, quæ diximus supra *num. 12.*
- 43 *Tertia* illa, quæ pronunciat, non probari peremptoriam oppositam in vim dilatoriæ, ex *Ordinat. eodem tit. 20. §. 15. in fin.* Sed hæc comprehenditur sub proxime dicta.
- 44 *Quarta* illa, quæ rejicit contrarietatem, quæ probari non potest, nisi per scripturam publicam, quam Reus non offert ex *Ordinat. dict. tit. 20. §. 23.*
- 45 *Quinta* illa, per quam non admittitur probatio per testes, quia causa talis est, ut in ea publica scriptura requiratur ex *Ordinat. dict. tit. 20. §. 25.*
- 46 *Sexta* illa, quæ rejicit articulos nullitatis restitutionis, reprobationum, & similes expressos in *Ordinat. eodem tit. §. 33.*
- 47 *Septima* illa, quæ condemnat ad expensas retardationis incidentis, ex *Ordinat. dict. tit. 20. §. 38.*
- 48 *Octava* videtur illa, quæ recipit appellationem adversario, ex *Ordinat. lib. 3. tit. 70. §. 8. & tit. 84. §. 11.* Sed videnda sunt quæ circa hoc scripsimus supra *num. 17. cum sequentibus*, in his igitur casibus cessat omnino dubitatio, in aliis recurrendum est ad regulam *dict. §. 46.* supra in principio declaratam.

Assignatur modus, & tempus interponendi gravamen in processu.

- 49 Restat nunc assignare modum, & tempus interponendi gravamen in processu, & quantum ad tempus non video *Ordinationis* locum, in quo exprimitur: videtur tamen interponendum esse intra decem dies, sicut de cæteris gravaminibus dicemus infra *quest. 6. num. 50.* per *Ordinat. lib. 3. tit. 74. §. 5.* & id significare videtur *Ordinat. dict. tit. 20. §. 46.* ibi, *& isto quando a parte tiver aggravado no processo em tempo de vido.* Et omnia, quæ dicto loco dicenda sunt circa ea, quæ ex-

cusant, si tempus elebatur, hic proportionabiliter sunt etiam intelligenda.

Quod attinet ad modum, cum hujusmodi gravaminis interpositio habeat locum cujusdam protestationis, videtur sufficere, quod scribatur in actis, vel per Advocatum, etiam si non intemetur judici, vel per scribam ad partis requisitionem, dicente parte, vel Advocato. *A tali sententia gravamen in processu interpono, & hoc notario scribente, si pars, vel Advocatus non scribat.* Et probatur ex stylo, quia hujusmodi gravamina solent scribi in actis, & judici non intimari ut plurimum: quod præcipue ex eo videtur excusatum, quia nec pro tunc deferretur provocatio ad Superiorem, ut illi deferat; nec de jure in similibus interlocutoriis revocandis per Superiorem, quales sunt istæ, aliqua appellatio, aut provocatio erat necessaria ut colligitur ex *text. in dict. cap. fin. de appellat. in 6.*

Reparatio gravaminis in processu interpositi, per quem, quando, & qualiter fieri debeat?

Nunc utiliter agamus de reparatio-
ne gravaminum, & videamus per quem, quando, & qualiter fieri debeat. Quoad primum dico primò, quod Superior cognoscens de appellatione à definitiva postea prolata potest, & debet, mediante justitia, emendare interlocutorias, à quibus in processu rectè fuerint gravamina interposita. Probatur ex *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 38.* ubi exprimitur, in casibus, de quibus ibi, debere Superiores de appellatione definitivæ cognoscentes (id enim significant verba illa, *na mor alçada*) de gravamine in processu interposito judicare, & in alio casu ex *Ordinat. lib. 3. tit. 70. §. 8.* Facit *Ordination. lib. 1. tit. 6. dict. §. 8.* ubi conceditur gravamen

ab interlocutoriis, à quibus aliàs non erat concedendum extra processum, quia non potest appellari à definitiva postea in illa causa proferenda, quasi per hoc cesset reparabilitas, ergo illa consistit in appellatione à definitiva, & illo tempore est facienda. Ex quibus, & aliis, quæ de jure communi firmavimus supra *quest. 3.* nobis semper id fuit indubitatum, & in effectu agnoscunt *Va. lase. cons. 159. numer. 2. Thom. Vaz allegatione 58. num. 19. & allegatione 96. num. 62.*

52 Declaratur primò dicta assertio, ut procedat non solum in Superioribus cognoscentibus de appellatione definitiva, sed etiam de gravamine ordinario, quod supplicatio aliàs dicitur, de quo in *Ordinat. lib. 3. tit. 84.* & alibi sæpe. Probat, quia plures sunt iudices, à quorum definitivis non appellatur, sed gravamen prædictum, idest supplicatio interponitur: plures enumerat *Ordinat. lib. 1. tit. 6.* in principio, & dicemus *quest. 6. numer. 2.* & tamen ab interlocutoriis per eos prolatis gravamen in processu interponitur, ut est notum, & agendo de præside, sive Correctore Curiali dicit *Ordinat. lib. 1. tit. 8. §. 2. in fine:* ergo manifestè apparet, aliquo tempore esse gravamini illi deferendum, & cum aliud non detur, nisi quando processus per viam supplicationis defertur ad Superiores, necessariò dicendum est, illo tempore, & per illos Superiores reparandum esse gravamen. Facit, quia gravamen illud ordinarium, quod interponitur à definitivis in omnibus ferè vicem appellationis subit; unde sicut per illam, ita per illud reparatio, de qua agimus, est facienda: circa quod, tanquam certum, amplius non immoramur.

53 Declaratur secundò prædicta assertio, ut procedat etiam si appellatio, vel gravamen ordinarium, idest, supplicatio, non fit à definitiva vera, sed ab habente vim definitiva, poterit enim Superior de appellatione, vel supplica-

tione talis sententiæ cognoscens, emendare gravamina in processu interposita circa incidentia illius articuli, quem determinat sententia illa, à qua appellatum fuit, seu supplicatum. Suadet prædicta declaratio eisdem illis rationibus, quibus dicti supra *quest. 3. numer. 21.* diximus, interlocutorias præjudicantes incidenti, à quo appellari potest, posse emendari per Superiorem de tali appellatione cognoscentem: ibi invenies exempla, & rationes, quæ suadent idem dicendum, quando Superior cognoscit de appellatione ab interlocutoria continente gravamen irreparabile. Facit, quia illarum interlocutoriarum, appellationes comparantur illis, quæ à definitivis interponuntur, & justificari etiam possunt ex novis causis secundum *Maraut. Card. & alios quos refert, & sequitur Scaccia de appellation. quest. 11. num. 93. & 99.*

Idem etiam dicendum, credimus ex 54 eisdem rationibus, si gravamen per instrumentum, vel petitionem interponatur, nam poterit etiam Superior de illo cognoscens, revocare gravamina in processu interposita circa incidentia illius articuli, à quo gravamen interponitur, & quoniam, quando aggravatur per instrumentum, non deferuntur ad Superiorem propria acta, vel eorum integra copia, ut possit invenire gravamina in processu circa illum articulum interposita, debet cautus Advocatus petere à tabellione, sive scriba, ut adjungat gravamini fidem, sive certitudinem talis, vel talis pronunciationis, & gravaminis ab ea in processu interpositi, ut possit superiori constare; poterit enim facta provisione in dicto gravamine processus fieri per consequens in gravamine principali, quod pender apud ipsam Superiorem, & non facta dicta provisione in gravamine illo processus, poterit contingere per contrarium fieri non posse in gravamine principali: quod exemplis non declaramus, quia possunt hic appellari proportionabiliter illa,

illa, quæ circa gravamina præjudicantia definitivæ, sine definitivæ vim habenti, adduximus *dict. quæst. 3. num. 21.*

55 Declaratur tertio prædicta assertio, ut non solum procedit quando Senatus est Superior ille, qui de appellatione, sive gravamine cognoscit, sed etiam, si alius sit superior Senatui inferior, ut sunt Auditores Dominorum, & terrarum Ordinum, qui de appellationibus cognoscunt, secundum *Ordinat. lib. 3. tit. 71.* vel Correctores, qui cognoscunt de gravaminibus per petitionem, vel instrumentum, siquidem *num. precedenti* diximus etiam, in cognitione per hanc viam posse gravamina processus circa illum articulum interposita emendari.

Fundatur dicta declaratio in eo, quia hi, de quibus agimus Superiores sunt, & cognoscunt de definitivis, vel gravaminibus illarum causarum; atqui *Ordnatio* nostra indistinctè ait, gravamina illa esse per Superiores, *na mór alçada*, emendanda; ergo etiam de his intelligitur ex regula *text. in l. De pretio ff. de publ. in rem actione, cum vulgaribus.* Facit, quia ut supra *quæst. 3. num. 6.* adnotavimus, non rectè potest expediri appellatio à definitivis, nisi emendatis interlocutoriis illi præjudicantibus; quòd hic etiam procedit, ut plurimum, licet in Regno ab aliquibus non præjudicantibus gravamen in processu interponatur ut supra *num. 9. & sequentibus* adnotavimus: nec considero rationis dissimilitudinem inter unos, & alios Superiores; unde succedit vulgata regula *text. in l. Illud ff. ad leg. Aquilianam.*

56 Declaratur quarto, ut procedat prædicta assertio, etiam si primus Superior, veluti Auditor, qui de appellatione definitivæ cognovit, non detulerit illi gravamini processus, quia, scilicet, existimavit inferiorem rectè judicasse, nam nihilominus poterit secundus, vel ulterior Superior, scilicet, Senatus Portuensis, vel Supplicationis, revocare gravamen illud, si videatur, interlocutoriam, à qua

fuit in processu interpositum, fuisset injustè prolata, licet contrarium visum fuerit priori Superiori. Et per contrarium, si primus Superior provisionem cedit circa gravamen processus, quia existimavit, injustè circa illud incidens inferiorem judicasse, poterit secundus, vel ulterior Superior illam provisionem spernendo, si viderit, primum judicem bene judicasse, principalem causam determinare, ac si illa provisio super gravamine processus data non fuisset. Ita, ut Secundus, vel ulterior Superior non adstringatur stare iis, quæ primus Superior, vel secundus judicavit. Ratio est, quia, cum ad illum deferatur appellatio, sive gravamen super principali, debet omnia accessoria, & dependentia etiam judicare juxta dicta *num. precedentibus, & dict. quæst. 3. in principio.* Et non video, quid possit suadere contrarium; unde à regulis generalibus non est recedendum *l. Præcipimus C. de appellationibus.*

Quinto declaratur, ut non solum debeat Superior providere appellantem, 57 sed etiam appellatum. Finge, quod habebas gravamen interpositum in processu, & nihilominus victor fuisti, & adversarius appellavit, vel aggravavit; Superior autem existimat, sententiam revocandam, & contra te pronunciandum; advertit tamen, quòd si revocaverit gravamen in processu à te interpositum, poterit confirmare sententiam appellatam. Poterit inquam in tali casu te providere circa illud gravamen, quamvis tu non appellasses, sive aggravasses à sententia principali. Ratio est, quia appellatio est remedium commune, ut notant *Bart. Bald. & Salicet. per textum ibi in l. Ampliorem C. de appellat. Gom. ad l. 22. Tauri num. 24.* Et apud nos est integer *tit. 72. lib. 3. Que quando os juizes da alçada acharem que o appellado he aggravado o desagravem, ainda que nam appelle.* Diximus, & satis declaravimus supra *quæst. 3. numer. 45.*

Dico

58 Dico secundò, quod gravamen in processu interpositum potest etiam alio modo, & alio tempore reparari, scilicet, quando processus defertur ad Senatum pro alio incidenti, ut in specie *Ordinationis*, quod dictum est disponentis, *dicti lib. 3. tit. 20. §. fin.* Advertendum tamen est maximè, duo requiri ut prædicto tempore, & modo possit reparari gravamen. Primum quòd ille coram quo lis agitur, & à quo gravamen in processu fuit interpositum, sit Senator, vel iudex alius, qui in Senatu, vel cum adjunctis in forma Senatus, debeat sententiam definitivam in illa causa proferre, veluti iudex Coronæ, Cancellariæ, Præses civilis Portuens. quatenus iudex actionum novarum, vel similis, ita deducitur ex *dict. §. fin.* Ex his inferitur, quòd si non Senator, sed alius sit iudex, qui de causa cognoscit, non habebit locum illius *Ordinationis dispositio*, & ratio videtur esse, quia, quando est Senator, qui cum aliis debet iudicare non ipse, sed Senatus, & est proprius iudex, & ipse cum eo efficit unum corpus, unde iure constitutum est, quod quocumque ad Senatum defertur processus, possit ille revocare gravamina processus, si pars id postulet, ut infra dicitur, quemadmodum ipse iudex causæ revocare posset: quæ ratio cessat, quando alius est iudex, qui cum Senatu in illa causa unum corpus non efficit; & sic cessat dispositio, *extextus in l. Adigere §. quamvis ff. De iure patronat.* Neque etiam locum habebit dicti *§. fin.* dispositio, si à sententia definitiva, quæ in Senatu est proferenda supplicari non possit, nam tali casu, non in processu aggravatur ab interlocutoriis, sed per petitionem, *Ordination. lib. 1. tit. 6. dict. §. 8.* & diximus supra num 34.

60 Secundum requisitum est, quòd ille, qui aggravavit in processu, faciat (cum processus defertur ad Senatum pro alio incidenti) scribi terminum in actis, in quo contineatur, quatenus ille petit, quod in Senatu sibi deferatur gravami-

ni aliàs interposito in processu, quod si omittat, nec tunc, nec postea alio quocumque tempore provideri poterit in illo gravamine, ita disponente Lege nostra in *dict. §. fin.* Ex qua, & dictis colligitur, quod dicta protestatio, tunc tantum requiritur, quando processus defertur ad Senatum pro aliquo alio incidenti, non verò, si post gravamen interpositum in processu, ille deferatur ad Senatum per viam appellationis, vel supplicationis; quod patet tam ex eo, quòd lex non agit, nisi de casu, quo defertur super incidenti, neque enim à Senatore, qui illam causam finaliter in Senatu debet iudicare, potest per viam appellationis, vel supplicationis, ut patet, processus ad Senatum deferri: nec in casu, in quo processus pendet per appellationem lex aliqua talem protestationem requisivit, nec verè requiritur, quia est tempus ordinarium, & proprium pro illis reparationibus faciendis sine alia protestatione, ex dictis supra.

Ex quibus defendebam olim in *Senatu Bracharensi* contra sapientissimos Senatores, nullatenus hujus *§. fin.* dispositionem posse habere locum, ut ipsi contendebant, in casu, quo apud nos, per appellationem ab auditore interpositam, causa principalis pendebat, nec posse dici nos non debere providere in gravamine processus, quia non fuisset facta dicta partis requisitio per terminum in actis scriptum, pro ut aliqui illorum Dominorum requirebant; nam in dicto casu nullatenus poterat habere locum *dicti §. fin.* dispositio, cum in eo non invenirentur duo requisita *dict. §.* de quibus proximè num. 59. & 60. nec alterum ex illis.

Diximus, quis possit providere in gravamine processus nunc videamus, quando debeat dare, aut denegare provisionem, & primò certum est, quòd si gravamen non fuerit interpositum in processu, tempore debito, non debet illi gravamini deferre Superior, ut habetur in *Ordination. dict. tit. 20. §. fin.* Quod

tempus decendum debere interpretari, diximus supra num. 49.

63 Secundo neque provisionem dare debet, si, ut dictum est, in terminis dicti §. fin. & juxta declarata à nobis supra numeris precedentibus, processus fuisset jam delatus ad Senatum pro aliquo incidenti post gravamen in processu interpositum, & per aggravantem ibi non fuisset petita per terminum in actis provisio super gravamine, ita disponente *Ordination. ult. §. fin.*

64 Tertiò neque debet concedi provisio, si interlocutoria talis fuerit, ut etiam si revocetur, vel admittatur, quòd iniquè rejectum fuit ab inferiore, nihilominus tamen Judex Superior per id non debeat pro gravato in interlocutoria sententiam definitivam proferre; nam in tali casu frustratorie provideretur gravato in gravamine processus: at jus non solet admittere, vel concedere aliquid frustra, ex glosa verbo *Nihilominus in cap. Cum contingat de officio delegat. l. Ad probationem C. de probat.* Quòd tamen declarandum est, ut procedat, quando gravamen processus fuit interpositum ab aliqua interlocutoria, quæ nullum aliud, præjudicium affert parti, nisi illud, quod fit causæ principali, & ejus decisioni, veluti, quando denegatur juramentum supplicatorium, vel testes adversario admittuntur, & in similibus. At verò, quando interlocutoria non præjudicat negotio principali, sed parti (ab his enim aliquando in processu ex concessione nostræ *Ordinationis* aggravatur, ut diximus supra num. 10.) debet superior in gravamine providere si invenit, injuste inferiorem interlocutoriam illam pronunciassè, etiam si definitivam contra provisum debeat proferre: nam, cum hæ interlocutoria non dirigantur ad definitivam, ut illæ, de quibus proximè diximus, gravamina per eas illata revocanda sunt à Superiore sine ulla dependentia à definitiva, cessat enim ratio proximè considerata pro illis, quæ præjudicant principali negotio, & sic ces-

sant, quæ in illis diximus argumentò *text. in cap. Cum cessante de appellat.* Exemplum esse potest interlocutoria condennante ad expensas retardationis, à qua aggravatur in processu ex *Ordination. dict. tit. 20. §. 38.* si enim Superior videat, ab ea legitime gravamen in processu interpositum, & injustè prolatam, debeat emendare, licet contra sic provisum in hoc articulo debeat sententiam definitivam proferre. Nomine definitiva in omnibus hic resolutis indefinitiva in omnibus, hic resolutis intelligimus, vel habentem vim definitivam, vel aliam appellabilem, vel à qua gravamen per instrumentum, vel petitionem potest interponi: nam sicut de definitiva cognoscens, ita de dictis poterit, vel non poterit provisionem dare in gravamine processus super interlocutoria præjudicante illi incidenti, de quo agitur, nam respectu interlocutoriarum sibi præjudicantium habet se tale incidens, sicut definitiva respectu interlocutoriarum præjudicantium, ex dictis, & resolutis supra num. 21.

Hæ se nobis offerunt causæ ad denegandam provisionem in gravamine processus, etiam si aliàs constet, illud fuisse illatum, aliæ forte poterunt considerari. Per contrarium constat, quando gravamen sit emendandum, scilicet, si injuste illatum sit (quòd semper supponitur) & nullum ex dictis, vel similibus impedimentis obstat revocationi.

Praxis, & modus revocationis gravaminum processus

Videamus tandem, qualiter sit revocandum gravamen, de quo agimus, & quamnam praxis in hoc sit observanda. Pro cuius rei intelligentia distinguendum est inter Superiores, & inter qualitates interlocutoriarum. Et quoniam, ut plurimum, Senatus de appellationibus, & gravaminibus cognoscit, videamus prius de eo, & postea de alijs iudicibus, qui de appel-

appellationibus, vel gravaminibus cognoscunt, ut distinctè possit colligi, qualem praxim hi, vel illi observare in hac re debeant.

66 Quando igitur apud Senatum fuerit appellatio, vel gravamen, Judices qui de ea cognoscere debeant, & ad quos deferretur processus, ut suas ponant deliberationes debent advertere ad gravamina processus, & si alteri ex illis videatur, alicui ex gravaminibus deferendum, debet processum deferre ad Senatum ut ibi in mensa proponat, an providendum sit aggravanti in processu (similia namque non possunt per deliberationes expediri) quo facto, si decernitur, non esse provisionem dandam, de hoc fit in processu declaratio, vulgo *assento*, in quo declaratur illam questionem fuisse propositam in Senatu, & visum fuisse, non dandam provisionem: quæ declaratio fieri jubetur generabiliter in *Ordnat. lib. 1. tit. 6. §. 14.* ne sequentes, iudices de eo iterum dubitent, quæ *Ordnatio* omninò videnda; dat enim satis distinctè formam generaliter observandam, in similibus terminis, & questionibus, licet in specie de nostra non agat, sed eadem forma est observanda ex generalibus verbis, & regulis dictæ *Ordnationis*.

67 Sin autem Senatus determinet provisionem esse dandam in gravamine processus tunc si interlocutoria, quæ revocari debet fuerit talis, ut eam, & effectus eius spernendo, eo ipso revocetur, & sic, quòd eius revocatio consistat in omittendo, ut ita dicam, credo faciendam quoque similem declarationem, vulgo *assento nos autos*, ut ceteri non dubitent super eodem, & interlocutoriam illam Senatus sequantur, & ea determinatione supposita, suas ponant deliberationes. Imò existimo, quòd, si aliquis Senator jam posuisset suam deliberationem, debet eam iterum ad se advocare cum processu, ut, si necessarium fuerit, eam emendet, si videbitur, vel dicat persistere in decisio non obstante sententia Senatus, nam, licet eam sequi te-

neatur in eo, quod decidit, tamen, ut infra dicetur, poterit deliberationem suam contra provisum proferte. Exempla pro specie, de qua agimus, sunt. Iudex inferior concessit Actori juramentum suppletorium, vel illi recepit objectiones contra personas testium Rei, à quo gravamine. Reus in processu aggravavit, & postea fuit prolata definitiva, & ab ea appellatum; deinde, delato processu ad mensam, per secundum, v. g. Senatorem, qui super eo debuerat secundam deliberationem, vulgo, *tençao*, dare, iudicavit Senatus servata forma, & modo *Ordnation dict. §. 14.* iniquè inferiorem concessisse Actori juramentum suppletorium, vel admississe objectiones, vulgo, *contraditas*, & sic providendum Reum in illo gravamine processus. Sanè in hoc casu, cum ad hanc provisionem concedendam nihil positivum restet agendum non est cur aliqua sententia super hac provisione proferatur, sed tantum, quòd fiat declaratio in actis, ut sequentes sciant, debere suas deliberationes proferte, supponendo illam provisionem, tanquam rem iudicatam, & eam sequendo.

Quoniam verò eo tempore, quo talis provisio datur, possunt aliqui Senatores jam habere prolatas suas deliberationes, omnino existimo, eos debere iterum ad se illas advocare, & sententias suas proferre secundum illam provisionem factam circa gravamen processus, à qua nullum pender principalis causæ decisio, imò omnino, quia, ut diximus supra, talis provisio non est concedenda, nisi quando illa facta pro provisione est definitiva proferenda.

Sed dices, quòd si hoc est verum, sequitur, quòd data illa provisione in Senatu, non est, cur amplius agatur, nec processus ad ceteros iudices pro ponendis deliberationibus deferatur, siquidem illi sequendo illam provisionem omninò pro provisio in gravamine processus iudicare debent in principali nam ut diximus, si per hoc non debeat vincere in principali,

non debet illi dari provisio in gravamine. Responderet tamen, Senatores alios, qui illius opinionis non tuere, sequi debere sententiam Senatus habentes, v. g. in dicto exemplo, juramentum suppletorium pro non concesso, sed nihilominus posse suas deliberationes ex alijs pro Actore, & contra Reum provisum proferte, licet non ex illo fundamento juramenti suppletorii rejecti per provisionem, & sententiam Senatus, & sic credo rem istam procedere, nec aliam viam in ea considero.

In casu autem, de quo agimus, cum ut supponimus, non proferatur sententia super provisione, necessarium est postea in sententia declarare, absolvere, v. g. Reum, non obstante juramento suppletorio Actori delato, quod concedi non debuerat, & sic in similibus.

Sin autem gravamen processus consistat in eo, quod, v. g. denegatum injustè fuit juramentum suppletorium aggravanti, vel nullitatis articuli fuerunt rejecti, tunc in Senatu, ut dictum est, necessario debet proferri interlocutoria, quam proferendam in similibus terminis exprimit *Ordinat. dict. §. 14.* per quam pronuncietur, aggravatum fuisse aggravantem in processu, & sequenti, vel simili forma erit concipienda.

69 *Acordão em Relação: Que deferindo ao agravo do processo interposto pello R. às folhas tantas, vistos os autos, & como, &c. agravado foi o agravante pello juiz em tal, &c. Mandaõ, que se dê ao R. juramento em ajuda de prova, ou recebem os artigos, &c.*

Adaptatur casui, de quo agitur, secundum stylum, & rationem.

Quæ pronuntiatio in tali casu est omnino necessaria, ut patet, qui sine illa non potest fieri, quod ipsa pronunciat faciendam: eo facto si aliqui jam posue-

rant deliberationes, eas reformant, si videbitur, secundum illa, quæ de novo supervenerunt, ut diximus supra.

Neque videatur confusionem, aut implicationem oriri ex eo, quod in talibus terminis admittantur articuli, vel alia, & pars replicet, fiantque probationes &c. nam ut infra *q̄st. 6. num. 149.* dicemus, id novum non est, nec in jure inusitatum, & omnino sic convenit in casu, de quo agimus.

Quod si gravamen processus fuerit super materia non præjudicante, nec faciente ad causam principalem, veluti si fuerit interpolatum ab injusta condemnatione expensarum retardationis, delato, ut supra dictum est, processu ad Senatum, si non detur provisio, declaratio, vulgo, *offento*, in actis, ut supra facienda, erit; sin detur provisio similiter erit facienda, ne sequentes dubitent, & postea in definitiva providendum gravato: non enim existimo super illa provisione, cujus materia nil facit ad causam principalem, scribendam esse particularem sententiam, cum possit aptissime in ipsa definitiva provideri gravato, adjiciendo post principalem decisionem *E deferindo ao agravo, &c.*

Hæc de casu, quo processus per deliberationes expeditur, sin autem expediti debeat in voce, vulgo, *per Relaçam*, vel Superior sit Auditor, vel similis facilior est modus providendi, vel non providendi: nam si providendum non esse videretur, non requiritur aliqua declaratio super hoc, cum illa solum requiratur, quando per deliberationes expeditur processus, ne sequentes Senatores dubitent super eodem puncto. Sin autem providere debeat, tunc si providendum sit in causa, cujus revocatio consistat in omittendo, ut supra diximus, sufficit, quod in sententia finali dicatur, non obstante, v. g. juramento suppletorio concesso Actori, quod concedi non debuisset; per hoc enim providetur gravatus, qui interposuit gravamen in processu ex eo, quod Actori fuit juramentum concessum. At
verò;

verò; si fuerit gravamen talis speciei, quod debeat gravatus ad aliquid admitti, pronuntiabitur providendo in gravamine processus, & factis illis, ad quæ admissus fuit gravatus, & re, ut supra, discussa, definitiva proferetur super principali.

72 Restat agere de praxi observanda in alio modo provisionis dandæ circa gravamen, scilicet, quando defertur ad Senatum pro alio incidenti in forma *Ordinat. dict. lib. 3. tit. 20. §. fin.* In qua specie solum advertendum existimo, quòd, sive videatur, dandam, sive denegandam provisionem, semper expresse deferendum est gravamini processus; ne postea dubitetur de eodem. Et existimo in ipsa sententia, quæ profertur super principali incidenti, pro quo defertur ad Senatum processus, deferendum esse gravamini processus, adjiciendo post decisionem principalis factam in sententia. *E deferendo ad aggravado do processo folhas, agravado foi, ou nam foi agravado, &c.*

73 Admonere tandem liceat in foro veritates, quasi extinctam esse hanc utilem praxim reparationem gravaminum in processu, non sine litigantium damno, cum ex hoc remedio pendeat sæpissimè eorum victoria. Susciterur igitur, & vigilent Advocati; nam per hæc poterunt sæpè in desperatis causis vincere, & famam, ac pecunias acquirere.

Hæc, quæ; hucusquè de reparatione gravaminum scripsimus; habent sine exceptione locum de jure Regio, at de jure communi illa datur differentia, quòd scilicet, sine aliqua protestatione, aut interpositione gravaminis in processu (quam tam solent imperiti Advocati adhibere in judicis Ecclesiasticis) debet Superior de appellatione cognoscens reparare gravamen illatum per inferiorem, si interlocutoria, quæ illud intulit præjudicet negotio principali juxta latè *dict. quæst. 3. per tot. & deducitur ex dict. cap. fin. de appellation. in 6.* Præterea in jure communi incognita est via alia reparationis gravaminis, de qua supra, scilicet, quando processus defertur ad Senatum pro alio incidenti. In cæteris potest proportionabiliter apud alia Regna, & apud nos in tribunalibus Ecclesiasticis prædicta forma, & praxis reparationis gravaminum etiam observari. Tandem de jure Regio gravamen in processu interponitur in aliquibus casibus, cum tamen materia non sit præjudicans negotio principali, & superior de illis gravaminibus cognoscit, & illa potest revocare; quos casus adduximus supra *num. 10.* At de jure communi de litibus non præjudicantibus Superior non cognoscit, nec in appellatione à definitiva talia gravamina potest revocare.





GRAVAMEN in processu tunc apud nos interponitur, quando interlocutoria profertur super exceptionibus, quæstionibus, vel quibuscunque allegationibus pertinentibus ad ordinandum processum, quales sunt illæ, quas alias præjudicantes diximus, & facientes ad condemnandum, vel absolvendum in principali. Item in aliquibus aliis casibus, qui licet in dicta regula non comprehendantur tamen Legislator noster expressit, in illis gravamini in processu tantum locum esse; sunt autem sequentes. Primus, quando interlocutoria profertur super exceptionibus dilatoriis, nisi tamen (secundum nostram opinionem) interlocutoria pronunciet exceptionem dilatoriam probari, ac per consequens adversarium non audiendum donec, &c. ab hac enim interlocutoria appellari posse non dubitamus. Pronunciationes super attento ad hunc casum pertinent, & secundum resoluta circa illum sunt illæ etiam dicendæ quando attentatum fuerit in modum exceptionis, non principaliter, oppositum, licet multa his contraria immerito dicant Nostrates. Secundus casus est, quando interlocutoria condemnat ad expensas retardationis. Tertius, quando partis adversæ appellationem admitti, potest tamen in hoc casu etiam per instrumentum gravamen interponi. Sunt tamen aliqui casus excepti à dicta regula in principio posita, in quibus extra processum interponitur gravamen licet alias interlocutoria illæ essent de pertinentibus ad ordinem processus. Primus, quando interlocutoria denegat terminum probatorium, vel illum nimis restrictum, vel maxime amplum concedit ad faciendam probationem extra Regnum. Secundus, quando interlocutoria prolata per Præsidem Curialem, vel alium Senatorem rejicit contrarietatem, replicam, vel triplicam. Tertius, quando interlocutoria, quæ alias erat de pertinentibus ad processum profertur per Senatorem, qui causam illam principalem in Senatu cum aliis, sine appellatione, aut gravamine judicare debet. Quartus, quando interlocutoria non observasse, dicitur, Ordinationem aliquam circa ordinandum processum: in quibus casibus per petitionem, vel instrumentum aggravatur.

Gravamini in processu interposito defertur per Superiorem de appellatione, vel Supplicatione à definitiva, vel etiam de provocatione ab interlocutoria, etiam per instrumentum cognoscentem. Item illi defertur, quando prima vice post gravamen in processu interpositum, contingit super alio incidenti processum ad Senatum deferri debet tamen qui aggravavit id petere per terminum factum in actis, quod si omittat, nec tunc, nec alio tempore gravamini illi deferendum erit. Modus autem, & praxis servanda in reparatione, & revocatione gravaminis processus facienda remanet assignata ad finem hujus quæstionis.

QUÆS-

QUÆSTIO SEXTA.

Quando, & qualiter de Jure nostro, gravamen extra processum, per petitionem, scilicet, vel instrumentum sit interponendum?

SUMMARIUM.

- 1 **C** Ommendatur difficultas, & obscuritas materiae.
- 2 Aliud gravamen apud nos interponitur à definitivis, & dicitur propriè supplicatio, de quo hic non agimus.
- 3 Quando Ordinatio loquens de certa sententia, & incerto iudice, adjicit, potest appellari, ou aggravari, vel similia verba, intelligenda est de gravamine ordinario, idest, supplicatione.
- 4 Reprehenduntur Advocati, qui solent interponere provocaciones dicendo, Appello, ou aggravatio qual no caso couber.
- 5 Quando Ordinatio agens de certo iudice, & sententia incerta, adjicit, & dará appellacão, & aggravatio, intelligenda est de gravamine de quo agimus, per petitionem, scilicet, vel instrumentum.
- 6 Quando Ordinatio adjicit clausulam illam, Sem appellacão, nem aggravatio, intelligenda est excludere quodcunque gravamen, nisi in processu.
- 7 Non parum interest cognoscere, an casus sit appellationis, an gravaminis.
- 8 Appellatio, etiam ab interlocutoria appellabili suspendit, non sic gravamen.
- 9 Appellatio, etiam ab interlocutoria habente vim definitiva, vel continente gravamen irreparabile, justificari potest in gradu appellationis ex novis causis, non sic gravamen.
- 10 In gravaminibus sufficiunt duo Senatores conformes ad revocandum, vel confirmandum, non sic in appellationibus.
- 11 In causis introductis apud Senatum Portuensem per viam gravaminis non supplicatur, cujuscunque valoris sint causae illae, secus quando per viam appellationis.
- 12 Interlocutoriae dividuntur in praedjudicantes, & non praedjudicantes, ab illis aggravatur in processu, ab his appellatur juxta Ordinationis regulas, unde non videntur restare interlocutoriae, à quibus sit aggravandum per petitionem, sive instrumentum.
- 13 Ab actibus extrajudicialibus appellatur, etiam Jure Nostro attentio.
- 14 Gravamen nostrum non est simile remedio querelae.
- 15 Remedium querelae extraordinarium, & ad solum Principem interponendum esse, & revisioni comparari, defenditur.
- 16 Resolvitur omnes casus, in quibus in Ordinatione dicitur, gravamini de quo agimus, locum esse, speciales esse & in illis tantum gravamen esse interponendum.
- 17 Infertur ex dicta resolutione, perperam fuisse gravamen interpositum in casu de quo Cab. 2. part. decis. 60. ex quo errore plura resultarunt inconvenientia.
Pragmatici ferè semper gravamen perperam interponunt, ubi sententia non est aperte definitiva.
- 18 Admonentur Advocati, & Judices ne gravamina interponant, sive admittant in casibus, in quibus appellationi locus erat.
- 19 Praxis, & styli magna est autoritas.
In materia, de qua agimus, non est attendendus stylus secundum quem dicitur introductum, gravamina interponenda in pluribus speciebus.
- 20 Stylus

- 20 Stylus juri contrarius nullius est momenti.
- 21 Debet esse apertus, notorius, & non varius.
- 22 Stylus requirit ad suam introductionem iudicium contradictorium.
- 23 Praxis, & stylus, si irrationabiles sint, exulare debent.
Non plurimorum, sed unius recta sententia, est sequenda.
- 24 Non ad ea, quae fieri solent, sed quae fieri debent, est attendendum.
- 25 Stylus solet esse imperitorum refugium.
- 26 Gravamen per petitionem interponitur, quando Superior ad quem, residet intra quinque leucas. Per instrumentum, quando extra eas residet.
- 27 Si praeses, sive Corrector sit intra territorium vulgo, naquelle termo, etiam si sit extra quinque leucas, per petitionem cognoscit.
- 28 Assignatur ratio quare aliquando per petitionem, aliquando per instrumentum sit aggravandum.
- 29 Etiam intra quinque leucas posse gravamen per instrumentum interponi, si pars velit; existimamus.
- 30 Leuca Gallicum est vocabulum.
- 31 Leuca diversam continet longitudinem, secundum diversas Provincias.
- 32 Impugnantur Phæbus, & alii asserentes leucas apud Lusitanos constare ex quatuor milliariibus.
Labitur idem Actor dicens, milliare ex quatuor stadiis constare.
- 33 Leucam apud nos, ex tribus milliariibus constare probatur.
- 34 Pro dieta sunt in jure assignata 20. millia passuum.
- 35 Veneratur memoria Illustrissimi Archiepiscopi Domini Rodetici de Acunha.
- 36 Milliare mille passus continere certum est.
- 37 Milliare ex octo stadiis constituitur.
- 38 Impugnatur Menoch dicens, milliaria alia maiorem, alia minorem continere longitudinem.
- 39 Stadium continet centum, & viginti passus.
- 40 Passus continet quinque pedes.
- 41 Quid proprie dicatur passus, & qualiter verus passus formetur?
- 42 Pes ex quatuor palmis constituitur.
- 43 Palmi, ex quibus pes constituitur, non sunt vulgares, sed latitudo palmae.
- 44 Palmus extensis articulis formatus, dicitur dodrans.
- 45 Lapsus fuit Phæbus dicens, pedem constitui ex quatuor dodrantibus.
- 46 Leuca Italica ex duobus milliariibus constituitur.
- 47 Decisio adducta à Phæbo, nostram resolutionem non offendit.
- 48 Refelluntur asserentes, dietas leucarum computationes apud nos non esse in usu.
Respondetur Ordinationi lib. 1. in Regimine dos Dezembargadores do Paço §. 45.
- 49 Per quod iter, & an per in via loca sit facienda mensuratio leucarum? Remissive.
- 50 Gravamen debet interponi intra decem dies.
- 51 Interlocutoria aliquando incidenter, aliquando principaliter proferuntur.
- 52 Quando interlocutoria principaliter profertur, vel aggravatur ab aliquo facto, non statim commode potest gravamen interponi.
- 53 Appellatio ab interlocutoria non justificatur ex novis causis.
- 54 Quando gravamen jam est illatum recte potest appellari, cum illa clausula, nisi revocaveris, sed urbanus est petere revocationem sine comminatione appellationis, sive gravaminis.
- 55 Assignatur rectus modus interponendi gravamen in specie, de qua supra num. 52.
- 56 Intelligitur secundum communem text. in l. Cives, cum similibus C. de appellat.

- 57 Refellitur dictus intellectus.
- 58 Assignatur alius intellectus.
- 59 Qui appellavit in casu, quo debuerat aggravare, potest de novo aggravare, licet tempus decendij sit elapsum.
- 60 Pendente causa nullitatis, contra sententiam, tempus appellandi non currit.
- 61 Praxis observat, quod appellatio deservatur, tanquam gravamen, cum non appellationis, sed gravaminis, casum esse invenitur.
- 62 Praxis, de qua num. precedenti, licet æqua sit, tamen non est juri conformis, nec caret inconvenientibus.
- 63 Si aliquis aggravavit ad judicem incompetentem, potest redire ad competentem, licet tempus decendij interim sit elapsum.
- 64 Tempus decendij ad gravamina interponenda in dictis casibus, currit à die scientiæ sententiæ, per quam judicatum fuit, casum non esse appellationis, sed gravaminis.
- 65 Gravamen non suspendit.
- 66 Non videtur assignatum tempus pro interducendo apud superiorem gravamine per petitionem.
- 67 Gravamine introducto, non est prefixum tempus ad illud determinandum.
- 68 Nisi in casu Ordinat. lib. 1. tit. 62. §. 78.
- 69 Item in casu hic relato, quod tamen tutum non videtur.
- 70 Exprimi debet Superior, ad quem interponitur gravamen.
- 71 Quando Superior est certus, & alius non potest de gravamine illo cognoscere, excusatur expressio.
- 72 Citanda est in petitione Ordinatio concedens in illo casu gravamen per petitionem interponi, quando aliàs interlocutoria erat de pertinentibus ad processum.
- 73 In aliquibus terminis excusatur dicta Ordinationis citatio.
- 74 Ratio, quare non requiritur Ordinationis citatio, de qua supra, quando aggravatur instrumentum?
- 75 Superior non potest de gravamine cognoscere, si æstimatio causæ non excedat jurisdictionem judicis, vulgo, se a causa couber na alçada de inferior.
- 76 Immerito quasi spreta est dicta juris nostri dispositio.
- 77 Declaratur Ordinat. lib. 1. tit. 80. §. 11. nec obest prædictæ resolutioni.
- 78 Explicatur dictum Thomæ Vaz, nec obstat prædictæ resolutioni.
- 79 Causæ principalis valor attendendus, non interlocutoria à qua aggravatur.
- 80 Æstimatio causæ fieri debet in gravaminibus, sicut fit in appellationibus.
- 81 Ab interlocutoria continente nullitatem notoriam, vel pronunciantem judice competente, aut incompetentem aggravatur, etiamsi causæ æstimatio non excedat jurisdictionem judicantis.
- 82 Item, quando Senator, qui cum Senatu finaliter causam principalem terminare debet sine alio recurso, interlocutoriam profert.
- 83 Dicta num. precedenti non offendunt resolutionem nostram, de qua quæst. 3. num. 39.
- 84 Judex à quo, non debet denegare gravamen, licet causæ valor suam non excedat jurisdictionem, sed Judici superiori pertinet illud rejicere.
- Impagnatur Praxis Senatus, & Judicij Ecclesiastici Ulyssipon. in quo aggravatur ab interlocutoriis. Vicarij generalis.
- 85 Adjungenda est actis petitio cum decreto intra decem dies, aliàs superior de illo non cognosceret.
- 86 Requisitis supra dictis deficientibus, non potest Superior cognoscere de gravamine.
- 87 Coram judice, presente scriba, gravamen debet interponi.
- 88 In causa, quæ proprium habet scribam, ille regulariter debet gravamen expedire, aliàs quilibet ad id vocatus ire debet.

- 89 Admonitio pro gravaminibus interponendis à præceptis, sive decretis factis sine causæ cognitione, nec incidentibus in alia causa principali.
- 90 Petitio adjungenda actis intra decennium ab interpositione computandum.
- 91 Ponitur forma petitionis gravaminis.
- 92 Casus est fideliter narrandus in petitione gravaminis.
- 93 Si casus narratus aliàs pertineat ad processum, citanda est Ordinatio concedens in illo casu gravamen extra processum imponi. Remissive.
- 94 Superior, antequam ponat decretum in petitione, debet aliqua considerare.
- 95 Si ex ipsa petitione constet, non admittendum gravamen, statim rejicienda est.
- 96 Forma decreti super petitione gravaminis.
- 97 Si acta sunt in eodem loco, virtute decreti sine mandato alio, deferuntur ad Superiorem.
- 98 Tabellio debet dare copiam judici, & parti adversæ ad respondendum.
- 99 Deinde est æstimanda causa juxta dicta supra à num. 75.
- 100 Judex, à quo aggravatur debet adiri, ut fiat causæ æstimatio, sicut in appellationibus.
- 101 Acta traduntur fideli, ut deferat ad Superiorem.
- 102 In judicio superiori non datur partibus copia gravaminis.
- 103 Nisi de consensu utriusque partis, vel si aggravans velit ad jungere actis petitionem aliquam, in qua narret gravaminis causas.
- 104 Cavendum à Costa asserente, posse in judicio superiore justificari gravamen offerendo ibi scripturas, aut acta.
- 105 Cavendo à Caminha offerenti in judicio superiore dari partibus, gravaminis copiam.
- 106 Gravamen ad Senatum interpositum distribuitur, nisi certam judicem Senatorem habeat, & expeditur per relationem, secus, si interponatur per instrumentum.
- 107 Superior, antequam pronunciet debet considerare illa, quæ supra num. 94. & hic animadvertimus.
- 108 Forma pronuntiationis, quando superior non accipit cognitionem gravaminis.
- 109 Quando superior non cognoscit de gravamine, non ipsi, sed inferiori pertinet condemnare aggravantem ad expensas retardationis.
- 110 Non potest indistinctè sustineri dictum Phæbi asserentis constitutam fuisse in Senatu, superiorem debere semper condemnare aggravantem ad expensas.
- 111 Forma sententiæ, quando Superior dat provisionem aggravanti.
- 112 Quando Superior cognovit de meritis gravaminis, debet victum victori condemnare ad expensas.
- 113 Non potest sustineri praxis contraria, de qua testatur Marcins à Costa.
- 114 Nec pro dicta praxi facit Ordinatio lib. 3. tit. 20. §. 46.
- 115 Forma sententiæ quando denegatur provisio.
- 116 A sententia prolata super gravamine potest iterum aggravari, nisi sit prolata per talem judicem, a quo non possit aggravari.
- 117 Et si primo per petitionem, nunc per instrumentum poterit interponi.
- 118 Potest contingere, quod à sententia prolata super gravamine appellari debeat, non aggravari.
- 119 Quid agendum, si superior talem proferat sententiam, à qua solum in processu aggravari possit.
- 120 Gravamen per instrumentum interponitur, quando superior ad quem, residet extra quinque leucas.
- 121 Modi interponendi gravamen per instrumentum, vel per chartam in eo differunt, quod illud tabelliones; hanc scribæ conficiunt.
- 122 Explicatur Ordinatio lib. 3. tit. 69. §. 7. cum similibus, ne obstat dictæ asseritioni.

- sertioni.
- 123 Potius denominandum est instrumentum, sive charta ab officiali, quam à iudice.
- 124 Scriba patrimonij Regij, etiam, ac tabelliones conficiunt instrumenta.
- 125 Aberrant Pragmatici, qui petunt chartam testimonialem in casu denegati gravaminis.
- 126 Prædictæ praxis erroneæ auctor videtur Caminha à quo cavendum.
- 127 In eundem errorem incidisse, videtur Phæbus.
- 128 Reprehenduntur Pragmatici, qui sine differentia inter tabelliones, & scribas, petunt semper instrumenta, & non chartas, cum has ab scribis petere debeant.
- 129 Modus interponendi hoc gravamen per instrumentum, vel chartam in multis convenit cum modo interponendi per petitionem, de quo jam diximus.
- 130 Gravamen de quo agimus interponitur, vel per terminum scriptum à tabellione in actis, vel per requisitionem, vulgo, por requerimento de agravo, factum, & oblatum per aggravantem.
- 131 Qualiter procedendum, quando aggravatur per terminum in actis?
- 132 Forma gravamina interpositi, per requisitionem, vulgo, por requerimento de agravo.
- 133 Explicantur aliquæ clausule dictæ formæ.
- 134 Iudici, & parti adversæ datur copia ad respondendum.
- 135 Gravamini instrumentum debet presentari superiori intra 30. dies ab interpositione, in casu vero intra decem dies, aliàs de illo non cognoscitur.
- 136 Non currit tempus, si constet per fidem tabellionis, per eum, non per aggravantem stetisse, quominus debito tempore presentaretur.
- 137 Tabellioni non creditur, nisi in his quæ coram eo tanquam tabellione aguntur.
- 138 Impedito tabellione, 30. dies incipiunt currere à die, qua traditur parti gravamen.
- 139 Si pauci tantum dies post 30. sint elapsi, nihilominus cognoscitur de gravamine, & paucos in proposito decem esse, fuit iudicatum.
- 140 Sufficit, quod presentetur gravamen distributori intra 30. dies.
- 141 In gravaminibus à Iudicibus ecclesiasticis interpositis ad Iudicem coronæ, non attenditur ad tempus presentationis.
- 142 Contra lapsum termini presentandi, concedi solet Regia provisio.
- 143 Insularis assignatur per iudicem terminus ad presentandum gravamen.
- 144 Pro terminando gravamine semel introducto, non est præfixus terminus, nisi in casu.
- 145 Copia gravaminis actorum non datur partibus in iudicio superiori, nisi in casibus, de quibus supra num. 103.
- 146 Gravamina ad Senatum per instrumentum interposita, distribuuntur Iudici, & expediuntur per deliberationes, vulgo, por tençoens.
- 147 Appellans si interim respondeat coram iudice, à quo, videtur renunciare appellationi.
- 148 Contrarium in gravaminibus dicendum esse, credimus.
- 149 Quid agendum, si, quando datur provisio in gravamine, causa principalis jam multum processerit, vel jam definita sit?
- 150 Casus omnes in quibus Ordinatio disposuit, vel nostrates dixerit, gravamini per petitionem, vel instrumentum locum esse, adducuntur.
- 151 Senatus, de quibus gravaminibus cognoscat.
- 152 Præses Curialis Criminalis, de quibus gravaminibus cognoscat.
- 153 Præses Curialis Civilis, de quibus gravaminibus cognoscat?
- 154 Iudex causarum Regiæ Coronæ, de quibus gravaminibus cognoscat.
- 155 Iudex causarum Regij patrimonij vulgo dos feitos del-Rey da fazenda, de quibus gravaminibus cognoscat?

- 156 Judex Cancellariæ, de quibus gravaminibus cognoscat.
- 157 Præses Provinciæ, vulgo Corregedor, de quibus gravaminibus cognoscat?
- 158 Auditores Dominorum, qui exercent correctionem, comparantur Præsidibus in proposito.
- 159 Provisor, vulgo Provedor, de quibus gravaminibus cognoscat?
- 160 Prætor, vulgo Juiz ordinatio, ou de fora, de quibus gravaminibus cognoscat?
- 161 Rector justitiæ, & Governator Portuens. de quibus gravaminibus cognoscat?
- 162 Tribunal Ordinum, vulgo, Mesa da Conscientia, de quibus gravaminibus cognoscat?
- 163 Palatium, vulgo o Tribunal do Paço de quibus gravaminibus cognoscat?
- 164 Tribunal Regij patrimonij, vulgo Mesa da fazenda, de quibus gravaminibus cognoscat?
- 165 Judez filci Ulyssip. de quibus gravaminibus cognoscat?
- 166 Deputati filci Conimb. de quibus gravaminibus cognoscat?

1



Aggredimur rem difficilem, nodosam, & ab omni parte obscuram, nam circa præsentem quæstionem cessat omnino jus commune, illud etenim hæc, de quibus agimus, non cognovit, nec aliqua illius norma huic rei applicari potest. Cessant Doctorum scriptas; Nostrates enim (ad quos tantum res ista pertinebat) de ea nihil ferè scripserunt, & merito illam tractare timuerunt propter maximas difficultates, & confusiones, quas paulo infra adnotabimus. Sed antequam ad aliud progrediamur.

2 Adverto (ne implicatio, vel confusio oriatur) aliud gravamen omnino diversum ab hoc, de quo agimus, in Jure Patrio inveniri illud, scilicet, quod interponi-

tur à sententijs definitivis, de quo ex professo agit *Ordinat. lib. 3. toto. tit. 84.* de quo etiam meminerunt *Ordinat. eod. lib. 3. tit. 20. §. 28. & 31.* quod ordinarium aliqui appellant, ex *1 hom. Vaz. allegat. 76. num. 46. & allegat. 89. num. 1. Martins à Costa in lib. styl. Dom. Supplic. annot. 5. num. 12. in rub.* & propriè est supplicatio *Cab. 1. part. decis. 11. num. 14. & 2. part. decis. 67.* qui inter hujusmodi gravamen, & illa de quibus agimus differentiam agnoverat *dict. decis. 11. num. 14.* Hoc igitur gravamen ordinarium, sive supplicatio cum his, de quibus tractamus, nullam habet cognitionem, illud enim interponitur à definitivis prolatis per eos judices, à quibus propter eorum eminentiam appellare non licet, plures recensentur in *Ordinat. l. 1. tit. 6. in princip. Cab. 1. part. decis. 11. num. 12 & assimilat. appellacioni exceptis aliquibus peculiaribus effectibus expressis dict. tit. 84.* De hoc igitur gravamine non est nobis fermo, sed de illis, quæ interponitur ab interlocutorijs per petitionem, vel instrumentum, & ne *Ordinat.* de illo gravamine loquentes, de istis intelligantur, vel contra, & hinc confusio oriatur, hæc animadvertimus.

Adverto præterè, quod, quando *Ordinat.* loquitur de certa, & determinata sententia prolata per judicem sic in communi, non agendo de certo iudice, & adjicit *Ordinat. & dará appelloçam, ou aggravado, qual no caso couber,* vel (dirigendo verba in litigatorem) adjicit, *Poderá appellar, ou aggravar, qual no caso couber,* prout sæpè dictis terminis utitur, præcipuè *lib. 3. tit. 20. §. 6. 15. 17. & 36. & tit. 25. §. 1.* & alibi sæpè, est intelligendum, *Ordinat.* loqui de prædicto gravamine ordinario, quod supplicatio propriè dicitur in jure. Quod apertissimè constat advertendo, quod (ut proximè diximus) sunt aliqui judices, à quorum definitivis, propter eorum eminentiam, appellatio non datur, sed prædictum gravamen, quod in jure dicitur supplicatio; sensus igitur, est, *dará appellaçao, ou aggravado qual*

qual no caso couber, idest, in casu, quo iudex, qui talem sententiam protulerit, fuerit de illis, à quibus appellatur, concedetur appellatio; in casu verò, in quo fuerit iudex, à quo non appellatur propter ejus eminentiam, concedetur gravamen, quòd aliàs supplicatio dicitur de jure communi. Et manifestè, probatur, nam sententiæ, de quibus in dictis *Ordinat.* sunt definitivæ; ergo gravamen ab eis concessum, illud est, quod interponitur à definitivis secundum *Ordinat. dict. tit. 84.* Item ex eo, quia *Ordinat. nostra*, quando prædictis utitur terminis, agendo de certa, & nominata sententia, inepta foret, si adderet unum, & alterum modum cum unus tantum ex illis posset convenire, nisi hoc faceret ex eo, quia uno, vel altero sit utendum, secundum casus contingentiam idest, secundum iudicem, qui de causa cognoverit: quod, cum Legislatori non posset constare, rectè addit unum, & alterum modum, ut illis utatur litigator secundum iudicis pronunciantis qualitatem. Et confirmatur, nam quando *Ordinatio* agit de aliqua sententia prolata à certo iudice, à quo appellari potest, dicit *Darà appellaçam*, & non adjicit, *ou aggravò*, ut videre est per *Ordinationem lib. 1. tit. 62. §. 25.* Et per contrarium, quando agit de sententia prolata à certo iudice, à quo appellari non potest, sed tantum aggravari, idest, supplicari, dicit, & *darà aggravò*, & non adjicit, *ou appellaçam*, ut in *Ordinat. lib. 1. tit. 39. in principio*, ex quibus aperte constat *Ordinationem*, quando prædictis utitur terminis, loqui de gravamine à definitivis, quod ordinarium, & Supplicatio aliàs dicitur, & appellationi ferè comparatur, & habet locum, quando provocatur à definitivis, vel alijs sententijs prolatis ab eo, à quo propter ejus eminentiam appellari non potest.

4 Ex his obiter infero ineptissimè Pragmaticos, & Advocatos solere provocare dicentes, *Appello, ou aggravò qual no caso couber*, nam ipsi jam vident qualitatem sententiæ, & iudicis illam proferentis,

unde ipsi eligere omnino debent unum ex illis modis, nec utrumque possunt prosequi, præcipuè, cum diversæ unius, & alterius sint viæ; neque *Ordinationes* prædictæ in illis terminis, de quibus supra, scilicet, quando dicunt *darà appellaçam, ou aggravò qual no caso couber*, prædictum errorem fovent, nam, ut proximè diximus, illis utitur verbis Legislator noster, quia ibi loquitur de iudice in communi, unde, cum in casu contingentia possit esse talis, à quo appellare liceat, vel solum gravamen interponere, rectè addit utrumque modum, quo tamen uti, quando à certo iudice provocatur, in civile omnino est, ex dictis.

Adverto deinde, quòd quando *Lex 5 nostra* loquitur de certo iudice, non tamen de certa sententia, sed generaliter dicens, talis iudex cognoscet de talibus causis, & *concederà appellaçam, & aggravò*, intelligendum est, quòd sentiat de gravaminibus, de quibus agimus, scilicet, per petitionem vel instrumentum, idest, ut si iudex ille protulerit sententiam talem, à qua appellari liceat, appelletur. Si verò talem, à qua solum gravamen per instrumentum, aut petitionem interponendum sit, hoc concedat, ita procedit *Ordinatio lib. 1. tit. 62. §. 28. & §. 34. & 35.* & aperte constat ex eo, quia, ibi agit de Provisore, vulgo, *Providor*, à quo non aliud gravamen, idest, Supplicatio, sed hoc, de quo agimus, interponitur, ergo de eodem intelligi debet noster Legislator, quando prædicto modo loquitur.

Adverto tandem, quòd quando *Lex 6 nostra* dicit, *sem appellaçam, nem aggravò*, talis clausula intelligitur, non solum de gravamine Ordinario, idest, Supplicatione, sed etiam de gravamine per instrumentum vel petitionem; in illis enim verbis voluit Legislator excludere omnem provocationem, & recursum ad Superiorem: quod apertius patet, ex pluribus locis *Ordinationis lib. 3. dicto tit. 20.* ubi post dictam clausulam, *sem appellaçam nem aggravò*, adjicit, *salvo no aêto*

do processo, quæ exceptio firmat regulam in contrarium, & ex eo colligitur, omne aliud gravamen, sive recursus ad Superiorem esse prohibitum, ex regula text. in l. Nam quod liquida §. Si cui penus ff. de pena legata, gravamen autem in processu non videtur exclusum, etiam si non exceptiatur, juxta dicta quæst. præcedenti num. 1.

- 7 His sic animadvertis, ne ex dictis *Ordinationis* locis confusiones exoriantur; notandum quoque est, non parum interesse cognoscere, an appellatio, an gravamen sit interponendum, nam maxime interest id scire, & sequentes resultant effectus. Primus ille se offert, nam appellatio etiam ab interlocutoria appellabili suspendit pronunciatum, & executionem, ut probatur ex toto titulo. ff. Nihil novi appellatione pendente, & ex l. Appellatione C. de appellat. Cast. 26. tit. 23. partit. 3. & apud nos probat expressa, *Ordination. lib. 3. tit. 73. in principio*, ibi, *Ajyda interlocutoria de que se pode appellat como da definitiva*; at vero gravamen non operatur prædictum effectum, ut constat ex *Ordinat. lib. 3. tit. 74. §. 4. & tit. 86. §. 20.* & latius dicemus infra. Ex quibus condemnati maxime interest uti appellatione, per contrarium verò adversario maxime expedit, illam non admittit, sed tantum gravamen. Secundus effectus ille consideratur, nam appellatio etiam ab interlocutoria habente vim definitivæ, sive gravamen irreparabile justificari potest in gradu appellationis ex novis causis, ut resolvunt *Card. Maranta, & alij, quos refert, & sequitur Scaccia de appellat. quæst. 11. num. 93. & 99.* at verò gravamen non potest justificari ex novis causis, ut omnibus patet & infra dicetur, quando de praxi servanda de ejus interpositione egerimus. Unde provocantis maxime interest uti appellatione, adversarij verò contrarium.
- 10 Tertius, & non minibus effectus est ille, quod apud nos ad infirmendam sententiam per viam appellationis in summa excedente decem milia regalium, triū

Senatorum conformia vota requiruntur *Ordination. lib. 1. tit. 6. §. 13.* at verò ad eam infirmendam, & revocandam per viam gravaminis duorum conformia vota sufficiunt. *Ordinat. dict. tit. 6. §. 4.* Unde victori in prima instantia maxime convenit, quod appellatio concedatur, non gravamen; adversario verò contrarium expedit. Quartus effectus est, quod si per viam petitionis, vel instrumenti defertur aliquod negotium ad Senatum Portuensi, à sententia ibi prolata non potest provocari ad Supplicationis Senatum, quamvis causa excedat jurisdictionem Domus Portuensis, vulgo, *ainda que não caiba a yalia da causana alçada da Relaçam do Porto*, ut testator *Cabedo 2. part. decis. 60. num. 2.* & ita praxis observat. Quando autem per viam appellationis negotium defertur ad illum Senatum, si causæ valor excedit illius Domus jurisdictionem, vulgo, *se a causa não cabe na alçada da Relaçam*, à sententia ibi prolata conceditur gravamen ordinarium, idest Supplicatio, ut habetur in *Ordination. lib. 1. tit. 6. in principio, & tit. 37. §. 2.* Ex quibus omnibus constat, maximos effectus resultare ex eo, an appellatio, an gravamen interponendum sit.

His præmissis, oportet jam quæstioni nostræ satisfacere, in quo opus, & labor est, nam in jure communi, aut *Ordinatione nostra* non invenitur regula aliqua dictans in quibus casibus gravamen, de quo agitur, sit interponendum, nec speciales casus, in quibus in ea legimus gravamini locum esse, inter se adeò sunt conformes, ut ex eis, saltem divinando, possit aliqua regula, aut norma pro hac materia deduci? nam interlocutoriarum illarum à quibus gravamen per instrumentum, aut petitionem interponere licet juxta *Ordination. lib. 3. tit. 20. §. 18. 22. & 31.* aperte vim definitivarum continent ex regula *Ordinat. lib. 3. dicto tit. 69. in princip.* sunt enim absolutiones ab instantia. Illæ verò, de quibus *lib. 3. dicto tit. 20. §. 45. & tit. 86. §. 20.* sunt sententia

sententiæ finales, & definitivæ. Illæ tandem, de quibus in *Ordinat. dict. tit. 20. §. 5. & lib. 1. tit. 6. §. 9.* (una excepta) apertè sunt de pertinentibus ad processum ut probavimus *quæst. præcedenti num. 32. & num. 53.* & nihilominus, cum interlocutoria prædicta sint diversarum specierum, tamen in omnibus dictis interlocutorijs gravamen per instrumentum, aut petitionem interponendum esse, disponitur in *dictis Ordinationibus*. Qualiter ergo ex tam diversis casibus possumus colligere regulam aliquam? nullatenus certè.

12 Angeretur difficultas, nam interlocutoria dividuntur in præjudicantes, & non præjudicantes negotio principali: quam divisionem agnovit *Summus Pontifex in dict. cap. fin. de appellat. in 6.* & licet alijs verbis, idem in effectu significavit Legislator noster *lib. 3. dict. tit. 20. §. 37.* ubi agnovit, quòd aliæ exceptiones, & quæstiones allegantur, & opponuntur ad finem absolvendi, sive condemnandi in principali, aliæ verò ad alium diversum finem, unde, cum omnes interlocutoria reducantur ad prædictas classes, & pro interlocutorijs Primæ classis, scilicet, præjudicantium negotio principali (quas Legislator noster appellat ad finem condemnandi, vel absolvendi inventas) habeamus regulam *Ordinat. dict. lib. 3. tit. 20. §. 46.* concedentis gravamen in processu tantum. Pro interlocutorijs verò posterioris classis habeamus regulam *Ordinat. lib. 3. dict. tit. 69. in principio. & §. 1.* concedentis appellare, non restat aliqua species interlocutoriarum, pro qua regulam non habeamus; & sic non possumus conciderare, pro quibus interlocutorijs sit inventum remedium gravaminis per instrumentum, vel petitionum.

Dices forsan, nostrum Legislatorem non considerasse omnes interlocutorias, quas nos diximus *quæst. 3.* continere gravamen irreparabile, tales esse, sed eas tantum, quas enumerat, nempe torturam, & similes de qua *dict. tit. 69. §. 1.* unde

pro illis interlocutorijs, quæ non continent gravamen irreparabile, nec per contrarium sunt de illis, à quibus in processu tantum licet aggravare, fuisse forsan inventum remedium hoc gravaminis per instrumentum. Verùm responderetur non posse dici sine manifesta confusione, omnes interlocutorias non reduci ad dictas duas species, scilicet, vel habentium gravamen irreparabile (inter quas computamus habentes vim definitiva, rum juxta dicta supra *quæst. 4. in principio*) vel pertinentium ad ordinandum processum. Et quamvis id dici posset, adhuc respondemus, apertè confundi illam considerationem ex dictis supra in *versic. His præmissis*, ex quibus constat, gravaminis, de quo agimus, remedium, esse concessum in diversis casibus, de quibus in *Ordinat. ibi citatis*, qui non sunt de illis, in quibus hic objicimus, gravaminis remedium posse forsan habere locum.

Neque dici potest, remedium hoc fuisse inventum pro actibus extra judicialibus, & extrajudicialium appellationum apud nos vicem sortitum, nam tam de jure communi, quàm Patrio, ab actibus extrajudicialibus appellare licet *text. 13 clarius incap. Concertationi de appellatione in 6. Ordinat. lib. 3. tit. 78. per totum.*

Neque tandem dici potest, hujusmodi remedium æquiparari querelæ, & habere locum in illis casibus, quibus ea de jure communi interponebatur, nam in primis inter Doctores non constat, quando illud querelæ remedium locum habeat ut videre est per diversa, imò contraria, quæ ad libitum sine textu, aut juris considerabili fundamento scribunt *Maranta de ordin. judic. 6. part. actu 2. numer. 102. & sequentib. Lancelot. ad aliud transiens, de attent. 2. part. cap. 12. limit. 3. num. 1. Scaccia de appellat. quæst. 19. remed. 3. num. 30. cum pluribus ab eisdem allegatis*, ex quorum scriptis adhibita facili consideratione ad juris regulas, cum quibus se implicant, & ad ea,

quæ diversimode prædicti authores resolvunt constat aperte, remedium illud esse satis incognitum, & minus usitatum. Et quidem ergo semper credidi, querelam esse remedium extraordinarium ad solum Principem interponendum, vel ad habentem in illa re omnimodam jurisdictionem, qui ex aequitate, & summa potestate, potest se informare, & quod iudicatum iniquè palam repererit, reformare. Moveor, quia huiusmodi remedium non esse ordinarium, nec ad ordinarium Superiorem interponi posse, statum est in *cap. 1. de officio legati*, sentit *Scaccia de appellat. quest. 12. num. 81.* Unde necessariò dicendum est, ad solum Principem, vel ejus vices immediatè habentem, veluti ad legatum, de quo in *dict. cap. 1.* interponi posse, ita ut non absimile sit revisioni apud nos usitatæ de qua in *Ordinat. nostræ toto tit. 95. lib. 3.* nam, cum recursus ad Regem nunquam denegetur ex *Cab. cum Hypol. & Maranta ab eo citatis 2. part. decis. 60. num. 4.* & collitur ex *Ordinat. lib. 1. tit. 65. 28.* (ubi in casibus in quibus aliàs prohibetur gravamen, & appellatio, conceditur recursus ad Regem per simplicem petitionem) hanc quidem viam, & illam revisionis, apud nos querelæ locum posse, habere existimo attenda, querelæ propria natura. Sed in his sit, quidquid sit, certum tamen est, gravamina de quibus agimus, non fortiri apud nos locum querelæ, cum gravamina interponantur ad ordinatum Superiorem, & in casibus in quibus aliàs secundum juris, & *Ordinat. regulas* appellationi locus erat, vel gravamen in processu interponendum, ut constat ex dictis supra *vers. His præmissis*, at querela interponatur ad solum principem ex dictis proximè.

Et quidem minus potest gravamen, de quo agimus dici querela, si verum est, quòd illa interponitur quando aliàs à sententia appellari non potest, quia decem dies ad appellandum concessi sunt elapsi, ut voluit *Maranta supra num. 103.* nam aperte constat, gravamina nostra post

decem dies interponi non posse, imò, intra eos debere interponi ex *Ordinat. lib. 3. tit. 74. §. 5.* Nec etiam dici potest querelæ comparari, si verum, est illam competere pro interlocutorijs prolatis sine ordine judiciario, ut placuit *Maranta supra num. 102.* cum ab actibus extrajudicialibus apud nos concedatur appellatio per *Ordinat. dict. lib. 3. tit. 78. per tot.* & ferè semper in eadem *Ordinatione* sint gravamina, de quibus agimus, concessa pro sententijs judicialiter prolatis. Unde omnino sine fundamento esset asserere, gravamina nostra obscuri querelæ remedij locum fortiri.

Quid ergo in re tam dubia dicendum est? Ego sanè, omnibus illis, quæ dici possunt in hac re, consideratis, existimo, nihil verius dici posse, quam, quòd nulla regula datur, aut assignari potest pro casibus, in quibus gravamen, de quo agimus, est interponendum, imò, quòd omnes casus, in quibus dicitur in *Ordinatione nostræ*, gravamen per petitionem, vel instrumentum interponi debere, sunt speciales, & exceptiones regularum *Ordinat. dict. §. 46.* ubi agitur de interlocutorijs, à quibus gravamen in processu interponi debet, & *dict. tit. 69.* ubi de interlocutorijs, à quibus appellari potest; ad quas regulas omnes interlocutoriæ trahi debent, & dicendum, casus, in quibus assignatur aliud diversum remedium, nempe gravaminis per instrumentum, aut petitionem, esse speciales illarum regularum exceptiones.

Quæ nostra resolutio probatur ex omnibus fundamentis supra scriptis, quæ hic non repto, quæ aperte convincunt, nullam posse normam assignari secundum quam gravamina hæc interponi possint; cum ergo nulla detur regula, dicendum est, casus esse speciales, & exceptiones aliarum regularum, quæ comprehendunt in se dictos casus exceptos; unde extra illos regulæ standum est ex *text. in l. Præcipimus in fin. C. de appellat.*

facit pro eadem resolutione *Ordinat. lib. 1. tit. 8. §. 2.* ibi, nos casos, em que ag. gavar se pode, melior *Ordinat. eodem ib. tit. 6. §. 7.* ibi, nos casos, em que se pode aggravar per petiçam, que seram declarados no titulo da Ordem do juizo: ergo sunt speciales casus, & ultra expressos in *Ordinat.* non est in alijs gravamen interponendum.

Præterea facit illa ratio, nam verò simile non est, Legislatorem nostrum æquissimum voluisse plura negotia definire per modum adeo summarium, & minus aptum ad plenè tractandum de justitia partium, & judicem bene instruendum, unde modum istum provocandi non esse extendendum, nisi ad casus expressos, æquitati consonum videretur, & suaderetur, ex *Ordinat. lib. 1. tit. 9. §. 2.* ubi disponitur quod in casu, de quo ibi, non detur provisio finalis per instrumenta gravaminum, & merito, nam per talem viam non satis de causa liquet.

Si vera est prædicta resolutio (ut nos credimus) sequuntur plura in hac re maxime notanda, nam primò reformanda venit incerta, & confusa praxis, secundum quam; ut plurimum ad hujusmodi remedium recurritur in omnibus ferè casibus, in quibus sententia, à qua provocatur, non est aperte definitiva, & judicatio ordine prolata. Cum tamen secundum ipsam *Ordinationem nostram*, debeat appellatio regulariter interponi ab interlocutorijs, de quibus dicto *lib. 3. saepe citato tit. 69. in principio, & §. 1.* quod etiam supponit *Ordinat. eodem lib. tit. 73. in princip.* Neque licentia appellandi ab interlocutorijs continentibus gravamen irreparabile, restringitur ad eas, quæ continent tale gravamen, quod natura ipsa, est irreparabile, ut tortura, vel simile, imò, ut latissime probavimus *quest. 3.* omnis illa interlocutoria, quæ non præjudicat negotio principali, dicitur irreparabile gravamen continere, & per consequens, frequentissimè dantur casus, in quibus appellatio est interponenda, & ea omissa, gravamina immerito interponuntur.

Infertur etiam, perperam gravamen fuisse interpositum in casu, de quo *Cabed. 2. part. decis. 60.* & inde sequutum fuisse grave damnum partibus, quæ in casu magni momenti, & maxime excedente jurisdictionem, vulgo, *aiçada* Domus, sive Relationis Portuensis non potuerunt gravamen ordinarium ad Supplicationis Domum interponere, cum illud non soleat concedi in causis in Portuensis Senatu judicatis, & introductis per viam gravaminis per instrumentum, vel petitionem, testante eodem *Cabedo ibidem num. 2.* quod quidem damnum ex eo processit, quia, scilicet, fuit gravamen interpositum ad Senatum Portuensem, in casu in quo erat appellatio interponenda, & ille abusus causavit prædictum inconveniens, & passim similia generat.

Debent igitur, tam Judices, quàm Advocati, ceterique in foro versantes attendere, ne gravamina interponantur, ubi appellatio est interponenda, nec restringere debent regulas juris, facile que recurrere ad gravamina, quorum remedium rarò habet locum, imò, secundum nostram opinionem solum, quando Lex nostra, illud interponendum, expressit, & nos referemus omnes casus, in quibus *Ordinat.* gravaminis remedium concessit, ad fin. hujus quæstionis, ut facile constare possit, in quibus casibus eo sit utendum, & extra illos recurrendum, vel ad appellationem, vel ad gravamen in processu tantum secundum interlocutoriarum naturam, & regulas *Ordinat. dict. tit. 69. & dict. tit. 20. §. 46.*

Neque obstat, si dicatur ex adverso stylum, & praxim jam admississe gravamen, de quo agimus, interponi in pluribus casibus in *Ordinat.* non expressis. Nam, licet negare non possimus, maximam esse praxis auctoritatem, ut deducitur ex *text. in l. Minime ff. de Legibus, & in leg. Filius emancipatus ff. ad leg. Cornel. de falsis, & in §. penultimo Instit. de satisdat. & in leg. Labeo i ff. de statulib.* & apud nos ex *Ordination. lib. 3. tit. 64. in princip. & lib. 1. tit. 1.*

§. 37. Pineo, qui pluribus exornat in leg. 2. C. de rescind. 2. part. cap. 4. num. 2. Gama decis. 223. Paz. in praxi in initio per tot. Gratian. discept. forens. tom. 1. discept. 191. num. 2. & discept. 100. numer. 61. p. 31. Bart. in lege Jurisperitos in fine princip. ff. de excusat. tut. Afflict. decis. 136. per tot. & ex congestis per Barb. ad dict. Ordination. tit. 64. in principio.

Tamen neque in re ista datur stylus, aut praxis conformis, nec supra dicta locum habent in qualibet praxi, quolibet tumve stylos nam, ut hic alicujus sit momenti, 20 plura sunt necessaria. Primum, ut juri non sit contrarius, aliàs enim robur non habet Phabus 2. part. decis. 125. num. 8. cum sequentibus Thom. Valasc. allegat. 76. num. 71. Mendez à Castro in praxi 1. part. ad fin. fol. 387. in mea im. pressione; atqui stylus, de quo agimus, est juri, & regulis Ordinationis contrarius, ut supra probavimus; ergo sustineri non potest.

21 Deinde stylus, ut habeat authoritatem debet esse apertus, notorius, & non varius Gom. in proemio regular. Cancel. num. 17. Rebus. de consuet. art. 7. glos. 13. num. 54. Cassador decis. 13. de prae. bend. & ille omninò est refellendus, qui modò niger est, modò albus terret. conf. 58. numer. 19. Felinus in cap. Redulphus num. 22. de rescript. Mandos. regula 33. quæst. 8. num. 5. Gracia de benef. 1. part. cap. 5. num. 87. & 88. Et si benè attendimus, nihil magis varium, magis turbidum, quàm res ista, in qua non certitudo aliqua, aut stabilitas, sed varietas libera, & confusio maxima invenitur.

22 Præterea, quia stylus est quædam consuetudinis species, in cujus introductione requiritur judicium contradictorium, scilicet, quòd fuerit dubitarum, & controversum, an stylus ille debere observari, & judicatum pro ejus observantia, saltem tacitè, ut de consuetudine resolvunt Surdus conf. 393. num. 2. Decianus conf. 51. per tot. Valasc. conf. 162. num.

10. Cabed. 1. part. decis. 51. num. 7. & in specie de stylo Caputaquens decis. 71. lib. 1. in manuscrip. Et quidem nec, id intervenisse scimus, nec in prope modum infinitis casibus id fieri potest, aut stylus, vel praxis certa allegari.

Tandem contra stylum, siquis in hac 23 re posset allegari, facit text. in Authent. de moderatore Helenoponti collat. 10. const. 28. ubi docemur, ea, que rationabiliter ab antiquo fuerunt observata, non quæ sine ratione introducta, observanda esse, unde in effectu malam praxim exulandam, dixit Bald. in l. Quicumque vers. & ideo ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisdictionis, Alciatus de præsumpt. præsumpt. 30. Facit optimè resolutio Regia, de qua Pereira de Castro de Manu Regia 1. part. sub tit. ad finem libri. Resolucens, que se tomarão, &c. rubrica sobre os estylos, ubi jubentur observari styli cum illa declaratione, se forem bons; qui enim juri non sunt conformes, quis eos probare potest? Et conducit ad rem istam, nam, licet plurimorum in contrarium stet sine ratione opinio, & observatio, non ideo, quia multorum, sequenda, cum possit unius forsitan, & deteriores sententia, & multos, & maiores aliqua in parte superare, ut aliàs dixit Imperator Justinianus. in l. 1. C. de Veteri jure enucleando. Digna sanè tanto Principe sententia, quæ liberum à Deo homini concessu arbitriū, & intellectu relinquit quæ studiosis, ingeniosis verū meditando occasionē præbet. Quæ veritatem, & rationem; non observantiã, aut errorem 24 introductū defendit. Attendendum igitur semper non ad ea, quæ fieri solent, sed ad ea, quæ fieri debent, ut admonet I. Conf. in l. sed licet ff. de offic. præsid. præcipuè in re, de qua agimus; nullatenus enim datur stylus, nec in casibus tam diversis potest dari, aut considerari talis, ut non sit abjiciendus.

Et sanè hic tacere non possum. stylum 25 imperitorum refugium miserum esse soleret; in his enim, quorum substantiam non præcipiunt statim confugiunt ad illam ineptissimam allegationem. Sic multi, & gra.

& graves iudices fuerunt, non debemus credere, nos illis esse sapientiores, & quod intolerabilius est, si fortè aliquando ipsi novam probant opinionem contra stylum, & communem, ipsi aperte proclamant, *nihil faciendum stylum, aut communem contra veram juris, & rationis philosophiam*, quam tamen mordicus respuunt, quando ab alijs nova subtilis, & vera proponitur opinio, ut sic obscuretur illorum gloria, & ipsorum, qui illud non ceperunt insipientia contegatur. Liberè igitur, & laudabiliter studiosis philosophari liceat, non enim vulgi, sed unius docti existimatio est quærenda.

Gravamen quando per petitionem, quando vero per instrumentum sit interponendum?

His sic prænotatis, videamus nunc qualiter sit gravamen, de quo agimus interponendum, & quænam praxis sit in interpositione, & progressu observanda, pluraque alia necessaria ad rectam hujus rei cognitionem. Sed quoniam, licet in pluribus convenient duo illi modi interponendorum gravaminum, scilicet, per petitionem instrumentum, tamen in pluribus etiam differunt, sigillatim de uno quoque agamus, & prius de gravamine per petitionem tractemus, & quæ circa hunc modum dicta fuerint, intelligenda erunt habere etiam locum in alio modo, scilicet, per instrumentum, nisi aliter notetur hic, & inferius, quando egerimus de illo modo.

26 Adverto igitur ante aliud, illas duas species aggravandi, scilicet, per petitionem, vel per instrumentum non differre in eo quòd ab alijs interlocutorijs aggravandum sit per petitionem, ab alijs verò per instrumentum, nam per contrarium certum est, ab uno, & eodem genere interlocutoriarum posse gravamen uno, vel altero ex dictis modis interponi. Differentia igitur inter illos modos in eo consistit, quòd, scilicet, per petitionem ag-

gravatur, quando Superior ad quem intra quinque leucas, residet; per instrumentum verò, quando extra quinque leucas. Ita colligitur ex *Ordinat. lib. 1. tit. 7. §. 16. ibi conbeceraõ de quaiquer agravos, que a elles per petiçam vicrem, &c. & cinco legoas ao redor, & tit. 8. §. 9. ubi similia sunt verba, & tit. 9. in principio, ibi, & per petiçam de agravado, &c. & cinco legoas ao redor. & ibi, & dos lugares do distrito da Supplicação per instrumento de agravado, & tit. 58. §. 25. ibi, & sendo os agravos de fora das cinco legoas, &c. não mandara ir os proprios feitos, mas as partes tiravaõ instrumentos de agravados com repostas, junctis verbis antecedentibus. Ex quibus prædicta differentia aperte colligitur, quam etiam agnovit *Caminha tit. das allegaçoes, prædicta editione antiqua fol. 8. vers. Thom. Vaz allegat. 76. rum. 48.**

Est tamen casus, in quo per petitionem interponitur gravamen etiam extra quinque leucas, scilicet, quando interponitur ad Correctorem, qui est intra territorium, vulgò *no termo*, in quo gravamen interponitur, nam in tali casu, etiam si fortè locus distet ultra quinque leucas, cum tamen sit in eodem territorio, poterit cognoscere per petitionem, actaque propria ad se advocare, ut habetur in dicta *Ordinat. dict. §. 25.* Item poterit etiam extra quinque leucas gravamen per petitionem interponi in aliquibus casibus in quibus solum per petitionem admittitur gravamen, quos congeremus, & specificabimus infra quando enumeravimus omnes casus, in quibus in *Ordinatione* exprimitur gravamen debere interponi.

Sin autem quæras rationem, qua motus Legislator intra quinque leucas admiserit gravamen per petitionem, at extra illas per instrumentum, illam reddemus, quia scilicet, quando per petitionem aggravatur, deferuntur ad Superiorem propria acta, ut praxis observat, & deducitur ex *Ordinat. lib. 1. dict. tit. 58. §. 25.* Ex perinde cogitur iudex à quo in causa interim

interim supersedere, cum non habeat acta ad procedendum, & quidem id contingit contra intentionem ipsius *Ordinationis*, secundum quam gravamina non suspendunt *Ordinat. lib. 3. tit. 74. §. 4.* unde, cum gravamen per accidens posset suspendere per tempus considerabile, cognitionem causæ principalis, si acta deferrentur ad Superiorem longe fortè morantem, noluit Lex nostra, quòd ad illum propria acta deferrentur, nisi, quando esset intra quinque leucas: in quo non consideravit prædictum inconveniens, nam licet impediatur per aliquod tempus cursus causæ principalis, illud tamen breve erit: quod non est in consideratione ex *Juris Consulto in l. Scio 4. ff. de in integr. restit.* Quando autem aggravatur per instrumentum, non deferuntur acta propria, & ideo hac via utendum, quando Superior longe est, scilicet extra quinque leucas ne cursus causæ impediatur.

29 Non tamen dubito, quòd etiam intra quinque leucas possit aggravans, si velit, omisso modo aggravandi per petitionem, per instrumentum, vel chartam testimonialem aggravare, nam in ipsius favorem videtur concessum posse per petitionem aggravare, ne scilicet, vexetur in extrahendo instrumento, & ne lis interim procedat propria enim acta ad Superiorem deferuntur: atqui proprio favori quilibet renunciare potest ex *text. in l. Quod favore C. de legibus: ergo, &c.* Quod quidem aperte sentire videtur Legislator noster *lib. 1. tit. 8. §. 9. & tit. 6. §. 6. & tit. 37. §. 3.* ubi disponit, quòd de gravaminibus per instrumentum interpositis etiam intra quinque leucas non cognoscat Præses curialis civilis, sed Senatus; ergo supponunt, intra quinque leucas aggravari per instrumentum. Quinimo etiam intra quinque leucas per instrumentum, non per petitionem gravamen esse interponendum, quando aggravatur ab aliquo iudicis factò, vel præcepto, quod non incidit in alia causa principali, videtur suadere ipsa ratio; nam nec sunt acta, quibus

adjungatur petitio, vel quibus justificetur, nec rectè videtur posse expediri talis causa nisi per gravamen per instrumentum, nam in hujusmodi interpositione, & progressu fiunt acta, ex quibus justificetur gravaminis causa, & videntur quæ dicta sunt, probari in *Ordination. lib. 1. tit. 62. §. 78. & lib. 3. tit. 78. in principio.* in quibus *Ordinationibus* agens Legislator de gravaminibus interpositis ab actibus extrajudicialibus, solum egit de instrumentis gravaminum, & ab illis actibus interponenda dicit gravamina per instrumentum, quasi in tali specie non possit habere locum gravamen per petitionem ex rationibus suprà consideratis.

Quoniam verò certum est, gravamen, de quo agimus, non posse interponi per petitionem, nisi intra quinque leucas, vel saltem intra territorium ut supra admonuimus, & infra etiam magis explicabimus, oportet maximè cognoscere, qualiter leuca apud nos computari debeat, & quam longitudinem comprehendat: quod curiosis non fore ingratum, credimus.

Leuca quamnam longitudinem contineat apud Lusitanos, curiosè traditur.

In primis igitur noto, quòd leuca (de qua habetur mentio in *cap. ex parte B. de foro compet.*) Gallicum est vocabulum, quo etiam Hispani utuntur, secundum *Vinetum in scholijs ad Joannem de Sacrobosco tit. de ambitu terræ cap. 1. fol. 31. in mea impressione. Cov. statim. citandum in vers. olim,* & nos etiam eodem vocabulo utitur.

Verùm, licet apud Gallos, Hispanos, & Lusitanos idem sit vocabulum tamen diversa est distantia sive longitudo Gallicæ, & Hispanæ, & ut aliqui voluerunt, Lusitanæ leucæ. Non aliter, ac virgæ mensurariæ vulgo (*vara de medir*) idem est nomen apud Hispanos, & Lusitanos, & ta-

& tamen diversam apud illos, & apud nos habet longitudinem: nam apud Hispanos ex quatuor tantum, apud Lusitanos verò ex quinque constat palmis Unde dubium non est leucam apud alios maiorem, apud alios verò minorem significare longitudinem, ut annotavit *Franc. Vercel.* quem referunt *Abb. Joan. Andr. & Socinus in dict. cap. ex parte B. de foro competenti, Capola in lib. 3. n. 3. ff. de verb. signifi.* dicentes leucas Angliæ minores esse leucis Germaniæ, & illas minores leucis Burgundiæ. Videamus igitur, qualem apud nos designent longitudinem. Et quidem *Phæbus noster 2. part. decis. 138. per tot. præcipuè num. 3.* de hac materia agendo concludit, quòd leuca Lusitana vulgò *legoa portugueza* habet quatuor milliaria, vulgò, *quatro milhas mathematicas*, idem credit *Barreiros in proem. chorograph. pag. 2.* Idem scripsit novissimè insignis Senator *D. Dominicus Homem de Almeyda in Analyfi cap. 17. num. 12.* quem, post hæc scripta, habui, qui alios citat.

32 Verum si respicimus ad fundamenta, quibus moti prædicti authores dictam scripsere resolutionem, nullum efficax invenimus; imò ipse *Phæbus* sine aliena opera se confundit, nam dicit, quòd unum milliare continet quatuor stadia, quod cæcutire est, nam, ut ipse Author fateatur stadium constituitur ex centum vigintiquinque passibus, unde milliare haberet quingentos tantum passus, quod quantum à verò distet, nemo non vider, cum nullus ignoret milliare ideo ita dici, quia, scilicet mille passus contineat *l. Mille passus, & ibi glossa 1. cum infra citandis ff. de verborum signifi.* inadvertenter igitur author prædictus in hac re fuit locutus, ut benè advertit *Almeyda supra citato loco.*

33 Ego sane semper existimavi, leucam nostram tria milliaria continere. Moveor primo, quia secundum scriptores antiquos cuique leucæ tria dabantur millia, ut constat ex *tabulis Ptolomei*, quas affert *Sacroboscus dicto loco pag. mibi 30.*

nam ambitui terræ tribuuntur 7200. leuca, & 21600. milliaria: ex quo patet, quòd secundum illos, leuca ex tribus milliariis constituitur. Idem intellexit *Bodavia na hist. Pontifici 3. part. cap. 59. pag. 474. ibi, quanto mas. que no se que bata bavidu leguas usuales de mas que de tres mil passos.* Licet *Mariana*, author etiam Hispanus, senserit, leucam quatuor milliaria continere, *na Histor. de Hisp. panna 1. part. lib. 1. cap. 2. post. princip. & cap. 22. ante medium* Secundò, quia *lex 3. tit. 16. partita 2.* apud Hispanos expressit, leucam unam, tria milliaria continere, ergo in dubio credere debemus; idem, quod apud antiquos, & populos vicinos observatur; moribus etiam apud nos esse receptum Tertiò ex optimis ad propositum *Ordinationibus lib. 1. tit. 90. §. 13. & lib. 3. tit. 55. §. 6.* ubi pro una dieta, idest, itinere unius diei sex leucæ assignantur: in quo lex nostra magis ad hanc, quam probamus, quam ad aliam, accessit computationem; nam, cum pro una dieta, idest, itinere unius diei sint in iure assignata viginti milliaria idest, viginti millia passuum *text. in l. Itinere ff. de verb. signifi.* Lex nostra pro itinere unius diei assignavit sex leucas in *dictis Ordinationibus.* Si autem 34 computemus quatuor milliaria pro leuca (ut voluerunt contrariæ partis authores) assignat Legislator noster viginti quatuor milliaria pro itinere cujuslibet diei, & sic quatuor milliaria plusquam jus commune, quod non est credibile voluisset Legislatorem nostrum, si verò computemus tria milliaria pro leuca (ut opinamur) assignat Legislator noster decem, & octo milliaria pro itinere unius diei; & sic magis accedit per computationem trium milliaram pro leuca, ad viginti milliaria, quæ de iure communi pro dieta dantur, siquidem proximiora viginti sunt decem, & octo, quam viginti quatuor.

Et facit illa apertissima ratio, nam, cum apud nos computationes non fiant per milliaria, sed per leucas, computando per

per has, si Legislator intelligeret leucam continere quatuor milliaria; assignaret pro dieta, idest itinere unius diei quinque leucas, quæ per talem computationem constituebant integrè viginti milliaria, quæ in iure communi assignantur pro dieta, cum quo se conformare voluisse, debemus intelligere in dubio secundum vulgatas juris regulas: atqui non quinque sed sex leucas assignavit, ergo illam computationem non probavit, sed nostram. Quia tamen per comparationem trium milliarii pro leuca nullus leucarum numerus constituit integrè, & directè viginti milliaria sed sex leucæ non accedunt ad viginti milliaria, septem verò excedunt, Legislator noster prædictam trium milliarii pro leuca sequens computationem ad favorem magis, quam ad rigorem accedens, considerans etiam, itinera in Lusitana asperiora esse, maluit pro una dieta constituere sex leucas, quæ non accedunt ad viginti milliaria, quæ de iure communi tribuuntur pro qualibet dieta; quam septem, quæ excedunt: nec conveniens fuit, partiri leucam assignando, scilicet, sex leucas, & duo tertia alterius ad implendam directè dietam juris communis, ex his enim partitionibus confusio, & implicitas in praxi oriretur. Probavit igitur indubitanter Lex nostra, computationem trium milliarii pro leuca.

35 Ultimo tandem (quod solum sufficebat) hanc partem, & computationem probat *Illustrissimus, ac Reverendissimus Dominus meus D Rodericus à Cunha olim Bracharensis postea Olyssiponensis Archipræsul, Jure Consultus eximius: omni virtutum, bonarumque artium genere ornatissimus: quem scientia non instavit: rerum summa quam gessit, non extollit, quem post hæc scripta, iniqua fors nobis (summo omnium dolore) sustulit.* Na historia Ecclesiastica dos Arcebispos de Braga cap. 3. num. 12. in fine, ibi *Vinte tres milhas, que sam mais de sete legoas, num. 21. ad finem ibi, trinta & cinco mil passos, que vem a ser pouco mais de onze*

legoas, quibus locis manifestè probat computationem trium milliarii pro leuca.

His resolutis, ceteræ computationes, 36 scilicet milliarii, stadiorum, passuum, pedum, & digitorum, apud omnes, natura ipsa, conformes sunt.

Et in primis de milliari constat continere mille passus *text. in leg. 1. ff. Siqui caution. text. in l. Mille passus, & ibi glos. 1. ff. de verborum signific. Cov. 2. variar. cap. 20. num. 7. Instit. de excus. tut.* & constat ex illis versibus, quos refert Vinexus ubi suprâ, & libet hic transcribere pro dictis, & dicendis.

Quatuor ex granis digitus componitur unus.

Est quater in palmo digitus, quater in pede palmus.

Quinque pedes passum faciunt, passus quoque centum.

Viginti quinque stadium dant, sed mille.

Octo dabunt stadia, duplicatum dat tibi leucam.

Ex quibus ad propositum colligitur, 37 milliare constare ex octo stadiis, quæ mille passus producant, ut ibi, & infra. Constat tandem ex ipsius verbi etymologia; nam idè dicitur milliare, quia mille passus continet *Calepinus verbo Milliare, & est sine quaestione.*

Unde nescio, qua ratione dixerit *Me* 38 *noch. de arbitr. casu 2. num. 8,* milliaria alia continere maiorem, alia verò maiorem longitudinem, nam, qualiter dici poterit milliare, si mille non habeat passus? fortè fuit intentio loqui de leuca, quæ, ut suprâ facti sumus, apud alios maiorem, apud alios verò minorem habet longitudinem, vel locutus fuit maxime improprie appellando milliare aliquam distantiam non habentem mille passus.

De stadio constat quoque centum, & 39 viginti quinque passus continere, ut in prædictis versibus exprimitur, & notat *Calepinus d. verb. Milliare, Cornelius à Lapide in Evang. Joan. cap. 11. vers. 18.*

ibi studium est octava pars milliari. Ita-
lici. continet ergo 125. passus sicut
Joann. de Sacrobosco citato loco in tabula,
quam ibi ponit, unde ex octo stadijs. quæ
mille passus continent milliare constitui-
tur, non ex quatuor, ut inadvertenter di-
xit Phæbus ubi supra num. 3.

40 De passus etiam constat apud prædi-
ctos Authores, quinque pedes continere,
& ultra eos adnotarunt glos. verbo passus,
& ibi Bart. Alciat. & alij in dict. 6. l. tme-
re ff. de verbor. signifi. glos. in cap. Sicut
antiquitus 27. quest. 4. Menoch. de arbit.
casu 2. num. 6. Minsinger. supra.

Passus autem qualiter formari debeat,
& quid propriè dicatur passus, qualique
gradiendi modo describatur non est apud
omnes notum; alij namque sic, alij verò
sic formandum existimant, Ego sanè à
quodam curioso dedici quid verè dicatur
passus, & expertus sum in eo inveniri lon-
gitudinem quinque pedum ordinario, &
usitato modo gradiendo, quod in alijs
modis, quibus plerique existimant pas-
sum formari non contingit.

41 Passus igitur est ea longitudo, quam
describi a nus expedibus, v. g. dexter à lo-
co ubi primum erat, ad locum in quo fir-
matur, & deinde alter passus est longitu-
do quam idem pes describit à loco, in
quo firmatus fuerat ad locum, in quo no-
vissimè firmatur. Et, licet alter pes, sci-
licet, sinister etiam moveatur, ejus ta-
men non est habenda mentio ad pas-
sum, est enim computandus gressus uni-
us tantum pedis, & de alio non est
facienda mentio, ac si non esse, ni-
si tantum sustentaculum, ut alter suum
constituat passum: experientiam in hac re
testor.

42 De pede etiam apud omnes constat,
quatuor ex palmis constitui; advertere
tamen debes, ne cum pluribus decipia-
ris, quod palmi illi, ex quibus pes consti-
tuitur, non sunt palmi illi vulgares;

43 qui sunt extensis articulis à pollice, us-
que ad minimum digitum, nam multum
de formis esset pes, qui haberet quatuor
ex illis palmis, sed quilibet ex his palmis

constat quatuor digitis, ut deducitur ex
prædictis versibus; & ex ijs, quæ Menoch,
& Alciat. supra citati. Hieronym. de
Monte finium regund. cap. 26. numer. 3.
Anast. Germ. de Sacror. immunit. lib. 3.
cap. 16. num. 27. qui dixerunt, pedem
continere 16. digitos, & patet ex ipsa ety-
mologia, nam palmus dicitur à latitudine
palmæ, quæ ex quatuor digitis transversis
constat, & quamvis etiam detur alter 44
palmus, qui dodrans appellatur, & fit
articulis extensis, & continet novem po-
lices (ut constat ex eis, quæ Joann. de Sa-
crobusco citato loco, Cov. ubi supra, qui
prædicto modo inter unum, & alium dis-
tinguit. Almeyda ubi sup. num. 8.) tamen
iste dodrans, id est, palmus maior non est
de illis, ex quibus constituitur pes, de-
f. imis enim ille esset, qui quatuor ex his
palmis maioribus contineret: unde sine
dubio palmi, ex quibus pes constituitur
sunt prædicti palmi minores, id est la-
titudo palmæ, sicut Almeyda ubi pro-
ximè.

Ex his infertur, minus benè dixisse 45
Phæbum dict. decis. 138. num. 3. pedem
habere quatuor dodrantes, id est, palmos,
& quemlibet palmum seu dodrante novem
pollices; ad vertere enim debuerat, id esse
impossibile secundum naturam, & duas
esse species palmorum, ut supra explica-
vimus, & non ex illa, sed ex alia pedem
constitui, ut proximè resolvimus, & no-
vissime post hæc scripta reprehendens eti-
am Phæbum notat Almeyda ubi supra
num. 14.

De palmo constat ex dictis proximè,
componi ex quatuor digis, singulosque
digitos ex quatuor granis, sed hæc non
tam physicè accipienda sunt, sed digi-
ti ordinarij sunt intelligendi, & sic de ca-
teris.

46 Quod tandem additur in fine prædi-
ctorum versum, scilicet, ex duplici mil-
liari, vulgo de duas milhas leucam cõpo-
ni, intelligitur de leuca Italiae, vel Gallia,
vel alterius Regionis, non de nostra, leu-
ca etenim, ut in principio annotavimus,
componitur ex pluribus, aut pauciori-
bus

bus milliariibus, secundum diversas Provincias, & Regiones, & apud nos verius, est, ex tribus constituit, ut supra probavimus.

47 Nequè resolutis obstat, in hoc Regno judicatum fuisse pro computatione, quam impugnamus, de qua *Phabus dict. decis. 138. 2. part.* nam responderetur, nec constare illam computationem forme per Senatam approbatam, nec nos exemplis, sed legibus judicare, *l. Nemo C. de sententijs, & interlocution. omnium jud.* Neque etiam obstat scribentium auctoritas, quorum alij maiorem, plures minorem quam nos longitudinem cuilibet leucæ assignant, nam non negamus quòd apud diversas Provincias diversam continet longitudinem.

48 Neque etiam obstat, quod scripsit in signis Præceptor *Luis Correa in cap. Nonnulli de rescript. post princip. vers. Adverte 2. in fine* dicens, prædictas computationes, & mensuras apud nos non esse in usu, nec observari, qui quamvis aliam dicti rationem non reddat, nec declaret, intelligo tamen, voluisse significare prædictas computationes non habere apud nos locum, quasi grosso modo accipienda sit leuca, secundum quod vulgus dicit à tali loco ad talem tot leucas esse, verum id est, periculosum, & in pluribus casibus invenietur confusio, alijs dicentibus, leucas esse tot, alijs verò, tot, vel cum varietate id arbitrantibus, unde ad computationes, & mensuras recurrendum, prout sapè fit in praxi. Neque tandem obstat *Ordinat. nostra in Regem. dos Desembargadores do Paço §. 45. ab Almeyda adducta, & considerata* pro sua opinione, *ubi supra numer. 18.* nam responderetur, ibi non exprimi, decem leucas assignari pro duabus dictis, & sic non probare computationem illam quatuor milliariam leuca, quam improbamus defendentes solidioribus fundamentis, & clarioribus *Ordinationibus*, leucam apud nos tribus tantum milliariibus constare.

49 Per quod autem iter, & an per illud

an verò per montes, seu invia loca, facienda sit leucatum mensuratio, vide *Phab. ubi supra, & ab eo citatos, num. 11. Doctor. in l. Itinere ff. de verborum significatione, & in l. 1. ff. Siquis cautionibus, Cabed. 1. part. decis. 13. num. 4. Mising. ubi supra num. 9.*

Nunc videamus quamquam ulterius facere, & observare debeat, qui gravamen interponit, in ejus interpositione, & prosecutione.

Requisita pro gravamine per petitionem.

Primum igitur requisitum est, quod 50 gravamen interponatur intra decem dies à die sententiæ, vel facti à quo aggravatur, ita expressit *Ordinatio* loquens tamen de gravamine per instrumentum *lib. 3. tit. 74. §. 5. ibi, dentro do tempo, em que se pode oppellar das sentenças interlocutorias, cu definitivas,* tempus autem intra quod ab illis sententijs appellari potest, decendum est ex *Ordinatione lib. 3. tit. 70. in principio, & §. 1.* ergo de illo intelligitur nostra *Ordinatio*. Excipe à dicta regula casum, de quo *Ordinatio lib. 1. tit. 92. §. 78.* in quo intra decem dies debet gravamen non solum interponi sed etiam presentari Superiori, sed loquitur de instrumento, non de gravamine per petitionem, de quo nunc agimus, & est casus specialis.

Verum ad gravamen, de quo agimus, 51 apte interponendum, est advertendum, quòd gravamina aliquando interponuntur ab interlocutorijs prolatis incidenter in aliquo processu, & causa principali, v. g. quando iudex denegat terminum probatorium, vel exceptionem incompetentiæ non admittit: qui gravaminis sunt casus ex *Ordinatione lib. 3. tit. 20. §. 5. & §. 9.* Vel secundò interponitur gravamen ab aliquo iussu, mandato, vel facto iudicis non incidenti in processu, sed quasi principaliter, quia, scilicet, ibi nulla alia datur causa, nullusque processus:

sus: quod accidit, quando iudex sive forma aliqua iudicij aliquid verbaliter jubet, veluti, aliquem carcerari, vel suspensionem ab officio imponit, vel alicujus privilegium speravit, & jubet aliquod onus subire.

Inter quos casus maxima datur differentia circa modum aggravandi, nam in primo casu, scilicet, quando interlocutoria incidit in aliquem processum, & causam principalem, cum ibi soleant esse acta formata, & partium jura discussa, statim potest congruenter interponi gravamen. At verò in secundo casu, si statim post interlocutoriam, sive decretum, aut factum, de quo agitur, gravamen interponatur, plura sequentur inconvenientia, & non minimæ implicationes, & confusiones; nam cum in hac specie, acta ulla formata non sint, nec deducta, aut allegata, illa quæ pro gravato, vel adversario faciunt, quibusnam actis est petitio adjungenda? Quanam vè acta sunt deferenda ad Superiorem? Vel ex quibus justificandum gravamen.

Dices, quòd coram Superiore ex testibus, aut instrumentis justificabitur gravamen, sed obstat, quia omnino debent causæ gravaminis allegari coram inferiore ad *text. in cap. Ut debitis de appellat.* Neque appellatio ab interlocutoria potest justificari apud Superiorem ex causis non allegatis coram inferiore, ita decidente *text. in Clem. Appellanti de appellat. latè Scaccia de appellat. quæst. 11. num. 93. & 99.* & in specie, quòd neque partes per viam regulæ audiantur apud Superiorem de gravamine cognoscentem, & ideo iudicem à quo illud remittere debere perparatum cum responsionibus partium disponit *Ordinat. lib. 1. tit. 24. §. 6. juncta Ordinat. eodem lib. tit. 80. §. 9.* agnoscit *Martins à Costa* ubi supra *annotat. 5. num. 23.* & latius tractabimus infra.

Advocati aliqui in terminis, de quibus supra, proponunt rationes, quæ convincere videntur gravamen fuisse illatum, & petunt, illud revocari, aliàs aggravant ut

ipsi dicunt. Verum id est à futuro gravamine appellare, ut in simili adnotarunt *Innocent. in cap. Significaverunt num. 3. de testibus, Franc. in cap. ut debitis num. 9. de appellat. Corneus conf. 80. num. 3. Scaccia cum alijs de appellat. quæst. 5. num. 103. & 105.* Neque contrarium probatur ex iis quæ cum *Abbate, Innocent. & alijs* scripsit idem *Scaccia* ubi supra *num. 109.* dicens, quòd quando gravamen jam illatum est, rectè appellatur illo modo, scilicet, *appello nisi revocaveris gravamen.* Pro quo facere videtur. *Ordinat. lib. 3. tit. 65. §. 5.* ubi si pars, contra quam fuit pronunciata interlocutoria, requisiverit à iudice, quod eam revocet, aliàs appellet, rectè ita procedit, nam.

Dicendum est pro concordia; quòd, quando gravamen est jam illatum, cum aliquis rectè statim provocare possit, urbanus facit, si petat revocationem, aliàs statim ex nunc appellet, sive gravamen interponat; nec in hoc dicitur, à futuro gravamine appellare: unde ita appellare posse, certum est; at nos negamus, gravamen illatum esse, quando iudex aliquid pronunciat, partibus non auditis, quia, scilicet, adeò summaria est materia, vel aliàs talis est causa, & jussus iudicis, ut non soleant ante eum partes audiri, nam in tali casu non potest dici, gravamen fuisse illatum, nisi postquam allegante gravato causas, propter quas iudex illud, de quo agitur, pronunciare, aut facere non debuerat, ille nihilominus non revocat sententiam, & per consequens qui appellat statim, quando causæ relevantes allegat, & antequam iudex illas rejiciat videtur à futuro gravamine appellare, quod jus non permittit. Deinde in eadem prædicto modo gravamen interponitur, non enim est urbanum, aut conducens ad habendum propitium animum iudicis, statim à principio comminari appellationem, sive gravamen, ut experientia docet.

Rectus igitur, & adæquatus modus interponendi gravamen in specie, de qua agimus, ille est scilicet, quòd ille, qui

existimat habere causas excusantes, & facientes ad revocationem interlocutoria, sive decreti, de quo agitur, illas exprimat offerendo eas judici, vel per modum petitionis, vel per modum impedimentorum, vulgò, *per modo de embargos* concludendo, quòd recipiantur, & illis probatis, interlocutoria, vel decretum, sive factum revocetur; & quidem, si recipiantur, & gravamen revocetur, illud cessat, & causa illud interponendi, *ex text. in cap. Cum cessante de appellat.* sin minus, tunc opportunè gravamen interponitur, & jam inventum acta formata, quibus adjungatur, & ex quibus justificetur petitio gravaminis offerenda Superiori.

Prædictus modus approbatur in *text. optimo in §. Qui autem se excusare Instit. de excusat. tut. & in l. 1. §. Siquis tutor. ff. quando appellandum sit.* Quibus iuribus docemur, nominatum à iudice ad tutelam non debere statim appellare sed allegare excusationes suas, & tunc demum appellare, quando illa non fuerit recepta, vel iudicata fuerint pro non probatis: ita *Minsing. in dict. §. Qui autem num. 2.* quæ iura videntur fundari in dictis rationibus à nobis supra consideratis. Facit *Ordinat. optima lib. 3. tit. 78. in princip.* ubi Legislator noster in casu de quo agit admonet, illum, qui se gravatum dicit, petere ab eo, qui gravamen intulit, ut revocet: quòd si non faciat tunc demum aggravare debere.

56 Obstat tamen proximè dictis *text. in l. Cives, & in l. Hi qui, & in l. Si ad scribatum C. de appellat. & in l. 2. C. de decur. lib. 10.* ubi videtur probari omnino appellandum à nominatione ad munus, vel ab impositione tributi, non verò prius offerendas excusationes: quòd magis colligitur *ex text. in dict. l. Cives, & agnoscunt glossæ verbo, Non possunt, in dict. l. Si ad scribatum, & verbo Non appellant, in dicto §. Qui autem Instit. de excusat. tut.*

Responderi tamen solet secundum glossas prædictas, quòd illarum legum dispositio solum locum habet in officijs, & muneribus publicis auctoritate, & utilitate,

secus in rebus, & officijs privatis utilitate, licet publicis auctoritate. Ita *Maranta de Uraine jud. 6. part. act. 2. n. 313. Scaccia de appellat. quest. 17. limit. 33. num. 1. & 2.*

Verum non confideo congruam differentia rationem, nec credo, quòd in aliquo casu debeat statim appellari, quando adhuc judici non fuerint exposita rationes, ex quibus dicitur, gravamen fieri. Moveor ex rationibus supra factis, & ex iuribus in dict. §. Qui autem, & in dict. l. 1. quæ secundum rectum juris ordinem procedere videntur.

Existimo igitur, responderi posse ad prædicta iura, præcipue ad *text. in dict. l. Cives,* iura illa loqui, quando jam ante nominationem fuerant causæ excusantes allegatæ, & illis spretis, nominatio facta, nos autem loqui quando antea non fuerant allegatæ: quæ responsio probari videtur per *text. in l. Cum in una §. Tutor ff. de appellat.* ubi in prædicta specie, scilicet, quando nominatus ad tutelam jam allegaverat excusationes, appellare debet à nominatione: quòd negare videtur *textus* in alio casu, scilicet, quando nondum fuerant causæ excusantes allegatæ, Vel potest responderi, iura illa loqui de nominationibus factis ab illis, qui solum nominare, vel eligere possunt, non tamen de excusationibus cognoscere; unde necessarium omnino est appellare ad Superiorem habentem jurisdictionem, qui de causis excusantibus judicialiter cognoscatur.

Prædicta differentia observanda in modo, & tempore interponendorum gravaminum habet etiam locum ex eisdem rationibus, quando illud interponendum est per instrumentum: in quo casu supra dicta proportionabiliter sunt observanda. Imò in rigore semper, quando aggravatur ab aliquo facto, vel præcepto iudicis non incidenti in alia causa principali, videtur aggravandum per instrumentum, etiam, quando superior est intra quinque leucas, vel in territorio, vulgò, *no termo,* juxta ea, quæ diximus supra hac questione *numer. 29.*

Illud

59 Illud hic dubitari potest, quod est quotidianum, an scilicet, si ille, qui debuerat ab interlocutoria gravamen interponere, non illud, sed appellationem interponat credens illam esse interponendam, postquam iudicatum fuerit casum non esse appellationis, possit redire ad gravamen, non obstante, quod sit elapsum tempus ad illud interponendum? In qua dubitatione existimo, affirmativè esse respondendum. Primò, quia ideò provocare non potest post decendum elapsum, quia præsumitur consentire ille, qui eo tempore non provocavit, *cap. Quoad consultationem, ubi scribes de sententia, & re jud.* At verò ille, qui appellavit existimans, casum esse appellationis, satis repugnavit sententiæ, nec ex illius errore potest consensus deduci, refragante regula *text. in l. Si per errorem ff. de jurisdictione omnium jud.* Secundo, quia, pendente causa nullitatis contra sententiam, tempus appellandi non currit, ut cum pluribus resolvit *Suar. de Paz in praxi 1. part. tom. 1. tempore 12. num. 9. Scaccia de appellat. quæst. 12. num. 169. Cald. de renovat. empbyten. quæst. 7. num. 14.* atqui similis, & maior ratio datur, quando appellatio fuit interposita, ut non currat interim tempus ad gravamen, quod in casu illo erat interponendum; ergo, &c. Tertiò tandem, quia gravamen, & appellatio, specie, ut ita dicam, non differunt; unde iniquum esset, si appellanti curreret gravaminis interponendi tempus, quod circa appellationem, quam interponendam existimabat, consumpsit. Ex quibus hanc partem tuendam existimo, & eam in praxi observari testatur *Martins à Costa dict. tract. annotat. 5. numer. 64.* quia asserit, solitum esse Senatui, quando per viam appellationis aditur, cum debere adiri per viam gravaminis pronuntiare, quod non est casus appellationis, sed gravaminis jubendo, quod pro gravamine acta distribuuntur, & sic de illo cognoscere.

60

61

62 Verùm, licet prædicta praxis in se bo-

na sit, & per eam dilationibus obvietur, & partium expensis consulatur, tamen in quantum Senatus per eadem appellationis acta sine eo, quod de novo gravamen apud inferiorem interponatur de gravamine cognoscit, dubitabilis redditur, & suspecta. Primò, quia, si pars, quæ appellavit, cognovisset casum esse gravaminis, non ad Senatum forte, sed ad Correioem illud interposuisset, unde videtur omninò remittendus litigator ad inferiorem à quo, ut illud interponat, ad quem elegerit lege sibi id concedente. Secundo, quia in gravaminis interpositione debet exprimi Superior, ad quem interponitur ex *Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 5. & tit. 58. §. 25. cum dicendis infra:* atqui in appellatione nec solet, nec debet exprimi Superior ad quem, ut cum pluribus firmat *Scaccia de appellation. quæst. 9. numer. 4.* ergo per acta appellationis, saltem si non fuerit expressus Superior ad quem, non poterit gravamen expediri. Tertiò, quia si iudex à quo recepit appellationem, amplius in causa non procedit juxta *rubr. ff. Nihil novari appellatione interposita. Ordinat. lib. 3. tit. 73. per tot.* unde, si casus est gravaminis, cum illud non suspendat cognitionem causæ, & processum ad ulteriora, juxta *Ordinat. lib. 3. tit. 74. §. 4.* necessariò causa remitti debet ad Inferiorem, ne suspensus sit causæ cursus pendente gravamine, existimante iudice à quo, illam per appellationem pendere. Quarto, quia, ut plurimum, acta per viam appellationis, non introducuntur intra triginta dies, intra quos gravamen debet introduci, juxta *Ordinat. lib. 3. tit. 74. §. 9.* unde non videtur, posse acta appellationis haberi pro gravamine, nec ego iuri consonam iudico prædictam praxim, licet in aliquibus æqua sit, & brevitati litium consulat.

Quæ supra resolvimus, scilicet non currere tempus gravaminis interponendi, quando per errorem fuit appellatio interposita, credimus etiam habere locum,

I 3

cum, quando aliquis aggravavit ad judicem incompetentem, ad quem non pertinebat cognitio illius gravaminis, nam militat eadem ratio, ut non dicatur tempus elapsum, & facit *Ordinat. lib. 1. tit. 24. §. 6. in fine*, quæ disponit in tali casu, tradenda esse aggravati acta, ut ipse illa presentet coram competenti iudice, & non limitat si tempus sit elapsum, cum illud inter prædictas moras elabi solet.

64 Tempus autem interponendi gravamen in casu, de quo agimus; videtur currere à die, qua pars, seu procurator scivit iudicatum fuisse, casum non esse appellationis, sed gravaminis ex *glossa verbo, Sciverit, in cap. Concertationi de appellat. lib. 6. Mascard. de probat. conclus. 1200. num. 6. Cald. de renovat. quest. 6. num. 24.* Et est apud nos *Ordinat. lib. 3. tit. 70. in principio, ibi, Contar sebaõ os des dias do tempo, em que cada hum delles foi sabedor.* Idem dicendum, quando rejectum fuit gravamen ex causa in competentia.

65 Gravamine autem interposito, iudex nihilominus in causa procedit, gravamen etenim non suspendit, ita disponente *Ordinat. lib. 3. tit. 74. §. 4. & tit. 86. §. 20.* nec saltem suspendit executionem illius articuli, super quo interponitur ex *dict. Ordinat. in casu tamen, de quo Phæbus 1. part. arresto. 101. de stylo ad breve tempus supersedetur.* Interposito autem gravamine, de quo agimus, per petitionem postquam acta propria fuerint translata ad Superiore necessariò inferior subsistit in causa principali, non ex vi gravaminis interpositi, sed quia non habet apud se acta: quod non contingit, quando gravamen per instrumentum interponitur, nam tali casu ad Superiorem acta propria non deferuntur, ut est notum.

66 Non tamen cautum invenio, quod gravamina per petitionem, de quibus agimus, intra certum tempus presententur Superiori; quamvis enim sit tempus constitutum pro adjungenda pe-

titione actis, tamen illud non video expressum ad ea presentanda Superiori, cum in gravaminibus per instrumentum sit ad ea introducenda in iudicium ad quod constitutum triginta dierum spatium in *Ordinat. dict. tit. 74. §. 5. & tit. 69. §. 7. Martinz à Costa dict. tract. annotat. 5. num. 19.* & dicemus, & declarabimus infra, quando egerimus de gravaminibus per instrumentum. Videtur esse ratio, quia petitio, quæ adjungitur actis intra decem dies, habet decretum, quòd acta statim deferantur ad Superiorem: unde tabellioni, sive scribæ hoc ⁶⁵ adimplere incumbit, & sic creditur, statim acta introducenda, nec necessarium esse tempus aliud constituere, ut in gravaminibus per instrumentum, quæ si pars non expedit, non datur decretum aliquod iudicis ad ea introducenda; unde, ne in suspensio sit causa illa gravaminis, tempus introductionis præscribitur gravaminibus per instrumentum.

Gravamine autem semel introducto ⁶⁷ apud Superiorem, non est à lege aliqua statutum tempus, ut aggravans, faciat gravamen expediri, nisi in casu *Ordinat. lib. 1. tit. 62. §. 78.* in quo debet intra triginta dies presentare inferiori sententiam emendationis gravaminis, vulgò, *melhoramento*, & de stylo in casu, de quo *Phæb. dict. arresto 101. part. 1.* quando, ⁶⁹ scilicet, iudex pronunciat, relaxandum Reum carceratum super conformitate securitatis, & Actor ab illa pronuntiatione aggravat, de stylo enim, ut ait *Phæbus*, suspenditur illa pronuntiatione, & iudex assignat tempus aggravanti, ut emendationem, vulgò, *melhoramento* adducat, qui tamen stylus iudicis non videtur, & supponit alium stylum injustum, scilicet, quòd Reus habens securitatem carceratur super conformitate, vel tempore contrarietatis, antequàm confiteretur, securitatem illi prodesse non posse: quod improbamus in sequenti *tract. Securitatum, quest. 3. numer. 52. & quest. 15. numer. 2.*

Secundum requisitum necessariò observandum illud est, quòd, scilicet, in interpositionibus gravaminum exprimat^r Superior, ad quem interponitur, ita statuente *Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 5. & tit. 58. §. 25. optima lib. 3. tit. 74. §. 1.* Quæ tamen expressio excusatur, si Superior certus sit ita, quòd necessariò ille, & non alius debeat de gravamine illo cognoscere. Habetur in *Ordinat. lib. 3. dict. tit. 74. §. 1. ibi, declare logo no requerimento que fizet, ou por termo nos autos, pera que juiz, ou Superior aggrava, & inferius, o que se nam entenderá nos aggravos que tiverem certos juizes limitados, a que pertençaõ, & dos quais outros julgadores nam possam tomar conhecimento,* Tales autem Superiores inveniuntur apud *Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 7. ibi, de todas interlocutorias, & mandados de quaisquer juizes, ou justifas da Cidade de Lisboa: & inferius nam tomará conhecimento algum outro julgador da dita cidade, & eodem lib. tit. 9. in princip. juncta Ordinat. dict. tit. 6. §. 7. ibi, nam sendo sobre nossa fazenda, ou nossos direitos, porque destes conhecerão os juizes a que pertencer, & eodem lib. dict. tit. 6. ibi, & quando os aggravos forem de o juiz receber appellaçam à parte contraria, & inferius tomaram os ditos Desembargadores conhecimento do tal instrumento, ou carta testemunhavel, & não outro algum julgador.* In quibus casibus, & multis alijs, qui deduci possunt, ex his quæ dicemus in fine quæstionis tractantes de Judicibus, qui de gravaminibus cognoscere possunt, verificatur nostra declaratio, & excusatur expressio Superioris ad quem, aliàs regulariter requisita, quoniam in dictis, & alijs gravaminibus Superior certus est, neque alius de illis cognoscere potest, & ipse nominatus videtur per aggravantem cum certus sit, nec ad alium cognitio pertineat. Requisite igitur nostrum tunc, ut plurimum habet locum, quando à Prætorè, vulgò, *Juiz*, aggravatur, nam, cum possit re-

gulariter aggravati, vel ad Senatum, vel ad Correciorem, sive, ut alij vocant, Præsidentem Provinciæ, in his terminis solet esse necessaria expressio, & habetur in *Ordinat. dict. lib. 1. tit. 58. §. 25. ibi Com tanto, que as partes declarem, que aggravaõ pera elle, &c.* Ad calcem adverto, quòd, si in interpositione gravaminis expediendi per petitionem non fuerit jam facta dicta declaratio Superioris *ad quem*, sufficit fieri in ipsa petitione ex *Ordinat. lib. 1. dict. tit. 6. §. 5.*

Tertium requisitum illud est, quòd ⁷² aggravans teneatur in petitione gravaminis citare, vel allegare *Ordinationem*, quæ concedit in illo casu gravamen interponi. Ita habetur in *Ordinat. lib. 3. dict. tit. 20. §. 46. Ut in simili, requiri allegationem, interlocutoriam habere vim definitivæ, ut commissio possit concedi, testatur Scaccia de appellation. quæst. 17. limit. 47. membr. 1. num. 171.* Dicta autem allegatio *Ordinationis* solum est necessaria, quando casus aliàs secundum regulas erat de pertinentibus ad ordinandum processum, nam cum ab his solum in processu sit interponendum, noluit Legislator noster, quod alio modo ab his gravamen interponeretur, nisi in casibus exceptis, in quibus *Ordinatio* gravamen concessit interponi, quæ *Ordinatio* id concedens citari debet, juxta dicta proximè, aliquos enim casus excepit, ut ipse Legislator fatetur *dict. §. 73 46. ibi, salvo nos casos declarados nesta Ordenaçam.* Item excusatur allegatio dicta, in terminis *Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 8. nam, cum in terminis, de quibus ibi, liceat generaliter aggravare per petitionem, quamvis casus sit de pertinentibus ad processum, eo ipso, quòd in petitione declaratur, à tali iudice gravamen interponi, constat posse interponi etiam in casibus pertinentibus ad processum tantum.*

Hoc requisitum de quo agimus, solum desideratur, quando per petitionem gravamen interponitur, non quando per instrumentum: de illo enim non de isto locuta

locuta est *Ordinatio nostra dist. §. 46.* & ratio differentiae est in promptu, nam ideo in petitionibus gravaminum requiritur illa expressio, ut si illa deficiat, Superior, cui offertur petitio, possit statim denegare decretum, & illam rejicere (siquidem casus talis est, ut pertineat ad processum, nec citatur *Ordinatio* concedens extra processum gravamen interponi) & ut non advocet ad se acta, nec cursum causa impediatur: quae ratio non potest considerari, quando gravamen per instrumentum interponitur, nam neque per illam viam impeditur cursus causae principalis, quia acta propria non advocantur per Superiorem, nec ad illum aliquid ad gravamen pertinens defertur, nisi, quando jam praesentatur ipsum instrumentum, unde cessante in gravaminibus per instrumentum ratione, quam in gravaminibus per petitionem consideravimus, cessat illa legis dispositio ex regula *text. in leg. Adire §. Quamvis ff. de jure patronat. cap. Cum cessante de appellat. cum alijs citatis à Brunore à sole in compendio verbo, Causa.*

75 Quartum requisitum, est, ne causae aestimatio contineatur in jurisdictione judicis proferentis sententiam, à qua gravamen interponitur, vulgò *pera se poder aggravar importa, que a causa naõ caibana açada do juiz* à quo. Nam aliàs si causa non excesserit jurisdictionem judicis à quo, non poterit Judex ad quem cognoscere de gravamine, ita disponente *Ordinat. lib. 1. tit. 58 §. 25. ibi, & conbecerá dos instrumentos de agravado, &c.* & deinde, *& isto naõ cabendo as causas na alçada dos juizes, de que se agravarem, porque cabendo nella o Corregedor nam proverá os agravantes somente dirá, que os naõ prové por caber a causa na alçada dos juizes.* Et *lib. 3. tit. 20. §. 31. ibi, & nam cabendo a causa em sua alçada, & naõ recebendo a dita opposiçãõ, & infra, se agravará por petiçãõ, ou instrumento.* Et *§. 9. eodem tit. 20.* per argumentum ab speciali, ibi,

Porem no cazo da incompetencia, & infra, poderam as partes agravar per petiçãõ, ou instrumento, posto que a causa principal caibana alçada do juiz. Idem deditur ex *Ordinat. lib. 1. dist. tit. 58. §. 56. & tit. 62. §. 34. & tit. 65. §. 6. & 7.* Quibus locis dicitur, quod judices in causis non excedentibus suam jurisdictionem exequantur sententias sine appellatione, aut gravamine, & jam supra in principio hujus quaestionis admonuimus, quod, quando lex nostra loquitur de certo, & nominato iudice, & adjicit, *sem appellaçam, nem agravado* videri quoque exclusum gravamen, de quo agimus. Facit, quia, ut supra *quaest. 3. num. 36.* probavimus, quando causae committuntur iudici terminandae sine appellatione, quales sunt, quae non excedunt jurisdictionem judicantis, nec etiam ab interlocutorijs provocari potest à maiore rationis. Et in effectu agnovit *Cab. 1. part. aresto 43.* Et erat in specie declaratum per *Legem extravagant. in lib. Extravagant. fol. 44. §. 5.*

Mirum sanè est, quod tam expressum, & salubre juris nostri praeceptum sit quasi in cognitum, & spectum; attendant tamen foro versantes, posse multis occurrere, opponendo praedictarum legum decisiones, & petendo eas observari, & praticari, quod facile, & utiliter obtinebunt.

77 Neque in contrarium moveat *Ordin. lib. 1. tit. 80. §. 11.* ubi disponitur, quod gravamina concedantur à tabellionibus licet iudices, à quibus interponuntur, habeant jurisdictionem in casu illo, vulgò *tenho alçada no caso*, ex qua *Ordinatione* probari videtur, gravamini locum esse, etiamsi iudex à quo habeat jurisdictionem vulgò *alçada no caso*, quae assertio est aperte contraria his, quae supra resolvimus. Nam facillimè responderetur, gravaminis instrumentum semper esse tradendum parti, nam, ut jam supra tetigimus, & inferius latius dicemus, iudex neque recipit, nec rejicit ex aliquo capite gravamen, nec tabellio illud denegare potest

potest ex quacumque causa, iudex tamen ad quem examinare debet, an rectè sit interpositum, de eoque cognoscere debeat, unde nos non asserimus denegandum esse gravamen per inferiorem, imò omninò concedendum ex officio per scribam, vel tabellionem, etiam si causa non excedat jurisdictionem, vulgò, *caiba na alçada do juiz*. Aliud igitur ex dictis *Ordinationibus* expressis defendimus, scilicet, Superiorem debere, rejicere, nec cognoscere de gravamine, quando causa, iudicis à quo jurisdictionem nō excedit.

78 Neque etiam obstat, quod scripsit *Thom. Vaz allegat. 96. num. 61. & 62.* ubi dixit, posse appellari etiam ab interlocutorijs, à quibus solum gravamen in processu potest interponi, si à definitiva potestā in causa proferenda appellari non possit: in quo à fortiori sentit, gravamen admittendum in casu, in quo causa non excedit jurisdictionem iudicis à quo, nam à sententia definitiva in ea prolata appellari non potest, cum, ut supponimus, causa principalis (quæ attendenda est, ut statim dicemus) contineatur in ejus jurisdictione, vulgò *caiba em sua alçada*, si igitur verum est dictum prædicti authoris, corrumpit nostra resolutio.

Non inquam obstat prædicta assertio, nam omninò negamus, eam esse veram in casu, de quo agimus nam in hac specie contrarium expresse probant prædictæ *Ordinationes* prohibentes aggravare, quando causa non excedit jurisdictionem iudicantis, cum tamen in illis à definitiva non posse appellari, eadem *Ordinat. statuat lib. 3. tit. 70. §. 6. & alibi sæpè*. Præterea nec regulariter vera est, licet in aliquo casu possit esse vera illa *Valasci* assertio ut diximus, & declaravimus *quest. 3. à num. 36. ubi, num. 39.* satis explicavimus *Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 8.* in qua prædicta *Valasci* assertio videretur fundari, & paulò infra iterum satisficiemus prædictæ *Ordinationi*.

79 Dabitari tamen potest, an, ut dicatur causa comprehendi in jurisdictione iudi-

cantis, vulgò *se pera se dizer, que a causa cube na alçada*, debeat attendi valor, & æstimatio causæ principalis, vel illius incidentis, super quo fuit prolata interlocutoria, à qua aggravari intenditur, & attendendam esse estimationem causæ principalis mihi aperte probat *Ordinat. lib. 1. tit. 90. §. 1. ibi, se a quantia do principal, sobre que o feito tratava couber na sua alçada. Et lib. 3. tit. 20. §. 36. ibi, nam cabendo na alçada do juiz a causa principalmente intentada, facit optime per argumentum ab speciali, Ordinat. dict. tit. 20. §. 9. & lib. 1. dict. tit. 58. §. 25. ibi, Posto que a causa principalmente intentada caiba na alçada dos juizes. Facit, quod, ut plurimum incidentia illa, à quibus gravamen interponitur, non recipiunt estimationem, nam qualiter æstimari debet denegatio termini probatorij, appellationis rejectio, & similia? Unde omninò dicendum est, causæ principalis estimationem esse attendendam.*

Æstimatio autem causæ principalis fieri debet eo modo, quo, in appellationibus faciendam esse, exprimitur in *Ordinat. lib. 3. tit. 70. §. 9. cum sequentibus, & in gravaminibus ordinarijs, id est supplicationibus lib. 3. tit. 84. §. 3. tempus autem, in quo facienda est causæ æstimatio, dicetur infra.*

Prædicta resolutio, quòd, scilicet Superior non debeat recipere cognitionem gravaminis, quando causa, ut sæpè diximus est intra jurisdictionem iudicis vulgò *caiba na alçada do juiz à quo* triplicem patitur restrictionem. Prima, & secunda habentur in *Ordinat. lib. 1. dict. tit. 58. §. 25. & lib. 3. dict. tit. 20. §. 9.* nempe, si gravamen interponatur ab interlocutoria continente nullitatem notoriam, vel iudicem competentem, aut incompetentem pronuntiantes; in his enim duobus casibus, posse gravamen interponi, licet causa non excedat jurisdictionem iudicis, vulgò *caiba na alçada do juiz*, in dictis *Ordinationibus* exprimitur.

Tertia,

82 Tertia, & magis ampla limitatio habetur in *Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 8.* ubi conceditur, gravamen per petitionem interponi (etiam in casibus, in quibus alias solum in processu interponendam esset) quando à sententia definitiva in causa principali proferenda supplicari non potest, quia, scilicet, illius causæ æstimatio non excedit jurisdictionem Senatus, sive Relationis, & ibi terminanda est sine alia provocatione.

83 Quæ quidem tertia limitatio videtur directè offendere nostram resolutionem, de qua supra *quest. 3. num. 36.* sed tamen ei non contrariatur, ut jam *dict. quest. 3. num. 39.* ostendimus, & iterum hic animadvertendum est in specie illius *Ordinat. dict. §. 8.* iudicem de causa cognoscentem non habere jurisdictionem vulgo *alcada*, in causa principali, nam illa jurisdictionis, & *alcada*, est apud Senatum, & Corrector Curialis, vel Senator illius causæ iudex, processum tantum conficit, unde cum lex non de eo confidat decisionem causæ principalis: nec ipsius jurisdictioni, vulgo *alcada*, causa sit commissa, sed Senatui, nihil mirum, si ab ejus interlocutorijs gravamen interponatur, & sic dictæ *Ordinationis* dispositio non offendit nostram resolutionem, quæ procedit, quando ipse iudex habet jurisdictionem, vulgo *alcada* in causa principali, quam non habet Senator in specie dicti §. 8. ut diximus, sed Senatus. Ex qua ratione prædicta limitatio impropria dici potest. Cæteris, quæ ex hujusmodi *Ordinatione* deduci possent contra resoluta à nobis *dict. quest. 3. numer. 36.* ibi satisfacimus, ubi videas.

84 Illud hic animadvertendum restat, quòd, etiam si dicatur, & constet, causam non excedere jurisdictionem iudicis à quo, ille tamen ex hoc, nec ex alio capite poterit impedire delationem gravaminis ad Superiorem, cujus est examinare, an de eo debeat cognoscere. Ita deducitur ex *Ordinat. lib. 1. tit. 58.*

§. 25. & lib. 3. tit. 20. §. 46. & tit. 74. §. fin. quibus locis habetur, Superioris esse ex dicto capite, vel alijs rejicere gravamen, & de illo non cognoscere, & omnino esse concedendum gravamen ab inferiore, habetur in *Ordinat. dict. lib. 1. tit. 80. §. 11.* quod est certum, & ex eo sequitur errare iudices pronunciantes super reptione, vel rejectione horum gravaminum; solum enim respondere possunt, quòd detur aggravanti gravamen cum partis adversæ responsione juxta *Ordination. lib. 3. tit. 74. in principio*, cujus dispositio in gravaminibus per instrumentum proprie locum habet. Nequè contrarium suadent *Ordinat. lib. 1. tit. 62. §. 28. 34. & 35.* ubi dicitur, quòd iudices concedant gravamina, nam sensus est, ut de facto illa non impediant.

Hinc infertur non rectam esse præxim Judicij Ecclesiastici Ulyssiponens ubi solet aggravari ab interlocutorijs Vicarij generalis, ad Senatum Archiepiscopale, ut testatur novissimè *Sapient. ff. D. Themudo in suis accuratis decision. in præfatione 1. part. num. 41. & 43.* & Vicarius solet recipere, vel rejicere gravamen, quod ineptum est ex dictis proxime. Et quidem non possumus non obiter admirari illam præxim, secundum quam provocatur à Vicario ad Senatum, contra regulam *text. in cap. 2. de consuetudine in 6. & in cap. Romana in princip. de appellat. eodem lib.* quod notabilius est per viam gravaminis in Ecclesiasticis judicijs omnino incognitam. Neque replices etiam in Brachatensi Senatu cognosci de interlocutorijs Vicarij generalis, & ibi revocari, si injuste prolate videantur; nam responderetur appellationes non interponi ad Senatum, sed ad sanctam Sedem, & pro receptione deferri ad Senatum, qui si existimat Vicarium injuste pronunciasse revocat pronunciatum, ut sic cesset appellatio, quod tamen non agit tanquam Super-

Superior ad quem, sed tanquam ipse Vicarius, qui revocare posset suam interlocutoriam ex text. in l. Quod jussit ff. de judic.

Quintum requisitum est, quod, scilicet, aggravans teneatur adungere actis petitionem cum decreto, vulgò *despacho*, intra decendium à die gravaminis interpositi, ex *Ordinat. dict. lib. 3. tit. 20. §. 46.* ibi, *et em termo de dez dias contados do dia do agravo, será a parte que agrava, obrigada a fazer juntar aos autos a petição.* Est tamen casus, in quo de stylo debet adjungi ad primam audientiam de quo casu vide *Phœb. 1. part. aresto 101.* jam citatum supra.

Quia tamen gravamen aliquando interponitur à facto aliquo extrajudiciali judicis, vel ipsius præcepto ore tenus facto, & videtur quod non sint acta, quæ advocentur, vel quibus adjungatur petitio, est advertendum ad ea, quæ supra diximus *num. 29. & 55.* quæ si abserventur, jam inveniuntur acta, & cessabit prædicta dubitatio sint autem non placeant, saltem inveniatur terminus de interpositione gravaminis, cui adjungatur petitio, & hæc erunt acta, siquidem alia non sunt formata.

86 Deficiente quolibet ex dictis requisitis, non poterit iudex Superior cognoscere de gravamine, sed illud rejicere debet, ut exprimitur in *Ordinationibus* supra citatis pro quolibet ex dictis requisitis Salva semper causa legitimi impedimenti, vel restitutionis, quibus intervenientibus, juris regulæ observandæ erunt, & accipienda cognitio, etiam si deficiat aliquod ex dictis requisitis, & sanè in ipsis gravaminibus per instrumentum, impedimenti mentionem fecit Legislator noster *lib. 3. tit. 47. §. fin.*

His sic prænotatis jam deveniamus ad praxim observandam in interponendo, & prosequendo gravamine, per petitionem, de quo agimus.

Praxis observanda in interpositione, & prosecutione gravaminis per petitionem.

Ille igitur, qui per aliquam interlocutoriam, factum, vel jussum judicis senserit gravatum, coram eo, præsentate tabelione, vel scriba (quia ad id vocatus diligenter ire debet ex *Ordinat. lib. 1. tit. 8. §. 9.* dicat, à tali sententia, vel facto se gravatum sentire, & ex hoc gravamen interponere ad talem Superiorem, illum expressè nominando, vel non juxta dicta, & declarata supra *num. 70.*

Dixi *coram iudice*, quia licet id satis expressum non sit, tamen ex *Ordinat. lib. 1. dict. tit. 80. §. 9. & lib. 3. tit. 74. in principio*, colligitur, coram iudice debere fieri interpositionem gravaminis, & quidem in appellationibus coram iudicibus à quibus interponi debere, expressum est in *Ordinat. lib. 3. tit. 70. §. 1. & de jure communi in glossa verbo iudici, in cap. Appellatio de appellat. in 6. text. in l. 1. §. Dies autem ff. quando appellandum sit, communis, ex Abb. in cap. suggestum de appellat.* Non autem invenio, quod in audientia necessario sit interponendum, imò id non requiri, ex dictis *Ordinationibus* colligitur.

Et quidem, si gravamen interponatur 88 in aliqua causa, quæ proprium habeat scribam sive tabellionem, iste regulariter scribere debet gravaminis interpositionem; sin verò proprium non habeat scribam, tunc quilibet ex tabellionibus, vel scribis poterit illud scribere, & expedire, & vocatus, vel requisitus id debet facere juxta *Ordinat. dict. tit. 80. §. 9.*

Debet tamen advertere, qui gravamen 89 interponit, quod, si illud interponere velit ab aliquo præcepto, sive facto judicis non incidenti in aliqua causa principali, non statim provocet, sed prius proponat causas gravaminis petendo, quod revocetur: quod si non fiat, tunc demum gravamen interponat secundum dicta supra à *num. 55.* Gra-

90 Gravamine, ut dictum est interposito intra decendium, taliter se gerere debet aggravans, ut intra aliud decendium ab interpositione computatum juxta dicta

suprà num. 85. faciat adjungi actis petitionem, quam sequenti, vel simili modo debet formare, & offerre Superiori, ad quem gravaminis cognitio pertinet.

Petição de agravo.

Diz N. da freguesia de S. Thome de Esturãos concelho de Montelongo desta Comarca de Guimaraens, que trazendo demanda per ante os juizes Ordinarios do dito Concelho contra N. sobre oitenta milreis, que o supplicante A. lhe pede, o R. veyo com huma excepção de incompetencia, que o dito juiz injustamente recebeo no que lhe fez notorio agravo, que tem o supplicante interposto pera v. m. & por quanto o dito concelho està dentro das cinco legoas desta villa de Guimaraens.

Pede a V. m. mande vir os autos pera lhe deferir a seu agravo com justiça, que receberã & merce.

Explicemus clausulas ditæ petitionis, advertendo in primis, quòd est formata pro gravamine interposito ad Correctorem, sive, ut alij vocant. Præsidentem Provinciæ, sin autem ad Senatam, vel alium Superiorem interponatur, similiter, mutatis mutandis, fomanda erit.

92 Diximus, Que trazendo demanda, &c. Nam casus est narrandus, & quidem fideliter, ne aliàs Advocatus petitionem faciens contrariam veritati, incurrat pœnam *Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 11.*

93 Sin autem casus narratus, & interlocutoria prolata fuerit de pertinentibus ad processum ex natura sua, & tamen *Ordinatio* concedat ab illa gravamen interponi, citanda erit *Ordinat. juxta, & declarata supra num. 72. adjiciendo, & por quanto o dito caso he de agravo conforme a Ordenação lib. tal.*

88 Diximus *Interposto pera V. m.* quia ut supra diximus num. 70. debet exprimi Superior ad quem, nisi excusetur hæc expressio, ut ibi. Et quamvis fortè jam sit hæc expressio facta in termino interpositionis gravaminis, & hoc sufficiat, tamen conveniens quòd què est, ut in petitione dicatur.

Diximus, & o dito concelho està dentro das cinco legoas, &c. ad hoc, ut Superiori constet, posse per viam petitionis de gravamine illo cognoscere, actaque ad se advocare juxta dicta, & declarata supra num. 26. & adverto ex *Almeyda novissimè in analise cap. 39. num. 17.* sufficere, quòd aliqua pars illius territorij, in quo lis agitur sit intra quinque leucas, licet extra illas sit locus principalior, id est, caput illius territorij.

94 Oblata igitur petitionem Superiori ipse se antequàm ponat decretum, vulgò *despacho*, considerat, an casus in petitione narratus sit gravaminis an verò appellationis, aut gravaminis, in processu tantum, & si ex his sit ex natura sua, an nihilominus allegetur in petitione *Ordinatio* concedens gravamen per petitionem interponi; deinde, an locus, à quo sit in

tra quinque leucas, item, an ad eum cognitio illius gravaminis pertineat, an verò ad alium judicem. Et, si ex aliquo dictorum capitum videat, non debere cognoscere de gravamine illo, statim rejiciat petitionem, nec decretum ponat, quo acta ad se advocet. Nequè hanc rejeçio- 95 nem reservet ad aliud tempus, ut aliqui imperiti judices faciunt, qui debentes hoc

hoc tempore rejicere petitionem; nihilominus decretum ponunt, vulgò *despacham que lhe venham os autos*, & post longas moras pronunciant non pertinere ad eos gravamina, vel casum non esse gravaminis: quod quidem est contra mentem legis *dict. lib. 1. tit. 6. §. 11.* jubentis, casum fideliter narrari, ut statim possit iudici Superiori constare, an casus sit gravaminis; vel ipse de eo possit cognoscere, & *Ordinat. lib. 3. tit. 20. dict. §. 46.* statuentis in casu, de quo agitur, statim à principio debere iudicem non recipere petitionem, nec in ea decretum ponere, ibi, *Naõ lhe seja a petição recebida, nem se mande juntar aos autos.* Quod etiam in cæteris casibus (in quibus idem statim à principio potest constare à nobis supra expressis) Legislatorem nostrum voluisse, non est dubium, ut lites amputentur *cap. Finem litibus de dol. & cont. cap. Dispendia de rescript. in 6.* Non tamen negamus in pluribus casibus infra recensendis, non posse Superiorem statim à principio rejicere petitionem imò post acta ad se advocata debere pronuntiare, non accipere cognitionem gravaminis; nam sunt plures causæ ad hanc rejectionem, quæ non possunt iudici constare, nisi post acta ad se advocata, contendimus igitur solum, quod quando causæ rejectionis possunt constare ex narrativa petitionis, tunc ipsa rejicienda est, nec decretum, vulgò *despacho*, est concedendum.

96 Sin autem prædictis considerationibus adhibitis, videatur iudici, petitionem recipi debere, & acta ad se advocanda, sequenti, vel simili forma pronunciat.

Despacho.

Estando por agravo, esta se junte aos autos. & me venham com repostas.

97 Posito prædicto decreto, si acta sunt, in eodem loco virtute ipsius deferuntur, sin

autem extra, scriba facit mandatum, ut transmittantur acta per scribam, sive tabellionem, apud quem sunt: quod mandatum cum ipsa petitione actis adiungitur intra decem dies à die gravaminis interpositi, ut non semel dictum remanet.

Petitione igitur actis adjuncta, scriba, 98 seu tabellio, antequam remittat acta Superiori, debet dare copiam iudici, ut respondeat, partique adversæ; deinde aggravanti, ut replicet, & quilibet de jure, & factò dicat intra duos dies. Quæ licet in modo interponendi gravamen per petitionem, de quo agimus, non sint expressa, tamen ita sunt statuta pro gravaminibus per instrumentum in *Ordinat. lib. 1. dict. tit. 80. §. 11. & lib. 3. dict. tit. 74. in principio*, & videntur ex identitate rationis in gravaminibus per petitionem observanda, tam ex eo, quòd, ut paulò inferius dicemus, in iudicio superiori non datur copia partibus, & sic convenit, quòd à iudicio inferiori deferantur rationes, & allegationes partium; quam ex eo, quòd solent iudices in decretis adjicere *com repostas*, & meritò; neque enim principaliter differt modus petitionis à modo aggravandi per instrumentum, nisi in eo, quòd, ut dictum est, per petitionem interponitur gravamen, quando Superior est intra quinque leucas, per instrumentum verò, quando extra illas; ergo dispositum aliàs in istis de illis quoque intelligatur ex regula *text. in l. Illud ff. ad l. Aquilam*. Ex quibus, indistincte diximus in decreto, *com repostas*, ut includatur responsio tam iudicis, quàm partium, licet videamus solere dici. *Com repostas do juiz*, & cum non autem partes respondere apud pleraque iudicia.

His peractis, credo tunc sequi tempus, in quo debet fieri causæ æstimatione, de qua diximus supra *numer. 75. cum sequent.* ubi probavimus non posse omiti, & diximus modum observandum in facienda hac æstimatione, & nunc addimus hoc tempore convenienter esse faciendam, aliud enim aptius ad hoc

100 non consideramus. Debet igitur ad hoc iudex adiri, ut hæc jubeat expediri, pro ut fit in appellationibus, iudici enim a quo etiam recipienti appellationem incumbit jubere hæc, & similia pertinentia ad expeditionem appellationis, ex ijs, quæ *Scaccia de appellation. quæst. 3. num. 20. & sequentib. Maranta de Ordinat. judic. 6. part. act. 2. de appellat. num. 194.* supponit *Ordinat. dict. tit. 70. & alibi sepe.*

Estimatione igitur facta sine eo, quod iudex a quo possit prohibere delationem gravaminis ad superiorem, etiam si constet, causam non excedere suam jurisdictionem, vulgò *ainda que a causa caiba em sua alçada*, acta traduntur nuntio, vulgò *a hum fiel*, qui deferat ad iudicium superius, & quamvis nulla lege sit expressum debere fideli tradi, imò in instrumentis gravaminum sit expressum, quod ipsi aggravanti tradantur in *Ordinat. lib. 3. tit. 74. §. 3.* & in appellationibus causarum civilium in *Ordinat. lib. 3. tit. 70. §. 5.* & dicemus infra tamen aliud videtur observandam in nostro casu, in quo acta propria deferuntur, & periculum est, quod ipsi parti tradantur; quod non consideratur in instrumentis, illa enim non sunt acta principalia, nec propria acta ipsius interpolationis gravaminis, sed eorum copia, & transumptum, quod idem est in appellationibus; unde cum originalia remaneant apud scribam iudicij a quo, non est periculum, quod consideratur, quando propria, & originalia acta transmittuntur. Unde aliud in illo casu, aliud in hoc existimamus, credentes in casu, de quo tractamus, debere fideli non parti acta tradi. Sin autem in eodem loco sit superior, idem scriba deferat ad eum acta.

102 Delatis igitur actis ad superiorem; illi fiunt conclusa, ut pronunciet sine eo, quod copia in illo iudicio partibus detur, ut in gravaminibus per instrumentum expressit *Ordinat. lib. 1. tit. 24. §. 6. ibi, & tanto que forem distribuidos lbe pora*

a apresentaçam, & os farão conclusos, das quais instrumentos os escriptvaens não darão vista à parte, que os trouxer, &c. agnoscit *Martins a Costa dict. tract. annot. 5. num. 23.* & merito, nam, ut hæc excusarentur, ordinavit Lex nostra, quod à iudicio a quo fuissent acta preparata cum responsionibus, & allegationibus partium. Et quamvis prædicta *Ordinatio* loquatur de gravaminibus per instrumentum ex eadem ratione, qua supra moti diximus, respondere debere partes, & de jure suo dicere coram inferiore, consequenter nunc asserimus, etiam in gravaminibus per petitionem non esse dandam copiam in iudicio superiori. Scio tamen in Senatu Brachar. praticari, quod copia detur partibus post acta pro gravamine ad Senatum delata, non tamen defendo talem stylum, quasi contra dictam *Ordinationem*.

Excipit tamen dicta *Ordinatio* unum, 103 vel duos casus. Primus est, si utraque pars consentiat ambabus copiam dari. Secundus, si pars aggravans velit adjungere actis, antequam gravamen præsentet, petitionem, in qua declaret suum gravamen, id namque illi licebit: in quo casu pars adversa, si comparuerit poterit etiam petere copiam, ut tali petitioni respondeat, de jure que suo dicat.

Cavendum tamen censeo à *Costa* ubi 104 proximè in quantum asserit, posse aggravantem adjungere in iudicio superiori certitudinem, sive scripturam, aut acta, ex quibus justificetur gravamen, nam hæc lege non caventur, unde sine illa non possumus id asserere ex *text. in leg. Illam C. de collat.* præcipuè cum contrarium sit cautum per generalitatem *dict. Ordinat. dict. lib. 1. tit. 24. §. 6.* quæ eo ipso, quod excepit aliquos casus, & inter eos illum non excepit regulæ, stare debemus ex *text. in l. Nam quod liquide §. fin. ff. de pena. leg.* Faciunt, quæ supra resolvimus *num. 53.* scilicet, non posse gravamina justificari in gradu appellationis.

Cavendum quoque à *Caminha* *tit. das allegaçoes judiciais fol. 9. vers. tanto* 105
que

que in editione antiqua, qui perperam, ibi scripsit, partibus danda esse copiam in iudicio Superiori ad allegandum de jure suo, nam loquitur contra prædictam *Ordinationem*, nisi intelligat, si ambæ partes fuerint concordēs, ut eis detur copia, ut diximus.

106 Data igitur, vel denegata actorum copia juxta supradicta, si Senatus sit, qui de gravamine cognoscere debet, & non sit iudex aliquis de Senatoribus, cui competat cognitio, sed Senatus in communi, distribuitur, & sic conclusum gravamen iudici, si autem alius sit Superior, veluti Corrector, fiunt illi acta conclusa, ut pronuntiet. Si igitur Senatui pertinet cognitio, Senator, cui distributum fuit gravamen, illud defert ad Relationem, ubi cum adjunctis super ipso pronuntiat, & non expeditur per deliberationes, ut fit in gravaminibus per instrumentum. Idemque faciunt iudices aliqui Senatores, quibus pertinet gravaminum cognitio, ut iudex Coronæ, præses Curialis criminalis non verò Civilis, iudex patrimonij Regij, & alij, qui in Relatione, non per se, debent expedire gravamina, ut dicemus infra. Sin autem alteri Superiori, non Senatui cognitio pertineat, vel si sit Senator, qui per se non in Relatione debeat expedire, & determinate gravamen, pro ut est Corrector causarum civilium, vel iudex alter non Senator, illi fit conclusum.

107 Iudex ergo, ante aliud considerat omnia, quæ supra *num. 94.* diximus, considerare debere, ut sibi constet, an rejicere debeat gravamen, quæ licet tunc debuisset considerare, tamen si omisit, vel nunc sit in alia opinione, poterit rejicere gravamen, de eoque non recipere cognitionem: Deinde de novo debet considerare aliqua capita, ex quibus non antea, sed modò tantum potest constare, gravamen esse rejiciendum, nempe si non inveniatur in gravaminis interpositione factam declarationem Superioris ad quem juxta dicta, & declarata supra *num. 70.* Item, si constet causam non excedere

jurisdictionem iudicis à quo vulgo *se a causa couer na alçada do juiz* à quo juxta, dicta *num. 75.* vel si inveniatur, gravamen non fuisse interpositum intra decem dies juxta dicta supra *num. 50.* quorum aliquod si inveniatur, ita, vel similiter pronuntiabit.

Despacho.

*Naõ tomo conbecimento deste 108
aggravo, visto como a causa cabe
na alçada do juiz de que se ag-
grava.*

Diximus *naõ tomo*, quia firmamus exempla in Correctore; si autem Senatus sit, qui cognoscit, & iudicat clarum est, quòd debet sententia incipere. *Acordei, &c.*

Diximus *visto como a causa cabe na alçada, &c.* Quia ex hoc capite Superiorem rejicere debere gravamen, sæpe diximus, & in dicta causa rejectionis exemplum posuimus, si autem alia fuerit, illa exprimenda erit.

Non adjecimus in fine sententiæ expensarum condemnationem, nam quando Superior rejicit gravamen, & de eo non cognoscit non ipsi, sed inferiori pertinet condemnare aggravantem ad expensas retardationis, quòd expressit *Ordinat.* in suo casu *lib. 3. tit. 20. §. 46. vers. O qual juiz,* si autem de gravamine cognovit, ipse debet facere expensarum condemnationem, ut paulò inferius contra praxim adnotabimus.

Et, quamvis *Phab. 1. part. aresto 85.* 110 dicat, fuisse constitutum in Supremo Senatu, debere ibi fieri expensarum condemnationem, quando aggravantes non providentur, vel quando non accipitur cognitio gravaminis, tamen, licet in primo casu illud rectè, & secundum jus sit constitutum, in secundo, scilicet, quando non accipitur cognitio gravaminis, arrestum illud non potest procedere indistinctè,

Etè, nam *Ordinat. dist. §. 46.* apertè dicit id inferiori pertinere, cui remittuntur acta, quando prædicto modo gravamen rejicitur, ut ipse inferior condemnet aggravantem secundum *Ordin. sæpè dict.* §. 46. quando rejicit gravamen Superior ex eo, quòd petitio actis post decem dies fuit adjuncta.

Sin autem Superior intellexerit, debere de gravamine cognoscere, tunc demeritis considerandum est, & si Superior intelligat judicem à quo gravamen intulisse, & aggravantem esse providendum tunc sequenti, vel simili modo formanda est sententia.

Sentença

111 *Aggravado he o aggravante pello juiz do Concelho de Monte longo em receber a excepção do Reo. Provendo em seu agravo: vistos os autos, & a materia da excepção, &c julgo que ella não he de receber, & que sem embargo della corra a causa em seus termos, & o agravado pague as custas deste agravo.*

Diximus, *Aggravado he o aggravante*, quia, ut jam dicimus, ponimus has formulas pro Correctore, nam, si Senatus judicet non est necessarium repetere, quod debeat sententia incipere per *Acordes, &c.*

Diximus, *em lhe receber, &c.* quia iste casus est gravaminis per petitionem juxta *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 9.* & quia in hoc casu posuimus formulam petitionis, de qua supra sin autem alius sit gravaminis casus, ille erit exprimendus, ut patet.

Diximus tandem, *& o agravado pague as custas*, quia existimamus sic de jure esse. Quia tamen praxis videtur aliud admisisse, & plures possunt dari casus, inter quos sit facienda distinctio, ut res ista clarè procedat. Dico in primis, quòd dicta circa condemnationem expensarum in hoc casu gravaminis per petitionem habent etiam locum in gravamine per instrumentum, & è contra, nec est ratio, quæ non suadeat de uno casu ad alterum valere argumentum in hac quæstione, & materia, de qua agimus.

112 Dico secundo, quòd per viam regulæ, quando Superior cognoscit de gravamine, debet, si provideat condemnare ad expensas gravaminis adversarium, si verò

non provideat debet condemnare ipsum interponentem gravamen. Probat ex omnibus juris principijs, secundum quæ victus victori condemnatur expensis *lib. Properandum §. Sin autem C. de judic. & in appellationibus habetur in cap. Cum appellationibus de appellat in 6. cum similibus, & in Ordinat. lib. 3. tit. 68. §. 1. 3. & 6.* & cum regulæ generales id petant, & in appellationibus id observetur, non est cur idem non dicamus in nostro casu, argumento *text. in l. Illud ff. ad leg. Aquiliam*, & in effectu id apud nos in specie, de qua agimus, existimant *Caminha sub titul. das allegaçoes judiciaes*, in editione antiqua fol. 9. vers. in forma sententiæ, quam ibi ponit, ibi, *Condemnas custas*, & fol. 14. ibi, *com custas*. Et pro hac parte videtur *Ordinatio expressa lib. 1. titul. 16. §. 13.* ubi supponitur, in instrumentis gravaminum debere fieri per Superiorem, expensarum condemnationem. Facit *Phabi arrestum 85. part. 1.* ubi dicit, sæpè fuisse constitutum in Senatu, ut in eo aggravantes, quibus non providebatur, condemnarentur ad expensas.

Contrarium tamen indistinctè, & simpliciter dixit in praxi observari *Martinez á Costa in lib. styli Domus Supplicationis annot.*

annot. 5. num. 25. ubi dicit, decisum fuisse non debere fieri in Senatu expensarum condemnationem in gravaminibus, nec addit, an saltem inferior illam facere debeat, quod aliqui contendunt. Minus clare loquitur in hac re *Barb. noster, ad Ordinat. lib. 3. tit. 67. in princip. num. 4.* ubi dicit, in his gravaminibus posse inferiorem facere expensarum condemnationem, si superior illam omisit non tamen declarat, an Superior possit, vel debeat hanc facere condemnationem, imò videtur hoc voluntati Superioris reliquere: quod in civile esset, nec jura, aut *Ordinationes*, quas dicto loco allegat in comprobationem sui dicti illud probant nullatenus, nec *Covas* allegatus tale dicit, nec colligere potui, in quibus terminis fuissent decisiones, quas allegat pro, & contra, nec quid in illis dicissimum fuisse, dicat. Ex quibus omnibus non video, quare à prædicta regula sit recedendum.

114 Neque contrarium probat *Ordinat. lib. 3. tit. 20. sæpè dicto §. 46.* ibi, *o qual juiz condemnarà o agravante nas custas, &c.* Nam, licet lex illa apertè locatur ibi de iudice inferiore, & ad eum pertinet hanc condemnationem, exprimat, tamen facillimè responderetur, casum, de quo ibi, multum dissimilem esse à nostro, nam ibi loquitur de casu, in quo superior rejicit statim à principio gravamen, nec de eo cognitionem accepit ex eo, quia invenit, petitionem non fuisse actis adjunctam intra decendum, in quo tantum casu Lex nostra inferiori remittit condemnationem expensarum retardationis, quia, scilicet, cum acta ad inferiorem remittantur, Superiorque de gravamine non cognoverit, inferiori non immeritò competit condemnare aggravantem ad expensas retardationis. At in cæteris omnibus casibus regulæ standum est suprà positæ, secundum quã iudex de causa cognoscens victum victori condēnat.

Sin autem Superior non provideat in gravamine, quia, interponentem gravatum non fuisse, existimet, sequenti, vel simili forma debet suam formare sententiam.

Sentença.

Naõ he aggravado o agravante pello juiz do Concelho de Monte longo, por tanto lhe naõ dou provimento, & o condeno nas custas deste agravo.

Diximus, *& o condeno nas custas, &c.* ex dictis suprà *num. 112.* quæ hic pro repetitis habeantur.

Quibus pronunciationibus factis processus remittitur ad iudicem à quo, qui adimplet illud, in quo superior providet, & procedit in causa.

Ille tamen, qui se senserit gravatum per interlocutoriam prolatam à Superiore, poterit ab eo ad alium Superiorem aggravare, si talis sit Superior, qui protulit sententiam, ut ab eo ad alium Superiorem possit aggravari, prout Corrector Curialis causarum civilium, à quo ad Senatum provocatur à sententijs prolatis super gravaminibus ex *Ordinat. lib. 1. tit. 8. §. 9.* Item Provisor, de quo similiter exprimit. *Ordinat. lib. 1. tit. 62. §. 35.* Idem praxis, & ratio admittit in Correctoribus Provinciarum, & videtur idem dicendum de cæteris inferioribus Senatui; à Senatu autem Portuensi ad Senatum Supplicationis hujusmodi gravamen per petitionem, vel instrumentum non interponitur restante *Cab. 2. part. dict. decis. 60. num. 2.*

Est tamen advertendum, quòd gravatum prædictum interponendum à sententia prolata à Superiore ad alium Superiorem, juxta suprà dicta, non semper interponendum est per illum modum, per quem fuit prius interpositum, nam si fortè fuit ad Provisorem interpositum per petitionem, si ab eo interponendum sit ad Senatum fortè existentem ultra quinque leucas, erit per instrumentum interponendum, & per contrarium.

Rursus advertendum est, quòd si contingat quòd negotium delatum ad

Superiorem per viam gravaminis ibi recipiat talem prononciationem, ut dicenda sit definitiva vel vim definitæ habens, erit interponenda appellatio ab illo ad alium Superiorem, & si sit Senatus Portuensis ille, qui protulit sententiam, existimo, ab eo supplicandum, si causæ valor excedat illius domus jurisdictionem, vulgò *alçada*, quidquid de stylo servari dicat *Lab. 2. part. dict. decis. 60.* quæ in hoc casu non videtur posse locum habere.

119 Quid autem, si, introducto gravamine apud Superiorem per viam petitionis, ille pronunciet talem sententiam, à qua gravamen in processu tantum sit interponendum? Sanè, quando per petitionem, cum propria acta sint apud Superiorem, ibi interponetur gravamen in processu, sin autem per instrumentum difficultas datur, nam ibi interpositum gravamen nihil prodest, illa enim acta ibi remanent apud Superiorem, nec ibi interpositum gravamen deferretur unquam ad Superiorem, quando causa deferretur ad eum per appellationem, vel aliàs? Qualiter ergo se gerere debet gravatus? Sanè existimo debere ibi interponere gravamen, & petere certitudinem, in qua contineatur sententia, & qualiter ab ea interposuerit gravamen in processu, ut hanc adjungat actis principalibus, & possit gravamen illud in processu, ut dictum est, interpositum reparari, & emendari juxta modum in hoc servandum à nobis assignatum supra *quest. 5. à num. 51.* hæc enim, dicta, necessitas, & viva ratio, quæ sufficit pro lege ex *text. in cap. secundo requiris, de appellat. text. in l. Scire oportet §. sufficit ff. de excusat. tut.*

Ad calcem quæri poterat, an ille, qui gravamen interposuit, videatur illi renuntiare, si respondeat in causa principali, sed quoniam hæc quæstio magis necessaria est, quando gravamen per instrumentum interponitur, quia tunc propria acta non deferuntur, & proceditur in causa, de illa agemus infra tractantes de modo *aggravandi per instrumentum.*

*De gravamine per instrumentum,
& praxi illud interponendi.*

Nunc transeamus ad modum interponendi gravamen per instrumentum, nam, quamvis in multis conveniat modus iste cum modo petitionis, de quò supra, attamen aliqua sunt specialia in hoc modo servanda, quæ hic oportet adnotare.

In primis igitur certum est, hoc modo interponendi gravamen utendum esse regulariter, quando superior est extra quinque leucas, ut supra *num. 26.* adnotavimus. Diximus *regulariter*, quia sunt casus, in quibus etiam extra quinque leucas aggravari tantum licet per petitionem, eos invenies ad finem hujus quæstionis, ubi omnes casus gravaminis congeremus, & per contrarium etiam, quando Superior est intra quinque leucas, potest aggravari per instrumentum, scilicet, si velit aggravans, vel si ab aliquo factò, vel præcepto judicis non incidenti in alia causa principali aggravetur, ut verius esse in rigore, diximus supra *quest. ista numer. 29. & à num. 52.*

Præterea certum quoque est, quòd sub modo interponendi gravamen per instrumentum comprehenditur etiam modus interponendi illud per chartam testimoniam nam inter gravamen per instrumentum, vel chartam testimoniam, leni nulla alia datur differentia, nisi, quòd instrumentum tunc dicitur quando, qui conficit est tabellio, charta verò, quando scriba. Quæ dicta sunt probantur apertissimè ex *Ordination. lib. 1. tit. 80. à §. 9. cum sequentibus*, ubi constat instrumenta appellari, quæ per tabellionem conficiuntur, & ex *Ordinat. lib. 1. tit. 71. §. 5. & lib. 3. tit. 1. §. 3.* quibus locis constat, scribam chartam testimoniam conficere, melior *Ordinat. lib. 3. tit. 74. in principio* ibi, *Pedir instrumento de aggravo ao taballiao, ou carta*

ta testemunhavel ao escrivam, & ita procedit *Ordinat. dict. tit. 80. §. 11. & 14.* ibi, *O taballiam, ou escrivam darà instrumento de agravo, ou carta testemunhavel:* quæ distributivè accipienda sunt, scilicet tabellio instrumentum, scriba chartam testimonialem concedet.

122 Nequè dictis obstat *Ordinat. lib. 3. tit. 69. §. 7.* ibi, *Tomarà instrumento, ou charta testemunhavel segundo for o juiz, de que se agravar, & lib. 5. tit. 129. in principio,* ibi, *hum instrumento publico, ou carta testemunhavel, segundo for o julgador.* Ex quibus *Ordinationibus* colligi videtur, differentiam ab alio petendam, scilicet, à qualitate judicis, & sanè illi, à quibus instrumentum; & illi, à quibus charta testimonialis sit petenda, videntur expressi in *Ordinat. lib. 1. dict. tit. 80. §. 9.* ibi, *Pedir instrumento de agravo por se sentir agravado do juiz, & paulo inferior, ou carta testemunhavel dante os Corregedores, Ouvidores, Contadores, &c.*

Verum responderetur facilè, si advertamus, quod, sive per officiales, sive per iudices res ista sit regulanda, & denominanda, in idem utrumque recedit regulatiter, nam coram Prætoribus, sive iudicibus tabelliones scribunt, unde vel dicamus, quod à iudice instrumentum petitur, vel quod tabellio instrumenta conficit, idem est. Coram alijs verò iudicibus, scilicet, Correctoribus, Auditoribus, Provisoribus, &c. scribæ interserviunt, non tabelliones; unde, cum illi chartas concedant, idem est, quod ab illis, vel à iudicibus, coram quibus interserviunt dicatur, concedendas chartas. Afferimus igitur, quod à qualitate scribentium officialium res ista denominatur, & ad dictas *Ordinationes* respondeamus, quod ideo dixerunt, à iudicibus ordinarijs, vel forensibus petenda instrumenta, quia cum coram eis interserviant tabelliones, & hi instrumenta conficiant, illa petenda sunt. Ab alijs verò chartas, quia coram eis scribæ interserviunt, qui chartas conficiunt, non instrumen-

123 ta, quæ propria sunt tabellionum. Sin

autem contingat, quod à tabellione petatur gravamen à sententia, vel factio Correctoris: quod passim non est admittendum, cum petenda sint gravamina ab scribis, qui coram ipso interserviunt, & sic de alijs iudicibus, ut in specie cautum est in *regimine fisci §. 35.* credimus nihilominus, denominandum instrumentum gravaminis à tabellione, non charta, à iudicis qualitate, quia ut suprà diximus, propriè ab officialibus, qui scribunt, denominantur, vel instrumenta, vel charta, quod satis colligitur ab *Ordinat. lib. 2. tit. 45. §. 30.* ubi tabellio dat instrumentum ab Auditore, cum tamen si à iudice præcise denominandum esset, deberet dici charta testimonialis juxta dictam *Ordinat. tit. 80. §. 9.* ibi, *ou carta testemunhavel dante os Corregedores, Ouvidores, &c.*

Licèt autem solum tabelliones conficiant instrumenta, tamen etiam est specialiter concessum scribis patrimonij regalis, ut ea conficere possint, vulgò *aos escrivans da fazenda del Rey per Ordinat. lib. 1. dict. tit. 80. §. 9.* & etiam tabellionibus æquiparantur *eodem lib. tit. 82. in rubr.*

Ex dictis colligitur primò omnes ferè Pragmaticos sine fundamento decipi, dum existimant chartam testimonialem petendam esse in defectum concessionis instrumenti gravaminis, solent enim addere, & *senaome denegado instrumento de agravo, peço carta testemunhavel do officio do taballiam:* quod quidem cæcitate est, nam neque instrumentum denegari potest, imò illud etiam contra voluntatem iudicis tenetur concedere tabellio, & parti tradere, ut habetur *dict. tit. 80. §. 11.* & si defacto impeditur etiam de facto impeditur charta testimonialis; unde illa non subrogatur in defectum instrumenti gravaminis: quod satis probatur ex dictis *Ordinationibus.* Facit *Ordinat. lib. 1. tit. 5. §. 6.* ibi, *Aggravat per petizam, ou instrumento de agravo, ou carta testemunhavel,* ubi aperte constat, per chartam principaliter expe-

expediti, & peti gravamen, sicut per petitionem, vel instrumentum, unde non est in subsidium denegati instrumenti. Idem colligitur ex *Ordinat. eodem lib. tit. 6. §. 4.* ibi, *despacharão per tenção todos os instrumentos de agravo, & cartas testemunhavel.* Et dici non potest, quod, si charta testimonialis esset tanquam certitudo denegati gravaminis, esset expedienda per deliberationes, vulgò *tençoens* melior *Ordinat. lib. 3. tit. 78. in princip.* ibi, *peça carta testemunhavel, ou instrumento de agravo com reposta dos officiaes.* Ex qua apertissimè constat, chartæ remedium non esse subsidiarium sed æquè principale cum instrumento gravaminis. In casu denegati gravaminis de facto, remedium est recurrere ad Rectorem justitiæ, ex *Phæbo 2. part. aresto 90.* vel ad Governatorem Portuensem, ex eadem ratione.

126 Infertur secundo, omnino cavendum esse à *Caminha sub tit. das allegaçoes judiciais in edictione antiqua fol. 14.* ibi, *& sendome denegada peço carta testemunhavel:* ex qua inepta, & nullo fundamento apposita clausula, videtur prædictum errorem habuisse originem.

127 Infertur tertio, in eundem errorem incidisse *Phæbum 2. part. dicto aresto 90.* ibi, *nem se lhe passã certidam, ou carta testemunhavel,* ubi apertè sentit, chartam testimonialem concedi, quando iudex habet apud se acta, & recusat ea tradere, ut extrahatur gravamen, in quo apertè fallitur ex dictis.

128 Infertur tandem, perperam Pragmaticos sine delectu, vel differentia ab universis iudicibus, & ab omnibus officialibus consuevisse petere instrumentum gravaminis, cum tamen illud solum petendum sit à tabellionibus, vel scribis patrimonij regalis vulgò *da fazenda*, ab alijs vero scribis Correctorum, Auditorum, Provincialium, &c. petenda sit charta testimonialis juxta dicta, & probata supra, & licet nominis tantum error videatur, qui vitia re non solet ex *text. in leg. Insulam ff. de prescript. verbis*, tamen turpe, & indeco-

rum est ea, in quibus quotidie versamur ignorare ut, aliàs dixit *Jure Consult. relatus in leg. 2. ff. de origine juris.*

Modus autem, & tempus interponendi hujusmodi gravamen in multis concordat cum modo, & tempore gravaminis per petitionem, est enim interponendum intra decem dies juxta dicta supra *num. 50.* & coram iudice, ut supra *num. 87.* Item, quando non incidit in aliqua causa principali, sed interponitur ab aliquo præcepto, vel jussu extrajudiciali, vel facto iudicis, non statim est interponendum, sed prius allegandæ sunt judicis causæ excusantes, vel concludentes revocationem gravaminis, & sic non admittantur, vel gravamen non revocetur, tunc gravamen interponendum, juxta dicta supra *num. 55.* Debet quoque exprimi iudex, ad quem interponitur juxta dicta, & declarata supra *num. 70.* Item debet causa æstimati modo, forma, & tempore, de quò supra *numer. 75.* & *numer. 99.* Item, si pronuncietur, aggravandum non fuisse, sed appellandum, poterit appellari, & è converso, licet interim sint elapsi decem dies ex dictis supra *numer. 59.*

130 Illa tamen specialia observantur in hoc modo interponendi gravamen, quòd, scilicet, potest una ex duabus formis interponi, scilicet, vel per terminum in actis, faciente, scilicet, scriba in actis terminum, in quo declarat, *N. aggravasse, &c.* vel in scriptis, vulgò, *per requerimento de agravo:* quas ambas formas agnovit, *Ordinat. lib. 1. dict. tit. 80. §. 9. & tit. 6. §. 5. ibi. Nos requerimentos de agravo, ou por termo nos autos.* Et videtur primus modus propriè convenire, quando acta jam sunt formata, & rationes illius articuli, in quo aggravatur in ipsis actis discussæ. Secundus verò modus, quando gravamen non incidit in aliquam causam, super qua sint acta formata, quia per illum modum latius declaratur jus partis aggravantis, & de causa gravaminis melius constat: quod tunc magis necessarium est, cum acta non sint antea formata,

formata, & sic non possit per processum negotium clarescere.

- 113 Existimo tamen, quòd, quando gravamen interponitur per terminum in actis tantum, omnino ab illis extrahenda est per scribam, sive tabellionem copia, sive transumptum illius interpositionis gravaminis, ut super eo præparetur gravamen, detorque ejus copia judici, & parti adversæ ad respondendum. Moveor quia *Ordinatio* disponit hujusmodi gravamina debere separatim à processu principali currere *lib. 3. titul. 74. §. 4.* ex illa, ut credo, ratione, ne scilicet, impediaturs cursus causæ principalis, ut innuit dicta *Ordinatio*. ibi, *& o feito hirã por diante*. Qui sanè impediretur, si ipsorum actorum principalium copia daretur judici, parti, & iterum aggravanti, juxta dispositionem *Ordinat. dict. lib. 1. titul. 80. §. 9. dict. lib. 3. titul. 74. in principio.*

Quoniam verò modus alter, scilicet, interponendi gravamen per scriptum, scilicet. *Per via de requerimento de agravo* usitatur est, etiam, quando gravamen interponitur à sententia interlocutoria in causa principali prolata, ejus formam ponamus; & explicemus. Ille igitur qui, taliter gravamen interponere voluerit, consideratis prius omnibus considerandis, an, scilicet, casus sit gravaminis, an Superior resideat extra quinque leucas [nam intra eas per petitionem regulariter interponitur, licet probabile sit, posse quoque interponi per instrumentum) an adhuc sit intra decem dies; an causa excedat jurisdictionem judicantis, ad quem sit interponendum, & an juste illud interponat, juxta latè dicta suprã, Si tandem nihil inveniat, quod impediat gravaminis interpositionem, sequenti, vel simili forma debet illud interponere.

Requerimento de Aggravo.

- 132 *Do agravo, que a mim N. he feito pello senhor Doutor N. juiz de fora desta villa de Guimaraens, ou taballião que com este requerido forme darã instrumento de agravo com a resposta do dito senhor juiz, & da parte ou sem ella, se a dar não quiserem no termo da ley, & a rezam de meu agravo he, que movendome demanda N. por sem mil reis, eu vim com hũa excepçã de incompetencia, allegando como não era morador no districto delle senhor juiz antes na freguesia de Esturãos Concelho de Monte longo aonde avia juizes Ordinarios, per ante os quais devia correr esta causa. E elle senhor juiz me não recebeo a ditta excepçã, & me condenou nas custas do retardamento, & mandou que a causa principal corresse em seus termos, no que me fez notorio agravo, por quanto, &c. Pello que tudo agravo como agravado tenbo pera a Relaçã do Porto aonde espero ser provido, & desagravado & peço ao escrivão deste agravo passe sua fee, & certidã de tal & tal cousa, & protesto juntar papeis, instrumentos, & o mais que fizer a bem de minha justiça.*

- 133 Diximus pello senhor juiz, &c. exempli causa, eadem enim expressio debet fieri, mutatis, mutandis si sit Auditor, Præses, vel alius, à quo aggravatur.

Diximus instrumento de agravo, quia posuimus exemplum formæ in iudice, coram

ram quo tabelliones scribunt, qui juxta dicta supra *num.* 121. concedunt instrumenta, si autem sit scriba Correctoris, Auditores, &c. petenda erit charta testimonialis, juxta dicta supra *num.* 128.

Diximus *com reposta do senhor juiz, & da parte*, quia ipsi respondent, juxta dicta supra *num.* 98.

Diximus, *vm com huma excepçam de incompetencia*. Exempli causa, nam si alia fuerit, in qua gravamen fundatur illa exprimenda erit.

Diximus, *Por quanto, &c.* hic enim debet interponens declarare rationes gravaminis de facto, & de jure, in quo tamen loco Advocatus non debet esse fastidiosus, sed brevis, substantialis.

Diximus *como aggravado tenho*, nam utile est antea gravamen habere interpositum, facto de hoc termino apud acta, quia, si forte coram judice pars non offerat hujusmodi requisitionem, idest, *requerimento de agravado*, vel quando illud offertur, jam decem dies transacti sint, illud non rectè interponitur.

Diximus, *pera a Relaçam do Porto*, quia juxta dicta supra, necessario exprimi debet Superior *ad quem*, nisi in alia interpositione, quæ jam in actis facta sit, jam sit, expressus. Sin autem à judice ad Correctorem fuerit gravamen interpositum, id exprimendum erit; & sic de cæteris. Ut tamen interponatur per instrumentum, vel potius chartam de quomodo hic agimus, regulariter requiritur, quòd resideat tunc extra quinque leucas, & territorium, vulgò *termo*, juxta dicta supra *num.* 26.

Diximus *fee de tal, & tal causa*, quia declarare debet aggravans illa, quæ ex actis petit ad suum gravamen justificandum, & scriba debet suam præstare fidem de illis, quæ petierit, & ex actis constabunt, & despositione *Ordinat. lib. 1. tit. 80. §. 12. & lib. 3. tit. 74. in principio.*

Diximus, *& protesto juntar papeis, &c.* quia hujusmodi protestatio potest esse utilis in aliquibus casibus. Non tamen credimus, regulariter posse justificari gravamen, nisi in prima instantia, idest coram judice *à quo*, nequè approbamus praxim, secundum quam sæpè fiunt instrumenta, etiam, coram alijs, iudicibus, & offeruntur coram Superiore ad justificandum gravamen, & alia hujusmodi, quæ fieri non posse existimamus, tam quia gravamina non justificantur, nisi coram judice *à quo*, ut diximus supra *num.* 53. quam etiam, quia in judicio Superiori non admittuntur partes, neque illis datur copia nisi utraque parte petente, & consentiente, ut probavimus supra *num.* 102. & 103. Nequè alia scriptura ibi potest offerri, nisi simplex petitio, in qua referatur gravamen illatum aggravanti, ut resolvimus dicto *num.* 103.

Gravamine sic, vel aliter interposito, judex nihilominus in causa procedit, ut diximus supra *num.* 65.

134 Tabellio, sive scriba dat copiam judici, & parti ad respondendum, ut sæpè diximus, & elapsis terminis cum responsione, vel sine illa, si judex vel partes non dederunt, extrahit transumptum actorum illorum, quæ formata fuerunt circa gravamen: quæ debent esse separata à processu principali, juxta *Ordinat. lib. 3. dict. tit. 74. §. 4.* & dicta supra, & hoc transumptum tradit parti, juxta dispositionem *Ordinat. dict. tit. 74. §. 3.* & jam supra diximus *num.* 101. quare tra-

datur ipsi parti, & non fideli, prout fieri debere diximus, quando per viam petitionis aggravatur.

Ille verò, qui gravamen interposuit taliter se gerere debet, ut possit intra triginta dies computandos à die gravaminis interpositi, illud Superiori præsentare, & in casu *Ordinat. lib. 1. tit. 62. §. 78.* scilicet, quando aliquis aggravat ab eo quòd eligitur ad receptorem gabellarum vulgò *Recebedor das sizas*, intra decem dies ab electione. alias, qui intra prædictos terminos non præsentat, audiri non debet; nec judex Superior de tali gravamine cognoscere, dictante *Ordinat. lib.*

lib. 3. dict. tit. 74. §. 5. & eodem lib. dict. tit. 69. §. 7. & tit. 78. in fine principij, Martins à Costa dict. tract. annot. 5. numer. 19. suppositivè Pereyra de Manu Regia 1. part. cap. 11. numer. 2.

136 Sin autem per fidem scribæ ejusdem gravaminis constituerit, per aggravantem non steterit, quia scilicet, ipsa scriba testatur, se non potuisse citius gravamen tradere aggravanti, vel aliam legitimam causam impediendi supervenisse, poterit, & debet iudex Superior cognoscere de gravamine non obstante lapsu triginta dierum, ita statuente *Ordinat. lib. 3. tit. 74. §. 5.*

137 Causa autem, de qua testari potest tabellio, & circa quam tantum illi adhibenda fides, est illa proprii impedimenti, vel alia sibi ex actis constans; nam, si alia (licet iusta) causa intervenerit ordinario modò alleganda erit, & restitutio petenda, tabellioni enim non creditur, nisi in his, quæ spectant ad ejus officium, & quæ in ejus præsentia, tanquam coram tabellione: non tanquam particulari aguntur. *Barth. in Auth. si quis in aliquo num. 8. C. de Edendo, Afflictis decis. 245. num. 7. Valasc. cons. 89. num. 1.*

138 In illo autem casu, quo notabile tempus per transit ob impedimentum scribæ, tunc triginta dies ad præsentationem eurrunt à die, quo traditur aggravanti instrumentum; ut habetur in *Ordinat. dict. tit. 74. §. 5.*

139 Non tamen ad eò strictè accipiendus est prædictus terminus, ut si pauci aliqui dies post eum sint elapsi, non sit accipienda gravaminis cognitio, & decem dies in proposito paucos esse, & accipiendam cognitionem gravaminis, si decem tantum dies post transactum triginta dierum terminum, sint elapsi, censuit Senatus, ut refert *Gama decis. 132.* licet ipse existimet in proposito, tres, aut quatuor tantum paucos dici posse.

140 Est tamen extra dubium sufficere,

quòd gravamen intra prædictum triginta dierum terminum præsentetur Distributori, ut testatur *Flabius 1. part. arresto 27. Martins à Costa dict. tract. annot. 5. num. 20.*

Quando autem à iudice Ecclesiastico 141 aggravatur ad iudicem Coronæ, cognoscitur de gravamine, licet non sit præsentatum intra triginta dies, vel quodcumque tempus sit elapsum. Ita *Pereyra de Manu Regia 1. part. cap. 11. num. 2.*

Contra lapsum termini prædicti tri- 142 ginta dierum solet concedi Regia provisio, ut nihilominus de gravamine cognoscatur, ut testatur *Martins à Costa supra annot. 5. num. 2.*

Insulani autem petunt à iudice à quo, 143 tempus ad præsentationem faciendam in hoc Regno, qui illud assignat, & si non petunt currit terminus triginta dierum: testatur *Cabedo 1. part. arresto 92.*

Quamvis autem pro introductione 144 gravaminis apud Superiorem si assignatus prædictus triginta dierum terminus, tamen ad terminandam causam gravaminis, nullus est assignatus, nec aliquod tempus limitatum, ut notavimus supra num. 67. nisi in casibus ibi expressis num. 68. & sequenti.

Delato igitur ad Superiorem grava- 145 minis instrumento illi fit conclusum, sine eo, quòd partibus copia detur, ut diximus supra num. 102. cum declarationibus ibi factis, quæ non repetimus. Superior autem considerat ea omnia, quæ supra num. 107. diximus considerare debere, quando illi deferuntur acta per viam petitionis, & si videatur, quòd rejicere debet gravamen, pronunciat eo modo, de quo ibi num. 108. & non condemnat ad expensas, quia in hoc casu id competit inferiori, juxta dicta num. 109. Sin autem cognoscere debere resolvat, pronunciet, ut supra num. 111. & condemnet ad expensas, ut num. 112. diximus.

Advertendum, quòd gravamina, quæ 146 per modum instrumenti, de quo agimus, interponuntur, si de illis Senatus in communi, ut ita dicam cognoscere debeat destri,

describuntur uni, & deinde ad ceteros deferantur, qui deliberationes suas ponunt, usque quo duo sint conformes ad confirmandam, vel revocandam sententiam, *Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 4.* Sin autem cognitio gravaminis pertineat ad certum judicem Senatorem, veluti ad Correctorem Curialem causarum criminalium, vel ad judicem Coronæ, partimonij Regij, Cancellariæ, &c. ad ipsum deferretur gravamen, & ipse illud in Senatu cum sibi adjunctis expedit, juxta *Ordinat. lib. 1. tit. 7. §. 15. & tit. 9. in principio, & tit. 10. in princip. & tit. 14. §. 1.*

147 Illud dubitari potest, an qui aggravavit, respondendo in causa principali, dum gravamen pendet, videatur renunciare gravamini? Quæ dubitatio versatur circa rem maximi momenti, nam si aggravans non potest respondere in causa principali, cum ipsa interim currat (nam gravamina non suspendunt ex *Ordinat. dict. lib. 3. tit. 74. §. 4. & tit. 86. §. 20.*) grave damnum afferet aggravanti, & maximum commodum adversario, quod non possit respondere aggravans sine eo, quod videatur gravamini pendenti renunciare, & quidem in appellationibus certum est, appellationi ab interlocutoria interpositæ renunciare, qui responderet, ea pendente, in principali causa, *text. in cap. Sollicitudinem de appellat. ad finem text. optimus in cap. fin. & ibi glossa verbo, Renunciet, de dolo, & contumacia lib. 6. latè Scaccia de appellat. quæ est. 17 limit. 2. num. 14.*

148 Cæterum contrarium in gravaminibus dicendum esse, credimus, posseque aggravantem respondere in causa principali sine eo quod gravamini pendenti videatur renunciare. Primò, quia nulla lege id in gravaminibus cautum reperitur. Unde non est dicendum ex regula *text. in l. Illam C. de collat.* Secundò, quia in eis cessat ratio, propter quam illud in appellationibus est introductum, nam ille, qui rectè appellat, etiam si interim causa principalis currat, eo non

audito, tamen provisos in appellatione ab interlocutoria revocat tanquam attentata omnia processata, post appellationem in causa appellabili interpositam. *Lancel. de attent. 2. part. cap. 12. lim. 1. num. 58. & num. 100.* & apud nos habetur in *Ordinat. lib. 3. tit. 73. in princip.* unde, si rectè appellavit, securus est; si malè sibi imputet, si non provideatur, & in causa, eo non audito, sit processum. At verò in casu, de quo agimus cum aggravans, non possit revocare processata interim etiam si ritè, & rectè interposuerit gravamen, & sit, provisos (cum gravaminibus non sit, in jure datus iste effectus) iniquum esset, quod vel cogeret renunciare gravamini, vel exponeretur periculo, quod illi obveniret ex eo, quod, eo non audito, in causa principali procederetur, jus autem iniqua non disponit, argumento *text. in l. Meminerint C. Unde vi.*

Dubitari tandem potest, qualiter procedendum, erit si causa principalis, vel multum processerit, vel jam definita sit per sententiam, vel fortè per appellationem jam pendeat apud Superiorem, quando aggravans affert pro se sententiam, in qua provideatur, & gravamen sibi illatum fuisse in incidenti, declaratur, veluti, debere ei concedit dilationem ad probandum extra Regnum, vel recipiendam esse exceptionem, quam iudex a quo rejecerat? Ego sanè existimò, quod, in quocunque statu sit causa principalis in iudicio a quo, debet retrocedere, & admitti aggravans ad illud, in quo fuit provisos, veluti in exemplis propositis ad probandum, vel ad allegandam, & prosequendam suam exceptionem. Moveor, nam id necessarium est, ne aliàs inutilis sit illi provisio sibi data in gravamine contra regulam *text. in l. Ad probationem C. de probat. l. Hæc stipulatio §. Divus ff. ut legat. nomine caveatur, cum vulgaribus,* quibus docemur, jus non admittere frustratoria, & inutilia. Item, quia non est conveniens, ut retrocedatur, & audiatur, qui audiri debet, licèt causa jam sit in alijs

aliis terminis, & fortè finita: quod deducitur ex *Ordinat. lib. 3. tit. 63. §. 3.* & quasi per tot, ubi Superior videns non fuisse auditum, qui debuit audiri vel difficilè aliquam solemnitatem, sive citationem, eam adhibere jubet, & per consequens audit illum, qui audiri debuerat in prima instantia, unde aliquando ad contrarietatem, aliquando ad exceptionem, vel aliud de novo opponendum admitti potest, & sic acta retrocedunt, quasi ad principium, licèt jam essent apud Superiorem. Optima *Ordinat. lib. 3. tit. 54. §. 3.* ubi post sententiam iterum recipiuntur probationes, quæ de novo venerunt, & si illæ id postulent, sententia revocatur. Neque obstat regula *text. in cap. Cum venissent, cum similibus de testibus*, quæ prohibet post publicatas attestaciones recipi testes, nam responderetur, illud procedere regulariter, non quando lex id ex justis causis concedit, quia pars, quæ producere vult testes, fuit injustè impedita, aut per judicem à quo admissa, ut in casibus de quibus agimus.

Ubicunque igitur, & in quibuscunque terminis sit causa principalis, debet iudex, coram quo illa pendet, etiam in gradu appellationis, admittere aggravationem ad illud, à quo fuit iniquè rejectus, & illi per Superiorem provisum, vel adversariam rejicere ab eo, ad quod non erat admittendus, si ab hoc aggravans interposuit gravamen, & ei fuit provisum. Prudenter igitur debet iudex procedere adimplendo sententiam, per quam fuit aggravanti à Superiore provisum, & faciendo ea, quæ per consequens veniunt facienda, seu revocanda.

Pro nostri tractatus complemento, & promissis supra restat nunc assignare casus in *Ordinatione* expressos, in quibus locum esse gravamini, dicitur, & loca Regnicolarum, in quibus de alijs casibus idem asseritur. Et jam supra admonuimus, & declaravimus, quod, quando dicitur in aliquo casu locum esse gravamini, non oportet adjicere, an per ins-

trumentum, an verò per petitionem, quia id pendet à casus contingentia, nam si Superior ad quem sit extra quinque leucas, erit per instrumentum, si intra illas, vel saltem intra territorium, per petitionem; itaque sufficit dicere, quod est casus gravaminis, cetera ab eventu pender. Hæc per viam regulæ, nam supra diximus aliquando solum per petitionem interponi posse gravamen, & infra suis locis annotabimus. Item advertimus, quòd casus infra referendi sunt casus gravaminis, per petitionem, instrumentum, vel chartam, non verò gravaminis in processu, de quibus diximus *quæst. 5.*

Casus in quibus gravamen interponitur, ex Ordinatione.

Potest interponi gravamen, si ut, ali ¹⁵⁰ quis prætendit, non excusetur ab officio Decurionis, vel simili: quod gravamen ad Senatum Palatii privativè pertinet, si ab ipso electio illa sive nominatio facta fuit. *Ordinat. lib. 1. tit. 3. §. 14. Cabed. 1. part. decis. 38. n. fin.*

Item, si iudex, qui de causa cognoscit, recipit adversario appellationem in casu, in quo pars adversa prætendebat, admittendam non esse, *Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 4. & tit. 58. §. 27.* Nec contrarium probat *Ordinat. lib. 3. tit. 70. §. 8. & tit. 84. §. 11.* ubi videtur probari, solum gravamini in processu locum esse; quod etiam intellexisse videtur *Valasc. conj. 47. num. 6.* nam responderetur, istas *Ordinationes* procedere, & habere locum, quando gravatus voluit interponere in processu, omittendo gravamen extra illud, quod facere posse fassus sumus supra *quæst. 5. numer. 19.* & sentit *Martins à Costa*, ubi supra *annotat. 5. num. 9.* & decretum fuisse restatur, in hoc casu gravamen, vel uno, vel alio modo, posse interponi, decisum etiam fuisse, scribit *Cabed. 1. part. arest. 44.*

Item à violentijs, & oppressionibus factis à iudice Ecclesiastico, & ab usurpatione

patione Regiæ jurisdictionis *Ordinat. lib. 1. tit. 9. §. 11.*

Item, si alicui privilegium non observatur, & ille qui eum habet, cogitur ad faciendum aliquid, à quo se immunem existimat, probat in suo casu *Ordinat. lib. 1. tit. 9. §. 9.*

Item a mala calculatione expensarum, vel salariorum, potest gravamen interponi ex *Ordinat. lib. 1. tit. 14. §. 2.*

Item, si aliquis injustè eligi dicatur ad receptorem gabellarum ex *Ordinat. lib. 1. tit. 62. §. 70. Et suppositivè tit. 66. §. 49.*

Item Decuriones superati ab aliis in faciendis statutis, vulgo *Acordos, & posturas da Camara*, ex *Ordinat. lib. 1. tit. 66. §. 29.* possunt gravamen interponere.

Item à taxatione salarij facta per judicem pro persona aliqua nominata ad calculandum processum aliquem, poterit pars gravata interponere gravamen ex *Ordinat. lib. 1. tit. 90. §. 1. vers. & naõ cabendo.*

Item, si Reo absolvatur ex eo, quod Actor non comparuit in termino, ad quem eum citari fecerat, vel tempore debito non proposuit actionem, aut libellum non obrulit, poterit actor gravamen interponere *Ordinat. lib. 3. tit. 14. in fine princip. & tit. 20. §. 18.*

Item, si dilatio magna ad locum extra Regnum adversario assignetur, vel mihi parva concedatur, vel omnino denegetur ad faciendam probationem in Regno, gravamen interponere poterit. *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 5. juncta Ordinat. eodem lib. tit. 54. §. 12. in fine.*

Item, si opposita exceptione incompetentiæ, judex eam receperit, vel rejecerit, vel tandem se competentem, atque incompetentem pronunciaverit, gravatus poterit interponere gravamen, *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 9.*

Item, si Reus absolvatur ab instantia, quia Actor cum libello scripturam publicam non obrulit, cum ad illius probationem requisi dicatur, potest Actor

gravamen interponere *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 22.*

Item, si tertius liti se opponit, & non admittitur, casus est gravaminis *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 31.*

Item, si Judex absolvit Advocatum à mulcta in terminis *Ordinationis* statim citandæ, potest adversarius gravamen interponere; sed per simplicem tantum petitionem ad Senatorem ex *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 45.*

Item, si arbitri pro suspicionibus judicandis electi pronunciant, judicem esse suspectum, potest adversarius gravamen interponere *Ordinat. lib. 3. tit. 21. §. 8.*

Item, si conventus virtute scripturæ publicæ non condemnatur, nec executio fiat, quia opposuisse, & probasse dicatur impedimenta, in forma, & terminis *Ordinationis* statim citandæ, poterit actor gravamen interponere. Si vero condemnatur, ut fiat executio in eisdem terminis, tunc ipse condemnatus gravamen interponere poterit *Ordinat. lib. 3. tit. 25. §. 2.*

Item à non receptione appellationis gravamen interponitur *Ordinat. lib. 3. tit. 69. §. 7. & lib. 1. tit. 58. §. 27.*

Item, si officialis suspenditur ab officio usque ad gratiam Regis, potest gravamen interponere; idem poterit adversarius, si non suspendatur, cum ipse alleget, & præ tendat suspendi debere *Ordinat. lib. 3. tit. 86. §. 20.*

Item, à captura gravamen interponitur in forma *Ordination. lib. 3. tit. 86. §. 18.* à relaxatione vero poterit etiam adversarius gravamen interponere secundum *Phab. 2. part. arresto 101. & dicetur infra.*

Item, si judex sequestrum fieri non jubet in terminis *Ordinat. lib. 4. tit. 96. §. 13.* Ex eadem *Ordinat. ibidem.*

Item à pronunciatione super articulis immunitatis Ecclesiæ, vel Ordinum ex *Ordinat. lib. 5. tit. 124. §. 3.*

Item à sententiis Collegij, confraternitatis, vel similis communitatis procedentis ad modum jurisdictionis, quando

ex aliquo privilegio concessum illis est, ut ab eorum sententiis non appelleretur, poterit nihilominus, ad solum tamen Regem, gravamen interponi. *Ordinat. lib. 3. tit. 78. in fine principij*, nomine Regis in hoc, & similibus casibus intelligitur mensa Palatij.

Item à sententiis etiam definitivis prolatis in Camera in casibus, quibus ad eam comperit judicare sine appellatione, vel gravamine, de quibus *lib. 1. tit. 65. §. 23.* Quod gravamen per simplicem querelam ad Regem tantum interponitur. *Ordinat. dicto titul. 65. §. 28.*

Item, si denegatur, vel adversario conceditur securitatis charta ex *l. novissima*, vulgò *Reformaçam da justiça §. 1. in fine.* Generaliter gravamen per petitionem potest interponi in casibus, qui cum aliàs essent casus gravaminis in processu, tamen interlocutoriam illam protulit aliquis Senator, qui in Senatu cum aliis debeat finaliter, sine aliquo recursu causam illam judicare: quod quomodo, & quando habet locum, diximus supra *quest. 5. num. 31. & 34.* Probatum ex *Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 8.*

Item, etiam si in casu proxime proposito Senator ille, qui de causa cognoscit, non in Senatu, sed per se debeat causam illam terminare, & ab ea sententia potest provocari, gravamini per petitionem locus erit ab interlocutoria, per quam rejicit contrarietatem, replicam, vel triplicam ex *Ordination. dict. tit. 6. §. 9.*

Generaliter quoque gravamini locus est, si dicatur judicem aliquam *Ordinationem* non observasse: quod, quando contingat, diximus supra *quest. 5. num. 35.* Probatum ex *Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 46. & lib. 1. tit. 5. §. 6.* Si autem sententia, in qua dicitur, non observatam fuisse *Ordinationem*, à Senatu fuisset prolata, non poterit ex dicto capite gravamen interponi testatur *Cabed. 1. part. aresto 61. & de stylo Martins à Costa ubi supra de Senatoribus annot. 4. num. 24.*

Ex nostrorum scriptorum dictis

Si alicui imponitur tributum ali, quod, à quo ipse exemptus dicitur, vulgò *se lbe lança algum pedido, ou finta*, gravamini locus est secundum *Phab. 2. part. aresto 67. vers. Mas o que, & facit Ordination. lib. 1. tit. 62. §. 70. & tit. 66. §. 49. Cabed. suppositive. 2. part. aresto 100.*

Item, si aliquis cõgitur ad inserviendũ alicui officio ignobili, à quo ille pro sua qualitate immunis dicitur, secundum *Pereir. de Castro decis. 103. infn.*

Item ab interlocutoria super habilitatione, vulgò *habilitaçam* olim appellati, sive gravamen ordinarium idest supplicationem interponi solere, hodie verò per petitionem aggravati, testatur *Phab. 1. part. aresto 9. Castro in praxi 2. part. lib. 2. cap. 21. num. 15.* qui melius distinguere videtur sentiens, appellationi locum esse, si pronuncietur aliquem inhabilem esse, & non posse causam prosequi: quod nos probamus ex *Ordinat. lib. 3. tit. 69. in princip. & juris regulis, de quibus supra quest. 4. à num. 6.*

Sin autem pronuncietur pro habilitante, ut possit causam prosequi, tunc adversarium aggravare posse asserit, de quo tamen nos dubitamus, ut cæteris casibus, de quibus supra propter resolutionem, quam scripsimus in principio hujus quæstionis, dicentes, solum, in casibus expressis in *Ordinatione*, gravamini locum esse.

Casum alium, in quo gravamen fuit admissum asserit *Cab. 2. part. decis. 60.* de quo nos agimus supra *num. 17.* defendentes in illo gravamini locum non esse, sed appellationi.

Alium adducit suppositivè *Phab. 1. part. decis. 101.* ubi gravamen fuisse interpositum, testatur, ex eo, quia provisor Misericordiae, cassata quadam electione, ad aliam faciendam properabat.

Alium idem *Phab. dict. 1. p. aresto 2. vers. Em outra causa*, ubi asserit judicatũ, denegationem alimentorum esse casum

gravaminis per petitionem, non appellationis.

Alium idem *Phab. 1. part. arresto. 142. ad finem*, ubi refert, fuisse decitum esse casum gravaminis, non appellationis, si judicetur homagium fractum fuisse, vulgò, *que se cobrou a omenagim*.

Hic sunt omnes scilicet casus, in quibus secundum *Ordinationem* nostram, hujusque Regni Pragmaticos gravamini locum esse dicitur.

Verum, ut saepe diximus, & supra à principio quaestionis hujus defendimus, non probamus praedictas Doctorum resolutiones, cum existimemus solum, in casibus à lege expressis, & maxime similibus praedicto remedio locum esse, in caeteris, vel appellationem, vel in processu tantum gravamen interponendum.

Nunc quasi ad pareion dicamus ad quos Magistratus pertineat gravaminum, de quibus agimus, cognitio, in quo non disputabimus, sed ea quae receptiora sunt ordinatim dicemus.

Qui, & de quibus gravaminibus Magistratus cognoscant?

Senatus regulariter cognoscit de gravaminibus; & ideo de illo prius agemus, & quamvis Senatus Portuensis equiparetur Senatui Supplicationis, tamen de hoc specialiter, & separatim agemus prius, & postea de illo dicemus. Illud autem ante aliud advertendum est quod, quando dicimus gravamina ad Senatum pertinere, intelligimus pertinere ad Senatores gravaminum, nam illa quae pertinent ad certos iudices, licet ipsi ea de beant expedire in Senatu, non ad illum, sed ad illos certos iudices pertinere dicimus.

³⁵¹ *Senatus* igitur *Supplicationis* per suos Senatores gravaminum cognoscit privatim de sequentibus gravaminibus. Primo de interpositis à quolibet iudice *Ulyssiponensis Civitatis*, ex *Ordinat. lib. 1.*

tit. 6. §. 7. & tit. 7. §. 16. & tit. 8. §. 9. & tit. 49. §. fin. Nisi sit in causa tangente bona, vel jurisdictionem Regis, ex *dist. §. 7.* & dicemus infra agentes de *Judice Coronae & Patrimonij Regij*, vulgò *da fazenda*. Secundo de gravaminibus interpositis in districtu *Supplicationis* à receptione appellationis, ex *Ordinat. lib. 1. dist. tit. 6. §. 4. & tit. 58. §. 27.* Tertio de gravaminibus interpositis à refectione appellationis ab interlocutoria interposita, ex *Ordinat. lib. 1. dist. tit. 58. §. 27. junctia Ordinat. lib. 3. tit. 69. §. 7.* Quarto de gravaminibus interpositis à *Decurionibus* superatis ab alijs infacendis statutis, vulgò, *Acordos*, ex *Ordinat. lib. 1. tit. 66. §. 29.* ubi dicitur ad Senatum in tali casu aggravandum, & sic videtur illi tantum competere cognitionem, argumento *text. in leg. Cum praetor ff. de judic.* Quinto de gravaminibus interpositis super taxatione expensarum, ex *Ordinat. lib. 1. tit. 90. §. 1. in fin.* quam similiter expendimus sicut in casu praecedenti.

Senatum quoque, in non Praesidem Curialem cognoscere de gravamine interposito ab eo iudice, qui de commissione Regia de aliqua causa criminali cognoscit, decisum testatur *Barb. in remiss. ad Ordinat. lib. 3. tit. 21. §. 7.*

Sunt tamen casus, in quibus Senatus non cognoscit de gravaminibus; imò ad alios iudices pertinet cognitio. Nam primò cognitio gravaminum interpositorum, in causis criminalibus, non ad Senatum, sed ad Praesidem Curialem pertinet, ut dicemus de hoc agentes infra *num. 152.* & habetur in *Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 4.* Nisi a Iudicibus Civitatis *Ulyssipon.* interponantur, juxta dicta *vers. praecedenti.* Vel nisi interponantur per petitionem à locis intra quinque leucas à Civitate *Ulyssiponense*, horum enim gravaminum cognitio ad Senatum etiam pertinet, licet possint quoque si ad eos interponantur, de illis cognoscere Praesides Curiales Criminales, ut de his agendo dicemus, & simili-

Præses Civilis Domus Portuensis eodem jure utitur *Ordinat. lib. 1. tit. 39. in principio.*

Judex causarum Regiæ Coronæ, cognoscit de gravaminibus interpositis in causis, de quibus expresse in suo titulo *Ordinat. lib. 1. tit. 9.* de quibus nullus alius cognoscit.

Judex causarum Regiæ Coronæ: Domus Portuensis, eodem jure utitur in his, quæ pertinent ad gravamina super violentiis factis à judicibus Ecclesiasticis, ut deducitur ex *Ordinat. lib. 1. tit. 40.*

At non cognoscit de causis tangentibus bona, vel patronatus Regios, & sic neque de gravaminibus ad ea pertinentibus *diēt. tit. 40. in principio*, & colligitur ex *Ordination. diēt. tit. 9. in principio*, &

155 §. 13.

Judex Regius causarum patrimonij, vulgò *da fazenda*, cognoscit de gravaminibus interpositis à quibuscumque judicibus in causis tangentibus Regium patrimonium ex *Ordinat. lib. 1. tit. 10. in principio.*

156 *In Senatu Portuensi*, non est similis judex.

Judex Cancellariæ, Cognoscit de gravaminibus interpositis circa calculationem expensarum, & de illis quæ interponuntur per officiales, qui coram judicibus ordinarijs accusantur de erroribus officiorum suorum, ita deducitur ex *Ordination. lib. 1. tit. 14. in principio*, &

157 §. 2.

Præses Provinciæ, sive *Corregedor da Comarca*, cognoscit de gravaminibus, quibus potest cognoscere Senatus, *Ordinat. lib. 1. tit. 58 §. 25.* quod tamen non procedit in illis gravaminibus, de quibus Senatum privativè cognoscere diximus supra num. 151. Potest igitur regulariter interponi gravamen ad præsidem in sua Provincia, si casus sit, in quo poterat directè ad Senatum interponi, & judex à quo interponitur sit interior Præsidi. Imò cognoscit Præses de gravaminibus criminalibus, de quibus tamen non cognoscit Senatus, sed Præses Curia-

lis, ut diximus, & declaravimus supra num. 151. & 152. Item ad Præsidem pertinet cognitio gravaminis interpositi à Judicibus arbitrariis, pronunciantibus judicem esse suspectum, quod quidem gravamen ad ipsum, non ad Senatum, vel alium pertinet ex *Ordinat. lib. 3. tit. 21.*

§. 8. Non autem potest Præses cognoscere de gravaminibus interpositis à Provisore, vel alio judice, non sibi inferiore, licet Senatus cognoscat de gravaminibus interpositis à talibus judicibus.

158

Auditores Dominorum, qui ex privilegio exercent jurisdictionem in illis Provincijs tanquam Correctores, cognoscunt de gravaminibus, eodem modo, quo Præsides cognoscere diximus, nam licet contrarium videatur expressum in *Ordinat. lib. 2. tit. 45. §. 48.* tamen illud procedit in Auditoribus, correctionem non exercent, illi enim, qui eam exercent, de gravaminibus cognoscunt, & hoc jure utimur.

159

Provisor, vulgò *Provedor*, tanquam Provisor, cognoscit de gravaminibus interpositis à Judicibus Orphanorum, ex *Ordinat. lib. 1. tit. 62. §. 34. & 35.* & tanquam Calculator, vulgò *Contador*, cognoscit de gravamine interposito per qui eum, qui injustè dicitur electus ad receptorem gabellarum *Ordinat. diēt. tit. 62. §. 68.* In locis autem *da Contadoria da Casa do Porto, conhece o Veador*, ut ibidem exprimitur.

Prætor, vulgò *Juiz Ordinario*, ou *de fora*, cognoscit de gravaminibus interpositis ad Ædilibus, & ea per se expedit si causæ valor sexcentos reales, vulgò *seiscentos reis*, non excedit. Si verò excedit, usque ad summam sex mille regalium, vulgò *ate seis milreis*. Prætor cum Decurionibus in Camara gravamen expedit, sine ullo recurso ad alium superiorem *Ordinat. lib. 1. tit. 65. §. 23.*

161

Rektor Justitiæ, & *Gubernator Domus Portuensis* cum quinque Senatoribus cognoscit de gravaminibus interpositis propter Ordinationem non observatam, vulgò

vulgò de *aggravos de Ordenação nam guardada* in forma, & secundum dispositionem *Ordinat. lib. 1. tit. 5. §. 6.* Diximus, & explicavimus supra *quæst. 5. n. 35.*

Tribunal Ordinum, & Conscientiæ, vulgò *a mesa da concientia* cognoscit de gravaminibus à Rectore, & Consilio universitatis, & alijs. Sed de hoc tribunali non habetur in *Ordinatione* titulus aliquis, & ideo de eo hic plenius non tractamus.

Palatium, vulgò *o Tribunal do Paço*, cognoscit per simplicem petitionem de gravamine, de quo *lib. 1. tit. 18. §. fin.* Item de illo, de quo eodem *lib. tit. 65. §. 28.* Item de eo, de quo *lib. 3. tit. 78. in principio.* Item de gravaminibus interpositis à Senatoribus, qui cum adjunctis casus aliquos judicant in partibus, ad quas pro illis casibus judicandis mittuntur; vulgò *com alçada*, *Ordinat. lib. 1. tit. 80. §. 11. & tit. 6. §. 4.* Item de gravamine interposito ab eo, qui præterit excusari ab officio Decurionis, quando in Palatio fuit nominatus, vel confirmatus, *Ordinat. lib. 1. tit. 3. §. 14. Cab. 1. part. decis. 38. num. fin.* De quibus omnibus gravaminibus, nullus alius iudex cognoscit, ut dictis locis probatur.

Tribunal Regij patrimonij, vulgò *mesa da fazenda*, cognoscit de gravaminibus super gabelis, vulgò *liza*. *Cab. 2. part. arresto 83.* quia tamen de hoc tribunali in *Ordinatione* non agitur, de eo latius non dicimus.

In *Ordinatione lib. 1. tit. 7. §. 27.* datur casus gravaminis, in quo non est Superior, qui de eo cognoscat, sed petendus est à Rege.

Judex fisci civitatis Ulyssiponen-sis cù suis ad junctis, cognoscit de gravaminibus interpositis à iudice fisci Eborensis Civitatis, & ibi negotium terminatur remota appellatione, aut gravamine, *Regimen fisci §. 25.* Sin autem gravamen fuerit interpositum ab eodem iudice fisci in aliqua causa privilegiorum Inquisitionis, de quibus olim cognoscebant Inquisitores, gravamen interponitur ad summum Inquisitionis Senatum vulgò *pera o Conselho Geral da Inquisiçam*; quòd etiam servatur in alijs iudicibus fisci, quod ex eo videtur, nam cùm, quando cognoscebant Inquisitores, hujusmodi gravamina deferrentur ad dictum Supremum Inquisitionis Senatum, ita hodie (post mutatam primam instantiam ad iudicem Fisci propter alias altioris gradus occupationes, quæ Inquisitoribus incumbunt) ad ipsum Supremum Inquisitionis Senatum pertinet gravaminum prædictorum cognitio.

Deputati fisci Civitatis Conimbricensis cognoscunt de gravaminibus interpositis à iudice fisci, nisi sint gravamina per privilegatos interposita, ut supra, *Regimen dict. §. 35.*

Deputati, sive adjuncti fisci, civitatis Ulyssiponen-sis, cognoscunt de gravaminibus interpositis à iudice fisci Ulyssiponen-sis, ut proxime diximus, dictum *Regimen.*

In prædictis casibus, in quibus *Deputati, sive adjuncti* cognoscunt de dictis gravaminibus, quando proponuntur, non debet esse præsens iudex fisci, à quo interponuntur, ut ita liberiùs judicent. *Regimen fisci §. 35.*



Collectio eorum, quæ in hac quæstione.
resolvimus.



GRAVAMEN per instrumentum, seu petitionem, in illis tantum casibus interponendum defendimus, in quibus expresse Lex nostra hujusmodi remedium concessit. Per petitionem regulariter interponitur, quando Superior, ad quem interponitur, residet intra quinque leucas, vel saltem in illo territorio, quando vero extra, per instrumentum interponitur. Debet interponi intra decem dies, si autem per errorem appelletur cū casu esset gravaminis, non currunt interim decem dies, imò Senatus solet per eadē appellationis acta gravamen judicare: quod licet equū totū tamen non credimus. Debet aggravans exprimere Superiorem, ad quem aggravat, nisi ille certus sit, quia aliis de illo gravamine cognoscere non potest. Debet etiam aggravans per petitionem in casu, qui alias pertinebat ad processum, citare in petitione. Ordinationem, que concedit in illo casu gravamen per petitionem interponere, nisi aggravetur à Senatore, qui illam causam principalem in Senatu remota appellatione, aut gravamine judicare debet. Causa principalis debet estimari, cujus valor, si non excedat jurisdictionē, vulgò alcada judicantis, non poterit Superior cognoscere de gravamine in tali causa ad eum interposito, nisi interlocutoria, à qua aggravatur sit super competentia, vel contineat nullitatem notoriam, vel sit prolata à Senatore, qui ut dictum est, debet causam principalem in Senatu remota appellatione, aut gravamine judicare. Debet etiam aggravans per petitionem curare, quod petitio intra decem dies adjungatur actis, alias Superior de gravamine illo non cognoscet. Victus in gravamine victori condemnandus est ad expensas. A Superiore pronunciante super gravamine poterit iterum aggravari, vel appellari secundum qualitatem pronunciati, si alius Superior in illa specie adiri possit. Modus observandus in progressu, & pronuntiatione super gravamine assignatur à num. 87. Per instrumentum aggravatur, quando Superior extra quinque leucas, & extra territorium residet. Modus interponendi per instrumentum, in eo solum differt a modo interponendi per chartam, quia per chartam interponitur, quando est scriba, qui expedit gravamen; per instrumentum vero, quando est tabellio, vel escriba Regij patrimonij, vulgò da fazenda: hi enim tantum instrumenta conficiunt, ceteri scribæ chartam testimonialem, neque ista conceditur in defectum concessionis gravaminis, sed æquè principaliter. Gravamen non suspendit, imò, eo pendente, proceditur in causa principali, & aggravans in ea respondens non videtur renunciare gravamini. Instrumentum gravaminis debet presentari Superiori ad quem, intra triginta dies, & in casu Ordinat lib. 1. tit. 62. §. 78. intra decem. Judicatum fuit, si presentetur paucis tantum diebus elapsis post dictum terminum, recipiendum esse. Contra elapsum prædicti termini concedi solet Regia provisio. Insularis assignatur terminus presentandi per judicem à quo. Modus observandus in prosecutione, & terminatione gravaminis, de quo agimus, in omnibus ferè alijs similis est modo pro gravaminibus per petitionem assignato. Casus omnes, in quibus lege nostra expressum est gravamini per petitionem, vel instrumentum locum esse, adduximus à num. 150. Judices de gravaminibus cognoscentes retulimus à num. 151.



TOMUS PRIMUS DE JURE LUSITANO

TRACTATUS SECUNDUS

DE SECURITATIBUS

Ad Ordinat. lib. 5. tit. 130. & aliis locis.

Præfactio in tractatum.



LRACTATUS iste, nostro instituto convenit, remedium enim de quo agimus, Jure communi non fuisse cognitum credimus, nam de illo in aliquo textu mentio non fit. Neque illi simile est remedium fidejussorum, quibus datis, Rei liberi à carcere causas suas agebant de quo agitur in l. 1. & quasi per tot. ff. In jus vocari, ut eant, &c. & in l. 1. ubi Bart. col. 1. ff. de custodia reorum. Maranta de Ordine Judic. 6. part. memb. 8. n. 10. ubi testatur plenissime servari apud Magnam Curiam

Non inquam, tale remedium simile est huic, de quo agimus, nam illud regulariter carceratis tantum conceditur, ut prædicti DD. agnoscunt, & apud nos habetur in Ordinat. lib. 1. in Regimine Senatorum Palatii §. 24. ad medium, licet ipsius Ordinationis jure attento, etiam non carceratis aliquando concedatur, ut ibi exprimitur, at remedium Securitatum nunquam carceratis conceditur, ut infra videbimus quæst. 6. n. 12. Deinde pro illo remedio necessarij sunt fidejussores: pro nostro illi non requiruntur. Illud per Senatores aliquos, hoc per Præsides conceditur, Alias differentias adducit Phæbus 1. part. decis. 3. n. 6. & aresto 158. & 2. part. decis. 131. & arest. 161.

Præterea quamvis apud extras rationes videatur admissum Securitatum remedium, videre est per ea quæ de Securitatibus, & salvo conductu tradunt Magallotus; qui de illa materia integrum edidit tractatum. Farinat. per totam quæstionem 29. in praxi crimin. tom. 1. Paris de Puteo in tract. de Syndicatu, verbo Salvus conductus. Mandos. in praxi tract. de signatura gratiæ, verbo Salvus conductus, Peguera Hispan. decis. 39. per totam, Menoch. de arbitrarijs judicium quæst. 81. per

81. per totam, tamen, ut apud ipsos videre est, remedia illa, à nostris securitatibus maxime differunt, & infimum esset recensere differentias, quas facile colliget, qui legerit à nobis scripta, in hoc tractatu, & viderit, quæ de Salvo conductu prædicti AA. scribunt. Et quidem Salvi conductus, quibus exteræ nationes utuntur, non conceduntur ad hoc, ut Reus possit esse in iudicio, in eoque se immunem ostendat à culpa illius criminis, de quo impetitur, sed ut possit accedere ad publica, vel privata negotia ad loca illa, in quibus habet inimicos, vel est banitus sine eo quod offendatur, vel carceretur, aut aliàs molestetur, dum negotia illa, & tempus Salvi conductus durant, quòd aperte deducitur, ex his, quæ de Salvo conductu scribunt prædicti AA. ex quibus, non tamen sic expensis, dixit merito Mendez à Castro in praxi 1. part. lib. 5. cap. 1. Apendice 2. num. 22. remedium hoc, alibi non esse in usu, quamvis aliquo modo illud agnovisse videantur Bart. Boss. Gregor. Lop. & alij ab eodem citati. Apparet ergo hujusmodi tractatum nostrum convenire instituto.

QUÆSTIO PRIMA

Quonam jure sit inventa Securitatis charta, & qualiter possit defini?ri?

SUMMARIUM

- 1 **S**ecuritates fuerunt admittæ, antiquissimo nostri Regni usu.
- 2 Assignatur ratio introducendi hujusmodi remedium.
- 3 Securitatum concessio in publicam, & privatam utilitatem redundat.
- 4 Per summariam probationem factam parte non citata, carcerantur Rei.
- 5 Item per solas conjecturas, & præsumptiones.
- 6 Per concessionem securitatum non fit injuria parti adversæ.
- 7 Assignatur definitio Securitatis, de qua agimus.



SECURITATES, de quibus agimus, antiquissimo nostri Regni usu fuisse admittas testatur Thom. Vaz allegat. 67. num. 1. cujus rei manifestum est argumentum, quod nulla Ordinatio harum, securitatum naturam, vel effectum exponit, quasi jam

antea res ista fuerit inventa per usum, scilicet, & observantiam, unde Ordinationes de his Securitatibus agentes peculiaria tantum dubia decidunt, & non primæviam rei naturam, ut videre est per Ordinatio. hoc tit. 130. & lib. 1. tit. 7. §. 2. 8. 10. & sequentibus, usque ad §. 14. & alijs locis in discussu tractatus citandis.

Sin autem quæras, quanam ratione² introductum fuerit hujusmodi remedium? Respondebimus; justissimè, & prudentissime fuisse usu inventum, & Legibus nostris approbatum; nam antea illi, qui suspicabantur contra ipsos decretum esse, vel decernendum capturæ mandatum, effugientes metu carceris, & sic propriam domum relinquentes, & sæpe in paupertatem ex hoc incidentes, in maiora, & graviora crimina (cum secundum Psalmistam: abissus abissu invocet) prolabebantur, & tandè spe antiquæ libertatis, consequendæ destituti, enormia facinora, homicida, furta, & alia committebant. At post inventum dictum remedium

medium, Rei illo muniti, propriam domum sine metu carcerationis habitantes, suisque negotijs interessentes, cessant prædicta inconvenientia, quæ sequebantur ex fuga, & absentia, succurriturque utilitati publicæ, & privatæ. Quibus, & alijs rationibus moti *Farinat. in praxi crim. lib. 1. titul. 4. quæst. 29. num. 84. Decianus cons. 63. num. 30. lib. 3. Menoch. de arbit. quæst. 81. numer. 3. & 4. Mendez à Castro in praxi 1. part. lib. 5. cap. 1. appendic. 2. num. 23.* merito scripsere huiusmodi, salviconductus, & Securitatis concessionem, Reipublicæ utilitatem redundare, licet *Mendez* immeritò existimet justius esse abrogari huiusmodi remedium.

4 Non solum autem prudenter, sed iustissime usus iste Securitatum fuit admisus; nam dura est juris communis, & Patrij dispositio, secundum quam Rei carcerantur ex probatione summarie accepta sine aliqua ipsorum citatione, ex quo defectu aliàs nulla est probatio, omni jure attento, *text. in cap. 2. de testibus, text. in leg. Si quando C. eodem titu.* cum notatis communiter dictis locis, unde hæc probatio ad condemnationem invalida est, ut notat *Mascard. de probat. conclus. 1366. num. 6. & 7. Clarus in pract. crim. § fin. quæst. 45. num. 13.* & ut revalidetur repetuntur testes parte citata, nisi ipsa, juri suo renunciando eorum dicta judicialia faciat, ut agnoscunt supra citati, & *Ordinat. nostr. lib. 3. titul. 62. §. 1.* & alibi sæpe *lex novissima*, vulgò *Reformaçam da justiça §. 18.* & tamen, ut diximus, Rei carcerantur per dictam probationem sic nullam, ut de jure communi constat per ea, quæ paulo infra sunt dicenda de Jure Patrio per *Ordinat. lib. 5. tit. 119. in principio. & titul. 117. §. 12. & alijs locis.*

Item rigorosa est juris dispositio, secundum quam contra regulas aliàs ordinarias per testimonium unius, imò per conjecturas, & præsumptiones Reus carceratur, ut fieri possit testatur DD.

per text. ibi in cap. Si clericos de sententia excommunicat lib. 6. Bonacoza commun. crim. part. 2. verbo Captura, fol. 8. vers. & verbo inducia, fol. 36. vers. Barb. in l. Siquis postea quam num. 75. ff. de Judic. Farinat. in pract. crim. part. 1. quæst. 27. à numer. 112. Julius Clar. Gom. & alijs relati per Paz in praxi 5. part. tom. 1. §. 2. num. 1. & nos dicimus tract. de Inquisitionibus quæst. 10. Certum ergo est minorem probationem sufficere ad carcerandum, quam ad condemnandum ad pœnam ordinariam, & secundum plures, sufficere conjecturas, & præsumptiones, licet *Barb. in l. Hæres absens §. Proinde in articulo de foro delicti num. 45.* in advertenter scripserit, quod capitur ille, contra quem data est querela, si duobus testibus probatur, & allegat *Ordinat. dict. tit. 117. §. 6.* quæ tale non probat, nec alia *Ordinatio* ad hunc effectum duos testes requiri, imò arbitrio judicis relinquit in *dict. §. 12.* quæ probatio sufficiat ad decernendam captivam. Cum igitur probatione aliàs nulla, & insufficienti, Rei soleant carcerari, iustissimè rigor ille temperatus fuit, per concessionem Securitatum, de quibus agimus, & æquissime remedium hoc conceditur illi, qui paratus iudicatis stare se offert, & vel fatetur delictum, allegando legitimam defensionem, vel illud negat. Sin autem dicas, huiusmodi remedium injuste concedi Reo neganti delictum, quando de illo plene constat, vel sufficienter saltem ad pœnam arbitratiam imponendam? Respondebimus: Securitates negativas concedi sine eo, quod videatur prius inquisitio sive culpa, unde cum de illa concedenti non constet, non potest tunc denegari, ac postea, præcipue post *legem novissimam*, vulgò *Reformaçam da justiça §. 4.* contrarietatis recipiendæ tempore, carceratur Reus, contra quem de delicto constat, securitate negativa non obstante, ut late dicemus *quæst. 3. à num. 43.*

Neque ex concessione remedij, de quo

quo agimus occasio delinquendi datur, cum per illud non evadant Rei debitas pœnas, imò suo tempore luant neque partibus offensis sit injuria, nam earum offensores quando petunt Securitates sunt in sua libertate, & facilius carcerantur legitimo tempore quando Securitates impetrant, quam quando sunt in fuga, unde per concessionem Securitatum juri patrium, & publico consulitur.

Potest autem Securitas, de qua agimus definiri, ut sit *quædam licentia con-*

cessa Reo ab eo, qui potestatem habet concedendi, ut possit ad judicium venire, & ne carceretur virtute decreti capitæ summarie editi, nisi quando alias de jure, & ipsius Securitatis natura debuerit carcerari, quòd quando accidat explicabimus late quæst. 3. & aliis. Non explicamus prædictæ definitionis particulas, quia nostri instituti non est, in his tempus consumere, sed breviori quo potuerimus modo, rei substantiam tradere, & exponere. Ex dictis igitur huic quæstioni primæ credimus satisfactum.

QUÆSTIO SECUNDA.

Quot species Securitatum in Jure Patrio inveniuntur?

S U M M A R I U M.

- 1 **T** Res species Securitatum in Jure Patrio inveniuntur. Prima illa quæ appellatur, *Segurança Real.*
- 2 *Secunda illa, quæ conceditur per judicem Aijli, sive cauti Reo, ut possit per regnum incedere per tempus limitatum.*
- 3 *Tertia est illa, quæ conceditur Reo, ne carceretur, donec de jure sit carcerandus, de qua agimus, & est in triplici diffærentia.*
- 4 *Securitas confessativa, quando solet peti, & concedi?*
- 5 *Securitas negativa, quando regulariter locum habeat?*
- 6 *Securitas negativa coarctata, quando concedatur, & qualiter solet defendere Reos?*
- 7 *Potest una securitas esse simul confessativa, & negativa.*



SECURITATUM, tres species in Jure Patrio inveniuntur. Prima est Securitas Regalis, vulgo *segurança Real*, illa scilicet, quam Regij Magistratus concedunt illi, qui rationabiliter timeret, inimicum offensionem sibi facturum, de qua te certioratus Magistratus, qui potestatem ad id habet, imperat adversario, ne aliquo modo re, vel verbis lædat illum, qui dictam petit Securitatem, sub gravioribus pœnis, ab eodem Magistratu comminatis, de qua Securitatis specie agit *Ordination. lib. 1. tit. 7. §. 20. & lib. 5. tit. 129. per tot.* Et de Jure communi deducebatur ex text. in l. *Denunciamus C. de his, qui ad Ecclesias confugiunt, de qua Soares de Põz in præct. in cap. fin. illius operis, & late Farinat. cù alijs ab eodẽ allegatis in præct. crim. quæst. 29. à n. 14. & quæst. 107. per tot. quo jure attentõ*

atque adversarius cogebatur præstare cautionem de non offendendo illum, qui securitatem prædictam petebat, ut hic probat, & explicat *Soarez de Paz* *ultra supra*.

2. Alia, & secunda Securitatis species, est illa, de qua in *Ordinat. lib. 5. tit. 23. in principio*, quæ scilicet, conceditur per judicem Asyli, sive cauti, vulgò, *Conto*, illi qui ad illud confugit, vulgò *Ao que está acoutado*, ut possit cum illa Securitate extra Cautum per Regnum incedere pro certo, & limitato tempore ibi expresso.

3. Tertia, tandem Securitatis species, est illa, quæ Reo conceditur, ut possit ad iudicium venire, & ne carceretur, donec aliàs de jure sit carcerandus, juxta dicta quæstione præcedenti *numer. finali*; de qua Securitatis specie nos hic agimus, & in Jure Nostro in triplici invenitur differentia. Alia enim est Securitas Confessativa, alia Negativa, alia tandem Negativa coarctata. Duas priores Securitatum species agnovit *Ordinatio* nostra statim citanda. Tertiam invenit *lex novissima*, vulgò *Reformaçam da justiça*, ut infra dicetur.

4. De confessativa Securitate meminit *Ordinat. hoc tit. 130. in principio*, & *§. 1. & tit. 124. §. 23. & lib. 1. tit. 15. in principio*, & *§. 1.* & alijs locis. De hac etiam meminere plures ex nostris Scribentibus infra citandi. Hac Securitate utuntur Rei, qui non dubitant contra ipsos delictum probandum, sperant tamen probare illud commississe in necessariam defensionem, vel aliàs jure permittente, de qua re latè dicemus infra *quæst. 15.* Qui igitur eam petit, fateretur delictum, & allegat causam, & rationem concludentem, jure permittente, illud commississe, & ita ei conceditur, & prodest illi regulariter hæc Securitas, ne carceretur, donec deficiat in probatione defensionum allegatarum, ut dicitur *quæst. 3.* Conceditur autem hæc Securitas, ad solam partis assertionem, sine eo quòd prius videantur culpæ, & an in-

ipsis denegetur defensio allegata, nisi in casu homicidij, in quo prius in Relatione, sive Senatu videntur inquisitiones, quando petitur à Præside Curiali, & si ab inferiore, qui potestatem concedendi habeat, juxta dicenda *quæst. 4.* petatur Securitas, in dicto casu homicidij, ipse videt prius inquisitionem, vulgò, *devass*, ut denegetur Securitas ista, si inquisitio deneget Reo defensionem allegatam, juxta dicenda *quæst. 6.* Multa alia, circa hujusmodi Securitatem sunt dicenda suis locis, quæ hic omittimus, quoniam hoc loco, solum convenit tradere primævam, cujusque Securitatis naturam.

De Negativa Securitate, meminit *Ordinat. hoc tit. 130. §. fin. & tit. 124. §. 23. in principio*, & alijs locis, de eaque frequentissimè tractant Nostrates infra citandi. Hac Securitate utuntur Rei, qui existimant non esse contra eos sufficienter probanda delicta, ad pœnam imponendam, licet, aliquæ probationes, sive præsumptiones ad capturam decernendam sufficientes inveniantur, & delictum commississe negant, quæ Securitas conceditur, ad simplicem assertionem petentis sine eo, quòd videantur culpæ, nec ex earum qualitate, aut probatione, possit dene-gari, licet ex alijs rationibus possit dene-gari, juxta dicenda *quæst. 6.* quæ Securitas, sic impetrata defendit Reum, secundum latè dicenda, & explicanda *quæst. 3.* Cætera quæ desiderantur, circa hujusmodi Securitates suis locis dicentur.

De Securitate Negativa Coarctata a-6 git tantum *lex novissima* vulgò, *Reformaçam da justiça*, quæ eam ad invenit in *§. 1.* Ea utuntur Rei, quando timet delictum probandum, & nihilominus, illud negant, & sperant probare negativam coarctatam, ita ut, evadant condemnationem, qui igitur eam petit, negat delictum asserens præterea, quòd tempore, quo illud commissum dicitur, ipse impetrans erat loco, adeo remoto, ut impossibile fuisset eum ac-

cessisse ad locum, ubi delictum fuit commissum, vel alias, juxta dicenda *quest. 15. num. 15. & 16.* Conceditur tamen hæc Securitas pro illis tantum criminibus, in quibus imposita est pena mortis, vel mutilationis membri. Item priusquam concedatur, videnda est per concedentem inquisitio, ut denegetur talis Securitas, si ex inquisitione constet aperte delictum fuisse commissum per eum, qui petit Securitatem, ita ut videatur, non sine fraude coarctatam probari posse, juxta dicenda *quest. 6. num. 6.* Concessa tamen hujusmodi securitate, defendit Reum tanquam illa confessativa, quæ in casu homicidij conceditur, visa prius inquisitione, & in hoc consistit virtus hujus coarctatæ, nam confessativa in dictis terminis plenissimè defendit, & negativa tenuissime, & fragiliter quando delictum probatur, juxta dicenda infra *quest. 3. num. 19.* Hæc quidem concessiones Securitatum negativarum, quæ de-

fenderent tanquam confessativæ erant generaliter prohibitæ in *Ordinat. de tit. 130. §. 5.* ut dicemus *quest. 6. num. 8.* & dicta *lex novissima*, illam permisit terminis, & cum requisitis, de quibus *git in dict. §. 1.*

Alia Securitatis species addi potest, 7 scilicet, mixta, quæ insimul est confessativa, & negativa, prout solent esse omnes confessativæ, nam in eis fatetur Reus unum certum crimen, & cetera omnia negat, & petit confessativam cum defensione pro crimine confessato, pro cæteris verò negativam, & ita conceditur. At ista species non est diversa, sed sunt quasi duæ Securitates, id est, pro crimine confessato, confessativa, pro negatis, negativa, & sic respectu cujuscunque criminis dicenda est negativa, nisi respectu criminis confessati. Hæc sic planè scripsimus ad primam cognitionem Securitatum, quæ omnia infra, suis locis probabimus.

QUÆSTIO TERTIA

S U M M A R I U M.

Qualis sit virtus effectus chartæ Securitates, & qualiter defendat Reum nè carceretur?

Defenditur contra praxim, valere Securitates negativas, etiam concurrentibus circumstantijs *Ordinat. lib. 5. tit. 130. §. fin.* Declaratur qualiter, & intelligitur dicta *Ord.*

- 1 **S** Securitas secundum aliquos, defendit tantum Reum, usque ad tempus publicationis testium, tunc carceretur.
- 2 Secundum alios, usque ad conclusionem defendit.
- 3 Secundum vericorem, defendit securitas regulariter, donec in causa, sit

conclusum, & inveniatur Reum esse in causa condemnationis.

- 4 Explicatur *Ordinat.* hoc tit. 130. §. 1. quæ pro contraria parte fuit considerata.
- 5 Firmatur regula de qua supra num. 3.
- 6 Limitatur primo, dicta regula, secundum Pragmaticos, ut non procedat,

- Et Affecuratus sit statim carcerandus si Securitas sit negativa, & concurrant requisita Ordinat. hoc tit. 130. §. finali.*
- 7 Impugnatur multis fundamentis sensus, quem ex dicta Ordinat. deducunt Pragmatici.
- 8 Nemo decipiendus juris, vel iudicis auctoritate.
- 9 Contrarietas in iure non datur.
- 10 Quod vero simile non, est, dicendum non est.
- 11 Multi Pragmaticorum agnoscunt prædictam Ordinat. dict. §. fin. in sensu, quem ab ea deducunt, esse rigorosam obscuram, & iuri contrariam.
- 12 Dum Affecuratus, in causa condemnationis non invenitur, carcerari non potest per solam probationem sufficientem ad pronuntiationem, non ad penam.
- 13 Intelligitur Ordinat. dict. §. fin. & ejus sensus exponitur.
- 14 Explicatur verba prædictæ Ordinationis, ut reddant sensum, quem ex ea deducimus.
- Omnis dispositio terminos habiles supponit.
- 15 Una, & eadem clausula, sæpe in iure diversimode accipitur.
- 16 Redditur ratio quare dispositio dicti §. finalis, non habeat locum in Securitatibus confessativis.
- 17 Item quare locum habeat tantum quando concurrunt requisita dicti §. finalis.
- 18 Pro iudicibus maioris auctoritatis, melior accipitur præsumptio.
- 19 Explicatur Lex novissima in §. 1. illis verbis, Sem remedio de se poterit livrar.
- 20 Destinatum, juris fictione habetur pro facto.
- 21 Verius limitatur regula, de qua supra num. 3. ut non procedat, si Securitas sit negativa, & concurrant requisita dicti §. finalis si tamen delictum inveniat sufficienter probatum ad Reum puniendum.
- 22 Dicta limitatio, & dispositio dicti §. finalis, sic intellecta hodie fere confunditur per dispositionem l. novissim. §. 4.
- 23 Limitatur etiam dict. §. fin. dispositio, si inquisitio incepta non sit per aliquem ex iudicibus ibi nominatis, licet per eum sit absoluta, & pronuntciata.
- 24 Contrarium verius, sed prædictæ assertioni, & circa eam iudicatis standum est propter equitatem.
- 25 Auditores Dominorum licet literati, non sunt de iudicibus contemptis in Ordinatione dicti §. finali.
- 26 Idem dicendum de iudicibus terrarum Dominorum, licet foranei appellentur.
- 27 Idem dicendum de iudicibus criminalibus civitatis Ulyssiponensis, quia sunt iudices ordinarii, non foranei.
- 28 Dispositio dicti §. fin. non habet locum, quando reus habet negativam coarctatam.
- 29 Concedi solet Regia provisio ut Securitas negativa prosit, non obstante dispositione dicti §. fin.
- 30 Dispositio dicti §. fin. locum habet si inquisitio fuerit formata per aliquem missum à Rege ad inquirendum, licet Senator non sit nec actualiter aliquod officium, sive munus exerceat.
- Conservator Universitat. Conimbr. & iudex fisci, etiam in praxi habentur pro iudicibus nominatis in dicta Ordinat. & ejus dispositio in eis observatur.
- 31 Limitatur secundo regula à nobis firmata supra num. 3. per l. novissimam §. 3. ubi disponitur quod Reus habens Securitatem confessativam, carceretur tempore contrarietatis si inveniatur inquisitionem denegare Reo defensionem allegatam.
- 32 Procedit dispositio l. noviss. dicto §. 3. in quibuscunque iudicibus de causa cognoscentibus.

- 33 Item procedit etiam si culpa resultet ex Inquisitione extraordinaria.
- 34 Non procedit, si culpa resultet ex querela, vel alio sumario, non verò ex Inquisitione.
- 35 Neque procedit si casus homicidij sit, & quare?
- 36 Non potest rijiçi contrarietas, quæ contrarietatem materiam, & defensionem, quæ fuit allegata ad impetrandam Securitatem in casu homicidij, si Securitas concessa fuit cum illa defensione.
- 37 Neque procedit dispositio dictæ l. noviss. dict. §. 3. quando Reus habet Securitatem negativam coarctatam, licet aliàs confessatiuæ comparatur.
- 38 Neque procedit, si in Inquisitione, non clare, sed turbide, & dubie denegari videatur defensio allegata.
- 39 Reus virtute dispositionis dicti §. 3. non potest alio tempore, nisi contrarietatis carcerari.
- 40 Limitatur tertio regula firmata supra num. 3. per dispositionem dictæ l. noviss. §. 4. ubi disponitur, quod tempore contrarietatis recipienda carceretur Reus habens Securitatem negativam, si inventatur delictum sufficienter probatum ad Reum puniendum.
- 41 Per dispositionem dicti §. 4. cessat ferre, & confunditur dispositio Ordin. hoc tit. 130. dict. §. fin.
- 42 Non procedit dicti §. 4. dispositio secundum Thom. Vaz. nisi ex Inquisitione resultaverit culpæ probatio, non si ex querela.
- 43 Rejicitur prædicta assertio, & probatur verius esse contrarium.
- 44 Non procedit dicti §. 4. dispositio si turbide, & non clare delictum probetur.
- 45 Procedit tamen, si delictum semiple-
ne, vel quasi probetur.
- 46 Quando invenitur semiplena, vel quasi probatio, imponitur Reo pœna arbitraria.
- 47 Si levis pœna veniat imponenda Asscurato ita, ut non timeatur fuga ille non erit carcerandus, nisi pars offensa accuset.
- 48 Quod procedit etiam quando acta sunt conclusa pro definitiva proferenda.
- 49 Impugnatur praxis, secundum quam Asscurati carcerantur præcise tempore contrarietatis, vel conclusionis.
- 50 Ponitur brevis, & utilis collectio pro cognoscendo, quando cesset, vel non securitatum virtus, & eis non suffragantibus, Asscurati sint incarcerationandi.



ÆC quæstio est principalior, in hac materia, & forte non erat hic proprius ejus locus, sed quia legentes hujusmodi tractatum quasi jejuni esset dū

non prevenissent, ad hanc quæstionem, hoc loco eam posuimus.

In hac igitur quæstione aliqui existimant, Securitates (etiam alias legitime impetratas, neque ruptas, sive fractas) defendere tantum Reos usque ad publicationem testium, vulgò, *ate abertas*, & *publicadas*, pro qua opinione facere videtur Ordin. hoc nostro titulo 130. §. 1. ibi, & quando as inquirens assi do principal como da defeza forem abertas, &c. In qua Ordinatione videtur decidi, quando Reus sit carcerandus non obstante Securitate, & assignari tempus publicationis testium, facit pro eadem parte decisio Senatus de qua Phab. 1. part. aresto 156. ubi decisum testatur Asscuratos (ita loqui liceat brevitate causa in his, & similibus sæpissime repetendis) carcerandos esse tempore publicationum attestationem, vulgò *em abertas*, & *publicadas*.

Alij vero existimant, Asscuratos non esse carcerandos, nisi post conclusum in causa. Pro quorum opinione facit Ordination. lib. 5. tit. 124. §. 5. ubi dicitur,

tur,

tur, quod Affecuratis debet dari copia actorum cum inquisitionibus, & allegationibus actoris clausis, ne scilicet, eas videat, & aufugiat si delictum probari videat, at tempus illud, scilicet allegationum est post publicatas, & proximum conclusioni, ut scribit *Soares de Paz in praxi 1. part. tom. 1. tempore 9. Maranta 6. part. de Ordinat. judic. actu 16.* & cuique est novissimum, ergo ante illud tempus, allegationum scilicet, non carceratur Reus, si enim carceraretur antea, apertis, & non clausis inquisitionibus deberet ei copia actorum dari. Secundo facit *Ordinat. hoc tit. 130. §. 1.* pro contraria parte allegata, ex qua recte intelletur, & expensa, ut infra *num. 4.* colligitur tempore conclusionis, & non ante Affecuratos carcerandos Tertio probatur per decisiones Senatus adductas à *Phæbo 2. part. arresto 162.* ubi refert plures Sanatum censuisse Affecuratum non esse carcerandum, nisi tempore conclusionis in causa, & jam olim idem observari, restatur *Gama decij. 309. in principio,* faciunt optimè dicenda infra *numero 12.*

3 Ego quidem non solum veriore credo hanc partem, sed etiam addo neque semper Affecuratum carcerandum tempore conclusionis in causa, sed tunc tantum quando eo tempore inventum fuerit per iudicem eum esse in causa condemnationis.

Defendit igitur Securitas, regulariter usque ad conclusionem in causa, & etiam deinceps, si iudex inveniatur Reum esse in causa absolutionis, & ita potest contingere quod affecuratus nunquam carceretur. Dixi, regulariter, quia sæpe carceratur Reus ante conclusionem in causa, ut dicemus infra in limitationibus regulæ hic traditæ. Probatur nostra assertio ex *Ordinat. lib. 5. tit. 124. §. 22. & 23.* ubi aperte supponitur quod Affecuratus potest pendente jam secunda instantia securitate gaudere, ergo non debet Affecuratus præcise carcerari tempore conclusionis in causa, &

sententiæ in priori instantia, proferendæ. Imò ex eisdem *Ordinat.* apertissime probatur neque tempore sententiæ finalis in Senatu proferendæ Affecuratum esse carcerandum, si videatur in causa absolutionis esse. Probatum etiam ex his quæ *Phæbo 2. part. dict. arresto 162.* ubi asserit neque tempore conclusionis in causa carcerari Affecuratum, si inveniatur sine culpa, & ita praxim observare, Senatum que sæpe censuisse. Tandem probatur, ex clausula consueta aponi in Securitatibus, scilicet, *que nam seja prezò ate contra elle se atbar tanto porque o deya ser,* Faciunt dicenda infra *num. 52.* ubi improbabimus praxim, secundum quam aliqui iudices, tempore definitivæ proferendæ, vel tempore receptionis contrarietatis, præcise mittunt Affecuratos ad carcerem, antequam acta examinent, & deliberent an Affecuratus sit in causa absolutionis, vel condemnationis, quod in civile est, ut infra dicemus, & contra mentem legis, quæ tunc tantum dictis temporibus Affecuratos carcerandos statuit, quando inventum fuerit eos esse in causa condemnationis.

Neque prædictæ veræ resolutioni obstat *Ordinat. hoc tit. 130. §. 1.* pro contraria parte supra considerata, quia nullatenus dicit Affecuratum omninò carcerandum, imò satis significat, iudicem, tempore illo debere considerare probationes pro utraque parte factas, & quòd justum fuerit pronuciare secundum processus merita, & sic non intelligit Reum præcise carcerandum, sed tunc solum, quando inventum fuerit eum esse in causa condemnationis. Et quanvis *Ordinatio* illa dicat, iudicem debere, quòd dictum est decernere, quando publicatæ fuerint attestations, id non concludit, quod ante conclusionem in causa sit pronuciandum an Affecuratus sit carcerandus, imò ipsa *Ordinatio* insinuat, id decernendum conclusionis tempore, nam ante illud

illud non deferunt processus ad Senatum, in quo decernendum est, an Assecuratus debeat carcerari in terminis illius *Ordinationis*. Idem igitur, est dicere, quod illud decernendum est, postquam attestaciones fuerint publicatæ, ac dicere decernendum tempore, quo acta deferuntur conclusa pro finali sententia, juxta supra dicta.

Neque obstat saepe fuisse decisum Assecuratos carcerandos tempore attestacionum publicatarum, ut refert *Phæbus 1. part. dict. arresto 156.* quia illa praxis jure non fundabatur, & ideo ab ea recessit Senatus ut supra diximus, & testatur idem *Phæbus 2. part. dict. arresto 162.*

5 Regula igitur manet, quod Securitas legitime impetrata, nec aliàs rupta, sive, ut aiunt, facta defendit Reum, usque ad conclusionem in causa, & etiam post illam, si videatur eum esse in causa absolutionis. Quæ tamen regula plures patitur limitationes, præcipuè, ex dispositione *l. novissima* vulgò *Reformaçam da justiça.*

6 Prima, & notabilis limitatio si vera, illa est, quam praxis deducit, ex *Ordinat. hoc tit. 130 § fin.* cujus verba hic inferere libuit, circa illa namque multa sunt dicenda; ea igitur talia sunt.

Quando alguma pessoa se livrar per carta de seguro negativa, se do caso houver devassa, & nella estiver pronunciado per desembargo da Relaçam ou cada hum dos Corregedores da Corte ou da casa do Porto, ou qualquer Desembargador de casa huma das ditas casas, ou por despacho dos Corregedores da Cidade de Lisboa, ou de outra Comarca, ou Ouvidores das terras dos Mestrados de Christo, S. Bento de Avis, & Santiago, ou Juiz de fora, que seja prezo a tal pessoa; o fulgador que do feito conhecer cumprir á o dito despacho conforme á clausula da carta que diz: que nam seja prezo até se achar, contra elle tanto porque o deva ser sem embargo da carta negativa, que tomou. Ex qua *Ordinatione* deducunt Pragmatici, observant judices, credunt

fere omnes in foro versantes Securitatem negativam non prodesse Reo quando super casu illo formata fuit inquisitio vulgò *devassa*, & Reus pronunciatus, per aliquem ex judicibus in eadem *Ordinatione* nominatis. Facere videtur pro eadem Pragmaticorum opinione *reformatio justitia dict. §. 1. ibi, Pira que as pessoas comprehendidas nos taes casos nam siquem sem remedio de se poder livrar, pedindo cartas de seguro negativas, &c.* ubi Legislator sentite videtur, negativarum Securitatum, remedium inutile esse, & aliud assignat, ne sine remedio, ut inquit, remaneant Rei.

Ceterum ego numquam suaderi potuit, prædictæ *Ordinationis* intentionem tuis se tam notabiliter restringere, ac quasi extinguere negativarum Securitatum frequentissimum remedium, quod tam serio, & salubrièr introduxerat. Moveor fortissimis fundamentis infra adducendis, ad quæ tamen prius supponendum est.

Primò, quod dispositio *dict. §. finalis* nova est, & in *Ordinationibus* antiquis non extabat, & postea, in novis fuit inserta deducta ab *extravaganti Regis Joannis Tertij*, quam adducit *Odoardus Nunez de Lico*, inter alias ab ipso congestas in *lib. extravaganarum 3. part. tit. 3. leg. 3.* & sic antea Securitates negativæ, etiam concurrentibus circumstantijs *dicti §. finalis* plenè, ut ceteræ Reos defendebant.

Secundo supponendum est, quod *Ordinatio in dicto §. fin.* non negat, imò aperte supponit in specie, & terminis, de quibus ibi, Securitates esse petentibus concedendas, quod etiam praxis observat, & nemo inficiatur, itaut concedenda sit Securitas negativa Reo declaranti in casu illo concurrere omnes qualitates, & circumstantias hujus *§. fin.* Contendunt igitur Pragmatici, non quidem de negandas Securitates negativas in specie *dict. §. final.* sed concessas non esse observandas.

Quibus

Quibus prenotatis jam in medium adducamus fundamenta, quibus moti existimamus Pragmaticorum opinionem supra relatam non esse veram, neque ex dicta *Ordinatione* probari.

Primum igitur fundamentum est quia *Ordinatio illa dicit. §. fin.* nullatenus dicit Securitates negativas non valere in terminis, de quibus ibi, ut ex ejus contextura videri potest, unde, qui illud, ex ea deducere conantur debent necessario ad tubauditos intellectus, & argumentationes divinatorias recurrere. Si ergo lex illa, hoc non dicit, sine lege illud asseritur contra regulam *text. in l. Illam Cod. de collat.*

Secundum fundamentum est, quia absurda sunt vitanda, ex regula *text. in leg. Nam absurdum ff. de bonis libert.* At qui duo notabilia sequerentur, si in dicto sensu acciperetur dicta *Ordinatio*, ergo ille est fugiendus. Primum absurdum esset quia si lex nostra illud disponeret, esset iniquissima, nam ut *numer. precedenti* probavimus, lex illa supponit in terminis, de quibus ibi concedendam esse Securitatem, ergo inique statueret, quod illa scienter concessa, non observaretur, & diceretur Reus juris, & judicis autoritate, contra regulam *text. in lib. 1. C. de his, qui veniam ætatis impetr.* & quæ optime *Cov. var. lib. 3. cap. 6. numer. 9.* ex qua juris regula resolvit *Bart. in l. Is qui Reus numer. 12. ff. de publicis judic.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Thom. Vaz allegat. 67. numer. 31. Farinat. quæ plura allegat. in pract. crim. lib. 1. tit. 4. quæst. 29. numer. 5. & numer. 95.* & novissime sapientissimus *Themudo decis. 72. numer. 8.* (& nos infra, distincte dicemus *quæst. 8.*) quod si concedatur salvus conductus omnino est observandus, licet in casu illo non deberet concedi: ex qua ratio ipsa *Ordinat hoc tit. 130. in principio*, in illis verbis, *se os trinta dias sum passados*, & in *§. 1.* satis insinuat securitates non esse concedendas, nisi in casibus, in quibus observari

debent, aliàs à principio denegandas, quasi sentiens attentissimè esse concedendas, cum iudex concessas teneatur observare, etiam si in casu non deberent concedi, ut *Senatum* censuisse testatur *Martins à Costa in lib. Domus Supplicationis styli, annot. 6. numer. 39.* novissime post hæc scripta, sapientissimus Senator *Dominicus Homem de Almeyda in Analisi excelentiarum numeri quinarij cap. 30. num. 6.* de qua re latè, & distinctè dicemus *quæst. 8.* quasi per totam. Non est igitur dicendum legem concedentem, vel supponentem concedendam Securitatem, disponere illam non observandam, non interveniente aliqua impetrantis transgressione, sive subreptione, ne aliàs dolosa, & ignobilis lex nostra dicatur.

Secundum, quod sequeretur absurdum illud est, nam si prædictæ *Ordinationis* sensus ille esse, sequeretur, quod lex illa diceretur promulgata pro casu fere incontingibili, contra regulam *text. in l. Nam ad ea ff. de legibus*, si enim lex dicit quod Securitates in illis terminis invalidæ sint, quis, nisi stultus, & sensu carens talem Securitatem peteret, & cum illa carceri se traderet? Nam qui petit Securitatem optime scit in eo casu concurrere circumstantias dictæ *Ordinat. in §. fin.* Si ergo videt legem disponentem in eo casu Securitatem non esse observandam, quis nisi fatuus talem peteret Securitatem? Nullus certe, unde dici non potest *Ordinationem prædictam* disposuisse, non esse observandam Securitatem, & illa affecturatum carcerandum, cum id sit supponere casum fere incontingibilem, scilicet, aliquem debere in terminis *dict. §. final.* impetrare adeo vanam, imò nocivam Securitatem. Non est igitur accipiendus sensus, ex quo sequitur prædictum absurdum.

Tertium fundamentum est, quia si *Ordinat. dicit. §. fin.* probaret illud quod praxis ex ea deducit, contrariaretur alijs *Ordinationibus*, præcipuè *Ordin. lib. 5.*

tit. 124. §. 23. quæ de habente negativam Securitatem agit, in casu in quo fuerant formata inquisitio, & supponit Asscuratum illum, posse causam suam agere in secunda instantia sine eo, quod carceretur, ergo Securitas negativa prodest. Neque dicas dictam *Ordinationem* intelligendam, quando pronuntiatio non fuisset facta per aliquem ex iudicibus, de quibus in *dict. §. fin.* & sic cessare *eiusdem §.* dispositionem. Nam responderetur *Ordinat.* illam *dicto §. 23.* generaliter loqui, & sine distinctione procedere, juxta regulam *text. in l. De pretio ff. de Publucana in rem act.* Item contrarietur *prædict. §. fin.* dispositio in prædicto sensu accepta, *Ordinationi, dict. tit. 124. §. 5.* ubi in distincte dicitur, Asscuratis dandam copiam actorum clausis inquisitionibus, ergo antea non sunt carcerati, his enim datur copia apertis inquisitionibus, & sic Securitates eos defendunt indistinctè, ut supra consideravimus. Contrarietas autem in legibus non datur ex *text. in l. 1. vers. Nulla itaque Cod. de veteri jure enucleando.* Ergo, ex dicta *Ordinatione* non est deducendus sensus, ex quo sequatur dicta contrarietas.

Quartum fundamentum deducitur ex *l. novissima* aliàs *Nova reformationem da justiciæ §. 4.* ubi indistinctè disponit Legislator, quod tempore contrarietatis recipiendæ, videant iudices acta, & si repererint delicta probari Reos negativis asscuratos, illis non obstantibus, jubeant carcerari. Unde colligitur aliàs, scilicet, si delictum non probetur sufficienter ad penam, Securitates esse observandas, Reosque defendere.

Quintum fundamentum est, quia credibile non videtur Legislatorem nostrum voluisse in casu tam frequenti, saluberrimum Securitatum, remedium cessare, & illud tam notabiliter restringere, quod igitur, vero simile non est, dicendum non est, argumento *text. in regula In obscuris ff. de regulis juris.*

Aliquibus prædictarum difficultatum (nec enim omnes supra adductas considerant) oppositi aliqui Pragmaticorum, prædictam *Ordinationis* dispositionem admirantur, & quidem *Thomas Vaz dict. allegat. 67. num. 31.* eam juristationi contrariam appellat, *Cardoso ve. id in praxi advocatorum* verbo *Epistola, num. 7.* eam rigorosam dicit *Phæb. etiam 2. part. aresto 174.* eam rigorosam supponit, & quidam non inductus Advocatus in suis peculiaribus annotationibus eam obscuram, & perplexam dicebat, addens, quod si ejus intentio erat disponere, quod in terminis, de quibus, ibi non valere Securitas negativa, potuisset lex illa, id per clariora verba exponere, & merito hoc dicebat doctus ille Advocatus, nam verba hujus legis nullatenus sunt apta ad significandam prædictam dispositionem, quam ex ea colligunt Pragmatici. Merito etiam prædicti scribentes existimantes illam assertionem, ex prædicta *Ordinatione* probari eam juri contrariam, & rigorosam dicunt, & maiori ratione dixissent si omnia à nobis supradicta considerassent.

Apertissimum igitur nobis semper fuit *Ordination. dict. §. fin.* non invalidasse Securitates negativas, concurrentibus circumstantiis, de quibus ibi, neque rationem aut juris regulas, aut ipsius legis verba, pati ex ea talem sensum deduci. At explicare, quid disposuerit prædicta *Ordinat.* qui nam vè ejus sit sensus, hic opus, hic labor est; verba enim obscurissima sunt, & difficilimum intelligere, quid sibi velint, adeo ut regia declaratione digna res esset, non tamen diffidimus eorum sensum aperire, imò credimus illum tenere, pro quo.

Prænotandum, & maximè advertendum est, impetrandam Securitatem neque olim, neque hodie posse carcerari per illam probationem delicti, quæ sufficiens tantum est ad pronuntiationem, sive decretum capturæ, non verò ad penam

nam Reo impetranti imponendam. Semper igitur defendit Securitas dum delictum non invenitur probatum ad pœnam, saltem arbitrariam imponendam. Hæc utilis, & notabilis assertio probatur, ex ipsa viva ratione, quæ pro lege est ex *text. in cap. Secundo requiritis, in fin. de appellat.* nam petentis, & concedentis illa est mens, & intentio, ut Securitas in dictis terminis defendat, ne aliàs inutiliter prorsus petatur, & concedatur contra regulam *text. in l. Qui his idem ff. de verbor, & in l. Plane, & in l. fin. ff. de petit. hered.* ubi docemur, nihil præsumi frustratorie agi. Et quidem, si Securitas non defenderet Reum impetrandem in dictis terminis, illa infructuosa esset; nam si contra impetrandem nulla adest criminis probatio, excusata est Securitas, debet ergo saltem defendere impetrandem quando contra eum adest tantùm illa tenuis probatio, quæ ad capturam decernendam, non tamen ad pœnam imponendam est sufficiens.

Deinde probatur ex *l. noviss. dicto §. 4.* ubi disponitur, quod tempore contrarietatis recipienda, carcerentur Rei habentes negativas. Securitates, si tunc inveniantur delicta probata sufficienter ad pœnam illis imponendam; ergo si sufficiens probatio non inveniat ad pœnam, carcerandus non erit Reus Securitatem negativam habens. Et hoc jure utitur, ut infra explicabitur à *num. 43.* Tandem quia, ut supra à *num. 3.* resolvimus, recta praxis, id quod asserimus observat, neque impetrans carceratur, nisi quando invenitur in causa condemnationis, quod tunc contingit, quando crimen probatur sufficienter ad pœnam, aliàs Assecuratus non carceratur, & merito, quia Securitas eum defendit dum contra eum inveniantur tantùm illa probatio, quæ insufficientis est ad pœnam, licet sufficiens ad pronunciationem, sive decretum capturæ. Quod certissimum nobis est, & semper intelligimus procedere,

quando Securitas fuit legitime impetrata, neque aliàs rupta sive ut dicitur facta.

At per contrarium, quando delictum sufficienter inveniebatur probatum ad pœnam imponendam, non erat certum, aut expeditum, quando Reus Securitate negativa se defendens, esset carcerandus, & verius erat, & regulate tunc, & non antea carcerandum, quando, scilicet, jam oblati, & probati suis defensionibus, sive excusationibus, id est, tempore conclusionis pro finali, videretur esse in causa condemnationis, quia, scilicet, delictum invenitur probatum, non vero illa, quæ possent Reum à pœna excusare. At vero antequam Assecuratus suas produceret defensiones, sive excusationes, & judiciales fierent probationes contra eum inventæ, non poterat carcerari, id est illico, & ubi primum per inquisitionem sive querelam delictum probari videretur, & antequam Reus audiretur, eoque citato judiciales redderentur probationes, quæ contra eum adessent. Quod probatur, nam tales probationes, antequam judiciales fiant, legitime non probant ad condemnationem, ut deducitur ex *Ordinat. lib. 3. tit. 62. §. 1. Clar. in pract. crim. §. fin. num. 13.* & diximus supra *quest. 2. numer. 4.* & dicemus *tract. 3. quest. fin.* Igitur dici non potest Assecuratum carcerari, quia est in causa condemnationis, vel delictum probatum ad pœnam, cum illa probatio ad eam non sit sufficiens, licet plena, cum adhuc judicialis non sit. Deinde probatur, quia assecuratus, qui modò per sumarias probationes videtur esse in causa condemnationis, & delictum, quod modò videtur probatum, eo audito, poterit apparere non probatum, & eundem esse in causa absolutionis, cum possit probare coarctatam in specie *Ordination. lib. 5. tit. 124. in principio, & §. 1.* Cumque possit etiam multa probare contra personas testium, ex quibus eorum fides corruat, vel vacillet. Merito ergo ad-

missum

missum regulariter, & receptius erat Asscuratum non carcerari illico, sed postquam, eo audito, videretur delictum probari, non verò excusationes. Et ita intelligebatur, & frequentius practicabatur clausula consueta apponi in Securitatibus, scilicet, *Que não seja preso ate se achar contra elle tanto porque o devaser.*

¹³ His suppositis jam aperiamus sensum *Ordinat. dict. §. fin.* ille igitur talis est, ac si diceret Legislator: quamvis regulariter Reus asscuratus non sit carcerandus, etiam si delictum contra eum probetur sufficienter ad pñam, nisi postquam judicialiter fuerit audita causa que pro finali conclusa, tamen si concurrant circumstantiæ, de quibus hic, carceretur illico, ubi primum videbitur delictum probari ad pñam, antequam audiatur, & in hoc casu dicatur verificata dicta clausula, & secundum eam carcerari, per id, quod contra Reum invenitur sufficiens probatio ad pñam licet non adhuc judicialis, nec Reus fuerit auditus.

Probatum prædictum intellectus ex eo quia, ut supra *num. 7.* probavimus, dispositio *Ordinat. dict. §. fin.* nova est, in *Ordinationibus* novioribus nunc primum addita, & ante illam stylo confirmato Regis decreto, receptum erat, quod si in inquisitione delictum probaretur, illico caperetur Asscuratus, us restatur *Caminha tit. das allegaçoes judiciaes fol. 14. vers. in margine*, ex quo stylo, verosimilium est fuisse postea desumptam, & confectam hujus *Ordinationis in dict. §. fin.* dispositionem. Confirmatur optime prædictus intellectus ex *l. novissimum dict. §. 4.* quæ nihil aliud egisse videtur, nisi generaliter disponere idem, quod dicta *Ordinatio* disposuerat tunc tantum, quando concurrerent circumstantiæ *dict. §. fin.* quæ quidem dispositio, ut dictum est intellecta, hodie nihil, aut parum operatur, nam generaliter statutum est perdictam *l. novissim.* carcerari Asscuratum negativa Securi-

tate, si tempore contrarietatis recipiendæ inveniatur delictum probatum sufficienter ad pñam imponendam. Facit pro eodem intellectu, quod quando lex, vel dispositio dubie, vel obscure loquitur, semper intelligenda est, suppositis terminis habilibus, ex *text. in l. Ut gradatim ff. de muneribus, & honoribus cum ijs*, quæ late tradit *Angel. in l. Non est novum ff. de legibus. Felin in cap. In omni negotio, numer. 2. de testibus*; ubi firmant, jura semper recipere restrictionem ad terminos habiles. Ut igitur absurda vitentur, ex regula *text. in l. Nam absurdum ff. de bonis libert.*, ut jura juribus concordentur, ex *text. in cap. Cum expediat de electione lib. 6.* Intellectus noster recipiatur, intelligatur que dicta obscura dispositio in terminis habilibus, qui sunt prædicti, ut ex dictis, & dicendis non obscure colligitur.

Nunc explicemus qualiter hujus *Ordinationis* verba prædictum reddant sensum, illeque ex ipsis verbis deducatur. Ait igitur Legislator, postquam circumstantias proposuit, *O julgador que do feito conhecer cum prurá o dito despacho*: id est iudex, qui de causa cognoverit, exequetur prædictum decretum. Quibus verbis nihil aliud significat Legislator, nisi quod iudex de causa cognoscens, concurrentibus circumstantiis, de quibus ibi, jubebit, Asscuratum carcerari, nam decretum ad quod se referunt dicta verba, est decretum capturæ, de quo jam Legislator paulo superius locutus fuerat, est igitur apud omnes eorum prædictam clausulam significare, quod iudex Asscuratum carcerari faciat, Securitate non suffragante, de quo nemo, dubitat.

At maxime advertendum est Legislatorem non jubere simpliciter, & absolute, quod concurrentibus circumstantiis, de quibus ibi, Asscuratus incarcerationetur, sed addere carcerandum *Conforme a clausula da carta que diz que não seja preso ate se achar contra elle tanto porque o devaser*, ecce ubi consistat intellectus hujus

jus *Ordinationis*, nam non dicit, quod *Asscuratus* incarceretur per id tantum, quod sit pronunciatum ad capturam per aliquem ex iudicibus de quibus ibi, nec eo ipso, quod contra eum adsit probatio sufficiens tantum ad dictam pronunciationem, non verò ad pœnam imponendam; neque id potuit disponere Legislator, sine eo, quod incideret in absurda, & inconvenientia, quæ suprà *num. 8.* consideravimus contra hunc Pragmaticorum sensum; neque tandem in casu ullo potuit *Asscuratus* carcerari dum contra eum culpæ probatio ad pronunciationem tantum, non ad pœnam sufficiens invenitur, ut suprà firmavimus *num. 12.* Cautè ergo, & iuste Legislator adjecit dicta verba: *conforme à clausula da carta, &c.* Nam si advertimus quomodo, & quando dicta clausula *Asscuratum* incarcerati significet facile intelligemus ex dictis *num. 12.* illam clausulam significare *Asscuratum* tunc non antea carcerandum, quando scilicet, inventa contra eum fuerit probatio ad pœnam imponendam sufficiens. Vides lector qualis sit rationabilis prædictæ legis sensus, & qualiter ex ipsis verbis deducatur? Vide nunc qualiter satisfacimus objectionibus, quæ contra hujusmodi intellectum consideras.

Ad jam videor audire te insurgentem, & dicentem contra prædictum intellectum, non posse sustineri ex eo, quod secundum à nobis dicta, & firmata suprà *numer. 12.* dicta clausula: *Atte tanto contra elle se achar, &c.* significat, quod *Asscuratus* non sit incarcerandus, nisi postquam, eo audito, processuque pro finali concluso inventum fuerit delictum probari sufficienter ad pœnam, ad suas excusationes non probari. Si ergo intelligimus quod in specie *Ordination. hoc §. fin.* ita intelligenda est dicta clausula, & secundum eam *Asscuratus* non est nisi dicto tempore carcerandus, sane id nullam continet specialitatem, cum eo tempore,

in omnibus casibus, & terminis sit incarcerandus *Asscuratus*, qui in causa condemnationis invenitur. At negari non potest Legislatorem voluisse in terminis, & concurrentibus circumstantijs, de quibus ibi, inducere specialitatem, & citius *Asscuratum* incarcerari. Sin autem per contrarium intelligimus (prout vere intelligimus) Legislatorem voluisse disponere *Asscuratum* in terminis, & concurrentibus circumstantijs, de quibus ibi, carcerandum illico, & ubi primum videbitur delictum probari ad pœnam, antequam audiatur cum suis excusationibus, licet aliàs extra terminos de quibus ibi, regulariter non esset carcerandus, nisi postquam processus fuisset pro finali conclusus, adversus hunc intelligendi modum obstat, quod neque Legislator declarat illico *Asscuratum* carcerandum, neque clausula, secundum quam carcerandum dicit, petit, quod tunc, & illico carceretur, neque videtur posse eandem clausulam modo accipi, ut significet, quod *Asscuratus* aliquando isto, aliquando verò illo tempore carceretur.

Fatemur hic esse totam rei, de qua agimus difficultatem, cæteras verò, de quibus infra facillime dissolvi. At non per id indissolubilis est difficultas, inò apte dissolvi videtur, si advertamus, quod licet regulariter dicta clausula operetur, quod *Asscuratus* non carceretur, nisi postquam auditus fuerit, & in causa conclusum, tamen in specie dicti §. *fin.* & concurrentibus circumstantijs, de quibus ibi, nihil aliud voluisse videtur Legislator nisi significare, quod in illis terminis jam dicatur verificata dicta clausula, & inventum esse *Asscuratum* incarcerari debere, eo ipso, quod invenitur contra eum, etiam, non auditum, sufficiens culpæ ad pœnam imponendam probatio. Et non immeritò, nam in terminis, de quibus in dicto §. *fin.* solidior, & verior videtur probatio, cum pro illis maioribus iudicibus, de quibus ibi, & eorum factis, potior sit præsump-

presumptio, ex *text. in l. 1. ff. de officio Praef. praet. Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 4. num. 6.* & infra dicemus *num. 18.* Cum etiam probatio, quae ex inquisitione resultat melior, & minus suspecta sit, quam quae ex querela resultat, ex *Gama decif. 309. num. 1.* cum dicendis infra *dict. num. 18.* Vitum igitur fuit Legislatore probacionem sufficientem ad pœnam, & procedentem ex Inquisitione formata per iudices illos maiores, dignam esse, ut per eam Asscuratus illico carceraretur, nam cum firma videatur probatio videretur Reus, illudere velle, & fraudare iudicem, & partem, fingens se posse excusare à pœna, cum ergo Securitas inventa sit ad innocentiae praesidium, non debet esse iniquitatis refugium, ut in simili dicit *text. in cap. Cum speciali §. Porro de appellat. Trident. sess. 13. de reform. cap. 1.* quam rationem postea generaliter approbabit *l. novissimum* statuens, & justè quidem, Asscuratum incarcerari tempore contrarietatis recipiendae, & sic antequam audiatur, si contra eum adsit probatio sufficiens ad pœnam illi imponendam. Intelligenda sunt igitur dicta verba Legislatoris nostri, ac si diceret: Concurrentibus circumstantijs, de quibus hic, illico incarceretur Asscuratus, secundum clausulam Securitatis, quam in hoc casu verificatam intelligo, eo ipso, quod culpa probatur sufficienter ad pœnam imponendam, etiam antequam Asscuratus audiatur, licet aliàs regulariter non intelligatur dicta clausula verificata, nisi quando Reo jam audito, processuque concluso, invenitur in causa condemnationis: neque mirum, quod in casu, in quo probatio solidior existimatur, dicatur, vel censeatur praedicta clausula verificata antequam Reus audiatur, qui sensus confirmatur ex dicto stylo, de quo *Caminha, ubi supra num. 13.*

25 Neque dicas unam, & eandem clausulam non debere accipi diversimode, nam responderetur, imò saepe eandem clausulam, & idem verbum diversimodo

de accipi, & diversum sensum reddere juxta materiam subjectam, ut colligunt *DD. ex text. in cap. Olim ex literis, & in cap. Ab excommunicato de rescript. glosa fin. in cap. Capitulum eodem tit. Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 7. num. 16. & lib. 10. disp. 17. num. 15.* & quidem hodie in specie, de qua agimus, videmus praedictam clausulam: *Atee contra elle tanto se achar, &c.* modo verificatam dici, & censeri, quando delictum, probatur sufficienter ad pœnam, ante Reum auditum, juxta *Ordinat. hoc §. final. & l. novissim. dicto §. 4.* Modò vero tunc tantum, quando processus est pro finali conclusus, Reusque auditus, prout quando Reus asscuratus est confessativa Securitate, tunc enim non incarceratur, etiam si delictum invenitur plene probatum, nisi inquisitio defensionem illi deneget, vel tandem praedicto tempore conclusionis invenitur defecisse in probatione defensionis, juxta dicenda infra *numer. 34.* & dicta supra à *numer. 3.* Aliquando tandem dicitur verificata dicta clausula, quando Asscuratus rumpit, vel, dicimus, frangit Securitatem, de qua causa dicemus infra *question. 10. per tot.*

Neque tandem dicas Legislatorem non declarasse Asscuratum in specie & terminis *dict. §. fin.* statim esse carcerandum, nam responderetur quod cum pure, & sine declaratione temporis eum esse carcerandum dixerit, statim esse carcerandum sensit, argumento *text. in §. Omnis stipulatio Inst. de verbor. obligat. cum similibus.* Ex quibus noster intelligendi modus confirmatus, & ab objectionibus liberatus remanet, & certe hic possemus dicere cum Jure consulto, in *l. Scire oportet 13. §. Aliud ff. de excusat. tutor. Sed, & si maxime verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens Legislatoris aliud vult.* Menti igitur Legislatoris standum est, quamvis verba dissonare videantur, quae tamen in proposito, recte advertenti non dissonant,

sonant, & Legislatoris mentem fuisse prædictam multa suadent, quæ consideravimus.

Remanet igitur (ut mordicus defendimus) certum, non sine magna Reorum utilitate, *Ordinationem in dicto §. finali*, nullatenus in terminis, de quibus ibi invalidasse Securitates negativas imò Legislatorem (licet per obscuros terminos (disposuisse tantum Reum habentem Securitatem negativam, ea non obstante, concurrentibus requisitis, de quibus ibi carcerandum, non semper, sed si judici de causa cognoscenti videretur delictum probari taliter, ut Reus per probationem, quæ in inquisitione contra eum invenitur, puniri posset.

¹⁶ Sin autem quæras rationem quare Legislator noster in *dicto §. fin.* illud disposuerit contra habentes Securitates negativas, non contra habentes confessivas, facile respondebimus, imperantem confessivam nunquam potuisse carcerari, ex eo quod delictum etiam plenissime probaretur, nam iste jam fatetur, quod delictum commisit, & cum hac suppositione conceditur illi Securitas, quæ ea mente petitur, & conceditur, ut defendat Reum, licet delictum plenissime probetur, usque quo Reus deficiat in probatione defensionis allegatæ, unde iste ante acta conclusa pro finali sententia proferenda, carcerari non potest (quantum ex dicto capite) quia antea non potest constare, cum non probare defensionem allegatam. Quæ ratio cessat in Securitatibus negativis; nam qui concedit negativam non supponit delictum probari sufficienter ad Reum puniendum, imò si hoc illi fuisset expressum, denegaret Securitatem negativam, quam concedit actis, & culpis ad hoc non examinatis, unde eam videretur concedere ea mente, ut sine exceptione Reo proferat quando contra eum iaventa fuerit culpa ad pronuntiationem tantum sufficiens, non si

inveniat sufficienter ad Reum puniendum, juxta dicta, & declarata supra hac quæstione præcipue *numer. 12.* Unde patet differentie ratio quam quærebamus.

Si verò quæras quare Legislator noster requisiverit in *dicto §. fin.* ut haberet locum dispositio, de qua ibi, quod pronuntiatio esset facta per aliquem ex iudicibus ibi nominatis, non per alium, item quod probatio delicti resultaret ex inquisitione, non ex querela, vel alio summario? Respondebimus non parum ¹⁷ operati iudicis pronunciantis auctoritatem, & pro ea magis præsumi ex *text. in l. 1. ff. de officio præfetti prætorio l. Iam dudum Cod. ubi causa status. Franch. decis. 382. Menoch. de arbitr. casu 4. numer. 6. lib. 2.* Deinde inquisitionis, vulgò *devassa*, casus regulariter graviores esse, ut colligitur ex *Ordinatione lib. 1. tit. 65. §. 31. juncto §. 39.* & alijs, unde in illis magis convenit Reos carcerari. Item in inquisitionibus non offeruntur teste à partibus offensis, prout fit in querela, unde illa probatio quæ resultat, ex inquisitione melior, & minus suspecta videtur, ut in specie agnovit *Gama decis. 309. num. 1.* ex quibus disponit Legislator, quod si delictum inveniat probatum Reus carceretur, dummodo tamen prædicta requisita interveniat, quia illis intervenientibus, culpæ probatio firmior videtur, quam quando illa non interveniunt, licet postea *l. novissim.* hoc ultimum emmendandum duxerit, & statuerit etiam sine requisitis prædictis Reos carcerandos, quando delictum invenitur probatum ad pænam, ut infra late dicemus à *num. 43.*

Ad *llegem autem novissimam §. 1.* quæ ¹⁹ supra pro opinione Pragmaticorum consideravimus responderetur, verba illa *sem remedio de se poder livrar*, denotare non quidem prorsus invalidas esse Securitates negativas, sed esse inefficaces, & fragile remedium adducere Reis, quando delictum plene, vel sufficienter

ter ad panam imponendam probatur, nam tunc carcerantur Rei Securitate negativa non obstante, tam ex dispositione dictæ *Ordinationis* §. *final*, si concurrant cetera requisita, de quibus ibi, quam ex generali dispositione ejusdem *leg. novissim. dict.* §. 4. quæ Reos carcerari jubet tempore contrarietatis recipiendæ, si delictum probari videatur, etiam si non concurrant predictæ *Ordination.* in §. *final* requisita, ut latius infra explicabimus. Et quanvis hæc dispositio non esset dum facta quando *l. Si non sunt* §. *quid ergo*, & *l. Vestimentorum ff. de auro, & argento legato. Menoch. de arbitr. casu 290. numer. 19. Parisius cons. 125.* Merito igitur Legislator cum restrictum esset in dicto §. *final*, & magis inferius restringere destinasset Securitarum negativarum remedium, dixit Reos remanere sine illo, scilicet, in casu frequentissimo, nempe si delictum sufficienter probetur, nam Securitate negativa non suffragante, Reus est carcerandus, juxta dispositiones predictarum legum, ideoque, pro dicto casu providet *lex novissima* de illo remedio, scilicet, de negativa coarctata, quam habens non carceratur, etiamsi plene delictum probetur, nam defendit, ut confessativa, juxta dispositionem dictæ *leg. novissimæ dict.* §. 1. & dicta supra *quæst.* 2. Non verò est mens *Legislatoris dict.* §. 1. dicere quod Securitates negativæ non afferant competens remedium dum sola invenitur probatio ad pronunciationem, non ad panam sufficiens, neque hujusmodi dictum, etiam retenta opinione Pragmaticorum, indistincte posset esse verum; nam non semper erat inutile remedium Securitatis negativæ, sed tunc demum, quando concurrerant requisita dicti §. *finalis*. Con-

cludimus igitur ideo Legislatorem in dicto §. 1. *leg. novissimæ* dixisse Reos remanere sine remedio, quia Securitas negativa fragilissimum est remedium, & ea non obstante Reus carceratur, in frequentissimo casu, scilicet, quando delictum invenitur probatum, ut supra explicavimus, at non esse mentem Legislatoris dicere simpliciter, & absolute Securitates negativas invalidas esse; nam quando invenitur tantum probatio ad pronunciationem, non ad panam sufficiens, illæ rectè defendunt Reos, usque quo aliàs debeant, secundum ipsarum Securitarum naturam, carcerari, ut supra probavimus, & defendimus.

Ex dictis constat veram non esse predictam limitationem, quam Pragmatici ex dicto §. *finali* deducunt, contra regulam à nobis supra in principio quæstionis positam, & probatam, non enim invalidæ sunt Securitates negativæ in specie dicti §. *finalis*, imò validæ, & rectè defendunt Reos dum contra eos solum invenitur probatio ad pronunciationem, non ad panam sufficiens.

Verius igitur limitanda est primò dicta nostra regula posita supra *numer.* 3. ut non procedat, si Securitas sit negativa, & delictum inveniat probatum sufficienter ad panam Reo imponendam, concurrentibus requisitis dicti §. *fin.*

Adverto tamen, quod hæc limitatio ad nostram regulam, & dispositio dicti §. *finalis* ex qua limitatio ista deducitur, hodie confunditur, & quasi supervacua facta est per dispositionem *leg. novissimæ dicto* §. 4. de qua infra, nam cum generaliter disponat, quod Reus habens Securitatem negativam carceretur tempore contrarietatis recipiendæ, si delictum inveniat probatum sufficienter ad Reum puniendum, non est quid operetur dispositio dicti §. *finalis*, in quo idem dispositum erat, quando interveniebant requi-

requisita, de quibus ibi, quæ hodie ex dispositione *dictæ l. novissim.* non requiruntur, & sic lex illa prior particularis, cessat per legem posteriorem generalem, argumento eorum, quæ scribit *Sanches de Matrim. lib. 2. disp. 24. num. 7.*

23 Quia tamen inveterata Pragmaticorum opinio, quam supra impugnavimus, ad huc (quod absit) prævalere potest, necessarium est addere aliquas sublimitationes ad dictam eorum, à nobis rejectam, limitationem; nam in specie sublimitationum statim addenda, tum cessat prædicta limitatio Pragmaticorum, etiam si illa vera foret, & remanemus in regula nostra supra posita *dict. num. 3.*

Prima igitur, & indubitata declaratio, & sublimitatio dictæ limitationis Pragmaticorum sit, quod ut possit locum habere dispositio illa *dicti §. fin.* necessarium est quod concurrant requisita, de quibus ibi, & nullum deficiat, nam cum omnia requirantur copulativè, non sufficit unum, sed necessarium est omnia intervenire ex *regula text. cum ibi notatis in §. Si plures inst. de hered. inst.* & hoc fatentur omnes de hac re tractantes.

24 Secunda declaratio, & sublimitatio sit: ut prædicti *§. final.* dispositio locum non habeat, si inquisitio, ex qua culpa resultat, formata sit, non quidem in casu à lege concessio, sed per provisionem Regiam, quæ specialiter indulgeat inquisitionem in eo casu formati, ita decisum testatur *Cabed. 1. part. decis. 52. num. 3. Prab. 1. part. arest. 102.* ubi hujus decisionis fundamenta ponit *Thom. Vaz. allegat. 67. num. 35. Mendes á Castro in praxi 2. part. lib. 5. cap. 1. num. 28.* à cujus tamen præposita ratione cavendum est Verum *Cab. ubi proxime num. 3. ad finem* existimat faciendam esse distinctionem, nam aut Rex jussit motu proprio inquisitionem formati in illo casu, vel id jussit ad partis petitionem, in priorè casu existimat

habere locum dispositionem *dicti §. fin.* 25
Secus in posteriore Caterum verius videtur in rigore juris non esse distringendum, & in utroque casu locum habere dispositionem *dicti §. finalis*, & sufficere quod inquisitio formata sit, sive quia casus ex natura sua, & *Ordinationis* regulis, casus erat inquisitionis, sive quia Princeps etiam ad partis petitionem concessisset inquisitionem formati; nam *Ordinat. dict. §. fin.* non dicit, *Je o caso for de devassa.* Sed dicit *Se do caso houver devassa*, & facit, nam ratio illa de qua supra *num. 18.* scilicet inquisitionis probationem verioremi videri, quia a partibus non nominantur testes, quando per viam inquisitionis proceditur, æque militat quando a Rege fit casus inquisitionis. At à prædicta sublimitatione, & judicatis, utpote favorabilibus, & nulli præjudicium inferentibus, non recederem.

Tertia declaratio, & sublimitatio sit, ut 26 non habeat locum *dict. §. fin.* dispositio, & Securitas negativà proferat, si inquisitio non sit incepta per aliquem ex iudicibus in *dicta Ordinatione §. fin.* nominatis, licet per eum sit absoluta, & pronunciata, ita decisum testatur *Phebus 27 1. part. aresto 141.* Verum prædicta decisio est mihi maxime suspecta, nam *Ordination. dict. §. fin.* non attendit per quem iudicem formata sit inquisitio, vel pars ejus, sed per quem sit pronunciata, unde si inveniatur pronunciata per aliquem ex illis Magistratibus in *dict. §. fin.* nominatis, videtur legi satisfactum, etiam si per alium sit incepta, imò tota formata. Caterum neque in hoc à judicatis, utpote favorabilibus recederem.

Quarta declaratio, & sublimitatio sit: 28 ut non procedat *dicti §. fin.* dispositio, & proferat Securitas, si inquisitio fuerit formata, & pronunciata per auditorem etiam literarum alicujus Domini, vel Magnatis, in cujus terris Correctores non exercent jurisdictionem, sed Auditores, nam in hac *Ordinatione* nominatur

solum Auditores Ordinum, five Militarum, & Magistratum Christi, S. Jacobi, & S. Benedicti de Avis, unde ceteri Auditores Dominorum, etiam habentes correctionem, videntur exclusi, argumento *text. in l. unica §. Sin autem ad deficientis Cod. de caducis tollendis*, & illorum admissio est ceterorum exclusio *ex text. in leg. Maritus C. de procurat. & in l. Labeo ff. de compensat.* ex quibus fundamentis hanc declarationem amplectitur *Thom. Vaz. allegat. 67. num. 33. & 34.* ubi adducit quoddam decretum, vulgò, *assento* Senatus Portuensis, in quo fuit decisum Dominorum Auditores non esse de iudicibus, de quibus loquitur *dictus §. finalis*, nec locum habere ejusdem §. dispositionem, quando per tales Auditores fuisset formata, & pronunciata inquisitio. Idem asserit *Mendez. à Castro in praxi 2. part. lib. 5. cap. 1. num. 28.* Contrarium tamen antea fuisse iudicatum refert, *Cab. 1. part. decis. 52. num. 1.* Sed immerito ex dictis, unde ab ea decisione cavendum est.

²⁹ Quinta declaratio, & sub limitatio fit: ut non procedat *dicti §. finalis* dispositio, & profit Securitas negativa, si inquisitio formata, & pronunciata sit per iudices foraneos Dominorum, & Magnatum, qui ad tales iudices foraneos creandos privilegium habent: ita resolvit *Thom. Vaz. dict. allegat. 67. num. 34.* ubi adducit jam citatum decretum Senatus Portuensis, quod idem in iudicibus, quod in Auditoribus, de quibus supra diximus, determinat, quamvis de iudicibus contrarium existimasset idem *Thom. Vaz.* quia sunt iudices foranei, de quibus indistincte loquitur *Ordinatio*.

³⁰ Sexta declaratio, & sublimitatio fit: ut non procedat *dicti §. finalis* dispositio, imò Securitas negativa profit, si inquisitio fuerit formata, & pronunciata per iudicem causatum criminalium Civitatis Ulyssiponens. nam illi iudices non sunt foranei, sed ordinarij,

quod probatur tam ex eo, quod à Decurionibus, idest in Camera eliguntur in forma *Ordinat. lib. 1. tit. 67.* quam etiam ex eo, quod gestant virgas tubias, idest, *traçem varas vermelhas*, quod proprium est ordinariorum iudicum, secundum *Ordinat. lib. 1. tit. 65. §. 1.* atqui *Ordinat. in dicto §. fin.* loquitur de iudicibus foraneis, ergo non habet locum in ordinarijs, quales sunt hi, de quibus agimus, ex quibus rationibus, ita decisum testatur *Cabed 1. part. decis. 52.*

Septima, & ultima declaratio, & sublimitatio fit, ut non procedat *dicti §. finalis* dispositio, imò Securitas profit, si illa sit non simpliciter negativa, sed coarctata: nam cum ex *leg. novissima §. 1.* huiusmodi negativæ coarctatæ concedantur, in casibus de quibus ibi, & confessativis equiparentur, in illis non habet locum *dicti §. finalis* dispositio quæ de solis negativis meris tractat, non de confessativis, quibus equiparantur coarctatæ, ut diximus, imò nec tempore *dicti §. fin.* editi, erat cognita coarctata imò prohibita per *Ordinat. tit. 130. §. 5.* & dicemus latius *quest. 6. num. 8.*

Tandem adverto, quod Rex solet concedere provisionem, ut concedatur Securitas negativa, quæ defendat Reum, non obstante huius *§. finalis* dispositione, testatur *Phab. 2. part. sub. arresto 186. vers. Concede.*

Sic sublimitata dicta prima limitatio-³³ ne Pragmaticorum à nobis tamen rejecta, amplianda venit, ut procedat, & locum habeat *dicti §. fin.* dispositio, quamvis inquisitio non sit formata per aliquem ex iudicibus, five Magistratibus ibi nominatis, sed per aliquem, qui à Rege mittitur ad inquirendum, quamvis actualiter non sit Senator, nec aliud officium gerat, quod saepe accidit, hi enim, qui Correctores, five Provisores fuerunt solent mitti ad inquirendum in aliquibus casibus, & super aliquibus criminibus. Si ergo Rei ab his fuerint pronunciati, intrabit circa Securitatem negativam,

gativam, & ejus validitatem dispositio dicti §. final. quia isti iudices sic missi qui pronunciant Inquisitionem, ut supponimus, comparantur alijs in dicti §. final. nominatis decisum testatur Phab. 2. part. arrest. 173. pro quo facit, quod isti proxime accingendi sunt Senatoria toga, unde jam pro Senatoribus habentur ex text. in l. penult. ff. de militari testamento. Item quia dicendum non est hos Iudices à Rege electos, & missos habere minorem auctoritatem iudicibus faronei contentis in dicto §. fin. ex quibus rationibus admissum quoque est in praxi, ut Conservator Universitatis Conimbricensis, & Iudices fisci reputentur in hac re tamquam Iudices nominati in dicta Ordinatione. Sic limitata dispositione dicti §. fin. quæ tamen secundum nostrum intelligendi modum non indiget dictis limitationibus, procedamus ad alias limitationes regulæ suprâ positæ num. 3.

Secunda principalis limitatio ad nostram regulam supra in principio hujus quæstionis numer. 3. positam deducitur ex leg. novissima §. 3. cujus verba sunt

34 *E possendo se algumas cartas de seguro confessativas em casos, que não sejaõ de morte, os julgadores dentro do termo do recebimento da contrariedade veram a devassa, & achando que lhes nega a defesa, prenderam os taes delinquentes, sem embargo da carta de seguro, constando-lhes que não tem, nem podem ter a dita defesa.*

Ex qua lege deducitur, habentem Securitatem confessivam, esse carcerandum tempore contrarietatis recipiendæ, si iudici de causa cognoscenti (ad quem pro hoc deliberando debent acta fieri conclusa) videatur denegari Reo defensionem allegatam. Vide Affecuratus, qui secundum regulam nostram, carcerandus non erat, nisi tempore definitivæ proferendæ, veni in casu limitationis carcerandus tempore contrarietatis recipiendæ, quod quidem non injuste disponit l. ista novissima, nam quando aperte

constat non posse Reo competere defensionem allegatam, non est cur amplius defendatur Securitate, cujus rationabile remedium est inventum ad defendendos illos tantum Reos, de quibus dubitatur an culpati sint, & digni supplicio, ut supra expendimus, & faciunt, quæ in simili de remedio si de iussorum resolvit Maranta de ordine judic. 6. part. membr. 8. num. 10.

Declaratur, & ampliatur dicta secun- 35 da limitatio, ut procedat in quolibet iudice de causa cognoscente. Probatum primò quia verba illa, *os Juzes*, quibus dicta lex novissima utitur, sunt indefinita, quæ universali æquipolent, ex text. in leg. Si ita relietum ff. de legat. 2. Deinde quia in §. 4. ejusdem leg. novissima additur, *& o mesmo farão por si os outros julgadores*, quæ clausula potest etiam referri ad dispositionem hujus §. 3. Tandem quia eadem datur ratio, & sic succedit regula text. in leg. Illud ff. ad leg. Aquil.

Declaratur, & ampliatur secundò di- 36 cta secunda limitatio, ut procedat, etiam si culpa resultet ex Inquisitione extraordinaria, id est formata in casu, qui alias non erat Inquisitionis, & illa formata fuit, ex concessione Regia. Probatum quia leg. novissima dicti §. 3. indefinite loquitur de Inquisitione, unde cum non possit negari Inquisitionem esse illam, de qua agimus, locum in ea habet dictæ legis dispositio, & ita decisum testatur Phab. 2. part. arresto 93. vers. *Contrarium*, licet pro contraria parte antea etiam fuisse iudicatum, quod Auctori illi magis placet.

Sublimitatur primò, dicta secunda li- 37 mitatio nostræ regulæ, & dispositio leg. novissima dicti §. 3. ut non procedat in casibus, in quibus culpa non resultat ex Inquisitione, sed ex querela, vel alio Summario; requiritur enim præcise, quod defensio allegata denegetur per probationem factam in Inquisitione, non alias. Probatum nam leg. novissima dicti §. 3. inquit, *veram a devassa, & achando que*

lbe nega a defesa, &c. unde in dicto solum casu est intelligenda, nam si voluisse, idem disponere quando ex querela, vel alio summario, culpa resultasset, id expracisset, quod cum non fecit non videtur voluisse, ex *text. in cap. Ad audientiam de decimis*, facit quia loquendo de Inquisitione cetera summaria, ex quibus potest defensio denegari exclusisse videtur, ex *regula text. in leg. si Servum §. Ait praetor ff. de acquirend. hered.* & ratione non caret illa restrictio ad Inquisitionem, nam probatio, quae ex ea resultat verior praesumitur, quam illa, quae resultat ex querela, ut probavimus supra *numer. 18.* & notat *Gama dicta decis. 309. cum 1.* ex quibus haec restrictio dictae *leg. novissima* placebat *Thom. Vaz in manuscriptis, quae ad secundam allegationum partem parabat cap. 4. num. 2.*

- 38 Sublimitatur secundo dicta secunda principalis limitatio, & restringitur dispositio *dictae leg. novissima §. 3.* ut non procedat in casu mortis id est homicidij, ex eadem lege, ibi, *em casos que nam sejam de morte.* Ratio est in promptu, nam in casu homicidij priusquam concedatur Securitas confessativa, de qua agimus, videri debet Inquisitio, & considerari an petenti Securitatem possit competere defensio allegata, *Ordinat. hoc titul. 130. §. 1.* unde si illi Securitas conceditur jam remanet iudicatum, illi posse competere defensionem, ac per id non potest iterum de hoc dubitari tempore contrarietatis recipiendae; facit sententia Senatus, de qua *Phab. 2. part. arresto 91.* ubi refert iudicatum in specie, de qua agimus, non posse iudicem de causa cognoscentem non admittere contrarietatem continentem defensionem, quia jam tempore concessionis Securitatis confessativae cum defensione, iudicatum est tacite, id est per concessionem; Securitatis, Reo posse competere defensionem, quod tamen intelligerem, si in contrarietate allegeretur eadem causa defensionis, quae in Securitatis

impetratione fuit allegata, haec enim jam admissibilis, & probata videtur per concedentes Securitatem, secus si diversam defensionis causam allegeret Reus in contrarietate, nam tunc cessat dicta ratio, & per consequens dicta resolutio ex *regula text. in cap. Cum cessante de appellat.*

Sublimitatur tertio dicta secunda principalis limitatio, & dispositio *dictae §. 3.* ut non procedat quando Reus habet Securitatem negativam coarctatam, nam quamvis in virtute comparatur confessativae, in *dicta leg. novissima §. 1.* tamen comparatur confessativae concessae in casu homicidij, & conceditur visa prius Inquisitione, & constando illam non denegare Reo coarctatam allegatam, unde succedunt, quae numeris praecedentibus resolvimus, neque potest dici Inquisitionem denegare coarctatam, nam jam tempore concessionis tacite fuit iudicatum, illam non denegare.

Sublimitatur quarto, seu potius declaratur, dicta secunda limitatio principalis, & dispositio *dictae §. 3. leg. novissima*, ut non procedat, si probatio quae ex Inquisitione resultat turbide, dubie, & non clare deneger defensionem allegatam, requiritur enim, ut possit habere locum *dictae §. 3.* dispositio, quod clare constet per Inquisitionem, non posse Reo competere defensionem allegatam Probatur declaratio ista ex *Ordinatione optima hoc titul. 130. §. 1.* ibi, *E se pellas ditas devassas o feito nao formui claro de sorte que nos julgadores pareço que razoadamente sem falcidade se pode provar a rezaõ, & defeza allegada pello que pede a carta entao lbe seja concedida com a dita defeza.* Ait Legislator de concessione Securitatis confessativae in casu homicidij, & quamvis dicat non esse concedendum, si Inquisitio deneger defensionem, tamen addit id intelligi, si clare denegeretur, ibi, *o feito nao formui claro* idem ergo in casu, de quo agimus ex identitate rationis dicendum est,

est faciunt quæ pro simili dispositione legis ejusdem in §. 4. dicenda sunt infra num. 47.

Notandum tamen est, quod si defensio non denegetur in actis, at videatur incepta, & non relevans, non debet Reus per hoc carcerari, & dispositione hujus legis novissimæ quæ hunc casum non comprehendit, sed debet Securitas declarari nulla, & Reus moneri, ut intra quinque dies se in tutum recipiat, vel de remedio provideat, juxta dicenda quæst. 8. num. 14.

42 Tandem restringenda est dicta limitatio principalis, & dispositio dicti §. 3. ad terminos de quibus expresse agit non enim poterit Reus virtute hujus dispositionis, de qua tractamus, carcerari nisi tempore contrarietatis recipiendæ (quo tempore ad hoc liberandum, & decernendum, acta debet deferri judici conclusa) decisum restatur *Phæb. 2. part. arresto 178.*

Tertia principalis limitatio ad nostram regulam supra in principio firmatam deducitur ex dicta leg. noviss. §. 4. cujus hæc sunt verba.

Nos casos em que as partes se livrarem sobre as cartas de seguro negativas, os Corregedores do crime da Corte antes de abertas, & publicadas veram os autos em Relação dentro do termo do recebimento da contrariedade, & parecendo-lhe aos adjuntos que tem prova bastante para castigar ao delinquente, o mandarão logo prender. O mesmo farão por sy os outros julgadores criminaes, com declaração, que das taes pronunciações poderam agravar os prezos somente.

44 Grandis limitatio resultat, ex hac lege novissimæ contra regulam nostram, & notabilis restrictio virtutis, & effectus Securitatis negativæ, & in primis noto, quod per eam cessat effectus Ordinationis dicti §. finali, nam secundum nostram opinionem, supra late probatam, in dicta Ordinatione disponitur tantummodo, quod carcerentur

Assicurati in terminis, de quibus ibi, si delictum inveniat probatum sufficienter ad Reos puniendos, ut in hac lege novissimæ, generaliter disponitur, & nos diximus, & declaravimus supra numer. 22.

Sublimitatur tamen prædicta tertia limitatio principalis, & restringitur dispositio dictæ legis novissimæ §. 4. secundum *Thom. Vaz in dictis manuscriptis, quæ probat ad secundam allegationum partem cap. 4. numer. 1.* ut non procedat si de casu querela, non Inquisitio fuerit formata, ait enim prædictus *Auctor* §. istum continuari debere cum præcedenti, in quo loquutus fuit Legislator de Inquisitione, ibi, *veram as devassas*, cujus §. 3. dispositio sine dubio procedit, quando culpa resultat ex Inquisitione, non ex querela, ut supra defendimus numer. 37. Verum limitatio ista nobis non placet; nam Legislator in hoc §. 4. mutavit phrasim, & dixit, *veram os autos*, quæ verba includunt prædictam *Valasci* conjecturam, & cum late pateant, videntur etiam comprehendere querelam, & quamlibet aliam culpam ex quacumque fonte procedat; nam lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, *cap. Si Romanorum distinctio- ne 29. Pater Sanches de Matrimonio lib. 3. disp. 35. num. 7.* & sic secundum nostram opinionem magis est in dicto casu amplianda quam restringenda dicti §. 4. dispositio, & limitatio, quam ex ea supra de duximus.

Sublimitatur iterum dicta tertia limitatio, & dicti §. 4. dispositio restringitur, ut non procedat si delictum turbide, & dubie probetur, nam ut illa dispositio locum habeat, requiritur clara, & non turbida delicti probatio, ita *Thom. Vaz, in dictis manuscriptis num. 9.* & id videntur probare verba illa, *Entendendo que tem prova bastante pexa castigar o delinquente*, juxta dispositionem *text. in l. fin. Cad. de probat cap. Sciant 2. quæst. ultima, cum resolutis per Clarum §. fin. quæst. 66. num. 3. Morl. in Empori ju-*

ris titul. 9. quest. 11. cum multis alijs, secundum quæ clara probatio requiritur ad affligendam pœnam delinquenti. Facit *Ordinatio hoc titul. 130. §. 1.* quam pro simili expendimus supra *num. 41.*

48 Verum neque hujusmodi sublimitatio, & *dicti §. 4.* restrictio indistincte vera nobis videtur; nam existimamus, quod etiam si delictum non plene, sed tantum semiplene, vel quasi probetur, erit Reus carcerandus, secundum hujus *§. 4.* dispositionem. Movemur quia in his terminis verificata videntur verba *dicti §. 4.* & jam dicitur dari probationem ad puniendum Reum, nam quando contra eum datur simplena, vel quasi simplena delicti probatio imponitur Reo pœnam, arbitraria mitior ordinaria, ut probant *Capicinus decis. 26. in fine, Gramat. decis. 42. Farinat. in pract. tom. 3. quest. 86. numer. 27. & cum Bart. Gom. & alijs Paz in pract. 5. part. tom. 1. cap. 3. §. 12. num. 22.* Recte igitur dicitur Reum esse in causa condemnationis, & inventam esse culpam ad eum puniendum, quando contra eum invenitur probatio sufficiens ad pœnam etiam extraordinariam illi imponendam, licet insufficiens ad pœnam ordinariam. Facit optimè *Ordnation. lib. 5. titul. 124. §. 23. ibi, & se aos Desembargadores parecer, que o seguro tem alguma culpa, mandaloam prender.* Notando sunt verba, illa, *tem alguma culpa*, quæ denotant sufficere culpam aliquam, licet non talem, quæ mereatur totam, & ordinariam pœnam, & quamvis *dicta Ordination.* loquatur in casu quo acta sunt apud Senatores pro finali sententia proferenda, tamen ratio in qua fundatur multum facit pro nostra assertione, illam etiam confirmat *Constitutio Ecclesiastica Episcopatus Combricensis titul. 31. Constitutio- ne 9.* quæ disponit non esse concedendas Securitates cum defensionibus, quæ probatæ minuunt delicti pœnam, sed requiri illam prosus excludere, & merito

nam cessat ratio propter quam dicimus non carcerandum, qui est in causa absolutionis, ille enim qui in causa est condemnationis, licet non ad ordinariam, sed extraordinariam pœnam sit condemnandus, innocens non est, & merito incarceratur ne aufugiat, & judicem, vel partem offensam eludat.

Si tamen adeò levis pœna imponenda venerit, ut cesset omnis fugæ timor, non juberem, Reum carcerari, nisi tamen pars offensa accusaret, illa enim accusante, semper juberem Reum incarcerari, si in causa condemnationis, etiam levioris inveniat, ex ijs, quæ dicimus in *tract. de Inquisitionibus quest. 10. à num. 2.*

Quæ proxime resolvimus pro explanatione *dictæ legis novissimæ §. 4.* observanda similiter existimamus, quando tempore conclusionis in causa deliberatur, an Asscuratus sit in causa condemnationis.

Ad calcem admonere liceat judices, ne secundum erroneam praxim præcise, & tanquam ex officio jubeant Asscuratos in carcerari, tempore contrarietatis, vel conclusionis in causa, & minus super conformitate, ut aiunt, nam id, jus aut ratio non patitur. Neque illa erronea praxis observari potest sine notabili, in justo Reorum præjudicio, qui semel incarcerantur, ultra molestiam quam patiuntur, contingit per multum tempus adversariorum cavillationibus derineri licet judex eos relaxationis decreto aggravant, & tale gravamen ad tempus suspendit ex *decis. ad ducta per Phab. 1. part. arresto 101.* Non igitur incarcerari jubeant Asscuratos prædictis temporibus, nisi postquam, visis actis, invenerint eos carcerari debere, secundum dispositionem *Ordnat. lib. 5. tit. 124. §. 23. & leg. noviss. dict. §. 3. & 4.* & *dicta supra à num. 3.* & minus super conformitate, quod speciatim improbabimus infra *quest. 15. num. 2.*

Ex dictis ergo hujusque regula manet, nec,

nee, quod Securitas (legitime impetrata, nec aliàs rupta, sive fracta) cujuslibet sit qualiratis, defendit impetrantem ne carceretur, dum contra eum non invenitur probatio sufficiens ad pœnam illi imponendam, licet inveniatur sufficiens ad capturam. Sin autem delictum inveniatur sufficienter probatum ad pœnam imponendam, tunc si Securitas fuerit confessativa in casu homicidij, vel coarctata, non potest Affecuratus incarcerari, nisi tempore conclusionis pro finali, appareat Affecuratum confessativa defecisse in probatione defensionis: Vel delictum, non, autem coarctatam probari, quando Affecuratus coarctata defenditur, & sic hunc, ¹⁶ vel illum in causa esse condemnationis. Ratio est, quia istæ Securitates concedunt visa prius inquisitione, unde tempore contrarietatis carcerari non possunt impetrantes, jam enim judicatum est defensionem, vel coarctatam non denegari in inquisitione, & sic illo tempore isti Affecurati non possunt carcerari, sed tantum tempore conclusionis, si, ut dictum est, inveniatur in causa condemnationis. Si autem Securitas fuerit confessativa ordinaria, id est, concessa non visa

inquisitione, poterit Affecuratus carcerari, ex *leg. novissim.* tempore contrarietatis recipiendæ, si tunc inveniatur defensionem ab eo allegatam in culpis, ut aiunt, denegari; Si autem id non inveniatur, & sic tunc non incarceretur, poterit incarcerari tempore conclusionis in causa, secundum proximè dicta. Sin tandem Securitas negativa fuerit, poterit Affecuratus incarcerari tempore contrarietatis recipiendæ, si tunc inveniatur delictum probari sufficienter ad pœnam imponendam, sine autem tunc non carceretur, poterit carcerari tempore conclusionis pro finali, si tunc inveniatur in causa condemnationis. Ecce studiose lector habes breviter, & compendiose, quando Affecuratus possit incarcerari nullo igitur alio modo, vel tempore poterit juste carcerari, quantum ex hoc capite de quo agimus, quando, scilicet, ex ipsa Securitatis natura, vel legis dispositione cessat Securitas, & ejus virtus, nam quando carcerari possit, & alijs rationibus, vel transgressionibus, dicemus *quæst.* 8. & 10. & alijs, quæ autem hic summarim colligemus omnia fere hac *quæstion.* probata remanent.



QUÆSTIO QUARTA

Quis possit concedere Securitates, de quibus agimus, & an teneatur ad concedendum, ita ut à denegatione provocari possit.

SUMARIUM.

- 1 **P**resides Curiales criminales domus Supplicationis, & Præses domus Portuensis possunt concedere Securitates in suis territorijs. Etiam in casibus quorum cognitio ad certos iudices pertinet, veluti ad Conservatorem Universitatis, vel Judicem Fisci.
- 2 Prædicti Magistratus non possunt concedere Securitates officialibus pro erroribus officij, si sint tales officiales quibus Senatores Palatij concesserint chartas officiorum.
- 3 Neque per se, sine Senatu, possunt concedere confessativas in casu homicidij, neque negativas coarctatas.
- 4 Post primam Securitatem concessam in Senatu, ceteras per se concedunt prædicti Præsides.
- 5 Quæ dicta sunt, intelliguntur etiam de coarctatis.
- 6 Præsides Provinciae, sive corrector concedit Securitates in sua provincia.
- 7 Non concedit officialibus pro erroribus officiorum.
- 8 Neque pro homicidio: pro crimine traditorie commisso: sodomia: fabricatione falsæ monetae: ruptura carceris: resistantia: hæresi.
- 9 Neque generaliter, ubi præsens est Præsides Curialis, sive domus Portuensis.
- 10 Auditores Dominorum non concedunt Securitates.
- 11 Nisi ad hoc habeant privilegium, vel consuetudine illis competat, prout ali-

quibus competit.

- 13 Ceteri Magistratus, ultra supra citatos non concedunt Securitates.
- 13 Respectu certarum personarum, vel causarum concedunt Securitates alij iudices.
- 14 Judex Cancellariae concedit Securitates pro erroribus officij.
- 15 Conservator Universitatis Conimbriensis concedit Securitates suis subditis, etiam in casibus mortis.
- 16 Judex Ordinum Militarium concedit Securitates Equitibus, at hoc est controversum.
- 17 Judex Fisci concedit Securitates in causis ad ejus cognitionem pertinentibus.
- 18 Inferiores iudices debent videre inquisitiones quando ab eis petitur confessativa, in casu homicidij, vel negativa coarctata, & eas denegare, si defensio denegetur in inquisitione.
- 19 Magistratus prædicti qui possunt concedere Securitates, non possunt in uno casu concedere ultra tres Securitates, nisi præcedente provisione Regia.
- 20 Concessio generalis Securitatis restringitur ad casus in quibus Magistratus ille concedere potest.
- 21 Vicarij Episcoporum concedunt Securitates pro omnibus delictis.
- 22 In Archiepiscopatu Bracharensi, & episcopatibus Provincialibus, in delictis gravioribus debet prælatum consulere Vicarius ante concessionem.

23 Vica:

- 23 *Vicarij foranei concedunt Securitates pro criminibus de quibus cognoscere possunt.*
- 24 *A denegatione gratiæ appellare non licet.*
- 25 *A denegatione Securitatis appellari potest, etiam per procuratorem, at in regno aggravatur.*
- 26 *A concessione Securitatis potest aggravare adversarius.*
- 27 *Suspectus Magistratus, valide concedit Securitatem.*



PR O distincta materiæ cognitione, ponemus regulas, sive resolutiones cum suis exceptionibus, & declarationibus. *Prima igitur regula sit.* Præsides Curiales criminales, & Præsides criminalis domus Portuensis vulgò *os Corregedores do crime da Corte, & da casa do Porto*, quilibet in suo territorio vulgò *distrito*, potest concedere Securitates, de quibus agimus: constat ex *Ordinat. lib. 1. tit. 7. §. 12. cum antecedentibus, juncto tit. 38.* ubi eadem jurisdictionis conceditur Præsidi criminali domus Portuensis, quæ in *dicto tit. 7.* concessa fuit Præsidibus Curialibus, & hunc posse Securitates concedere nemo dubitat, undè excusantur plures allegationes. Et Præsidem Curialem posse concedere Securitates etiam de homicidijs in India commissis, *Cab. 1. part. arresto 22. Martins annot. 6. num. 14.* Ampliandam credo perdictam assertionem, ut Præsides curialis possit concedere Securitates, etiam pro criminibus, quorum cognitio pertinet ad certos judices, veluti ad conservatorem Universitatis, vel Judicem Fisci, ita deducitur ex statuto Universitatis de Conservatore loquente, & quæ dicimus supponente *lib. 2. tit. 27. §. 2.* nisi tamen concessio Securitatum ad alios judices privativè pertineat, de quibus statim.

2 Regula prædicta patitur limitationes.

Prima est, ut prædicti præsides Curiales, sive domus Portuensis non possint concedere Securitates officialibus pro culpis ex erroribus officij procedentibus, has enim solus iudex Cancellariæ potest concedere, *Ordinat. lib. 1. dict. tit. 7. §. 13. & 14. §. 1. ibi, & outro julgador as nam passara, ainda que sejam os Corregedores do Crime da Corte, & tit. 58. §. 4. Thom. Vaz alleg. 67. num. 7.* dummodo tamen officiales sint ex illis, quibus Senatores Palatii concedunt chartas officiorum, suorum ut in *dicto tit. 14. §. . .* exprimitur, quales autem illi officiales sint, habetur in *Regimine Senatorum Palatii §. 65. usque ad §. 63. & extravag. 2. tit. 4. lib. 1. extravagantium.* Si tamen forte Curia fuerit separata à domo Supplicationis, poterit Præsides Curialis prædictus officialibus concedere Securitates in specie *dicti. §. 13. dicti tit. 7.*

Secunda limitatio est ut prædicti Præsides non possint per se, sine Senatu con-³cedere Securitates confessivas in casu homicidij, quia istæ in Senatu, visa prius inquisitione, vulgò *de vassa*, concedendæ, aut denegandæ sunt, ex *Ordinat. hoc nostro tit. in §. 1.* Idem dicendum est de negativis coarctatis, ita disponente *leg. novissim. in §. 1.* unde in his casibus magis liberam potestatem habent Præsides Provinciarum, vulgò *Corregedores das Comarcas*, & Auditores illi Dominorum, qui concedere possunt Securitates (de quibus infra dicemus) quam Præsides Curiales, nam præsides Provinciarum, per se concedunt prædictas Securitates negativas coarctatas, in casibus in quibus aliàs concedere possunt, ut in *dict. leg. noviss.* habetur ibi, & *isto mesmo averá lugar nos julgadores, que por sy sos podem passar cartas de seguro dessa qualidade.* Item Auditores illi, qui possunt concedere Securitates in casu homicidij, de quibus infra, per se illas concedunt, unde in his videntur habere magis liberam potestatem, quam Præsides

fides Curiales, cum isti non per se, sed cum Senatu eas concedant.

Neque limitationi obstat *Ordination. dict. lib. 1. tit. 7. §. 10.* ubi non solum per mittitur Præsidi Curiali concedere Securitatem in casu homicidis, sed etiam omnibus alijs Magistratibus id denegatur: quia respondetur, certum, esse regulariter Præsidem Curialem posse per se, sine Senatu concedere Securitates in casu homicidij, sed hanc regulam limitari, quando in dicto casu petit Reus primam Securitatem confessativam, nam tali casu disponit specialiter prædicta *Ordination. hoc tit. 130. §. 1.* quod talis Securitas confessativa non concedatur, nisi in senatu, visa prius inquisitione, vulgò *devassa*, ut constare possit Senatoribus concedentibus, an confitenti delictum, defensionemque alleganti, illa competere possit, ut ita concedatur, aliàs denegetur Securitas, juxta dicenda infra *quest. 6. num. 6.* in qua re debent intervenire, & judicare cum Præsidi Curiali quinque alij Senatores, ut per omnes sint sex, proponente tanquam iudice, & relatore Præsidi Curiali, votaque sua omnibus proferentibus, de quo stylo testatur *Martins à Costa in lib. stylos da casa da Supplicação annot. 6. num. 32.* At vero extra prædictum casum, potest sine dubio

4 Præsides Curialis per se concedere Securitates omnes, imò etiam in prædicto casu, post primam concessam in Senatu, potest per se concedere secundam, & tertiam, si petantur, ut decisum testatur *Cab. 1. part. decis. 57. per totam*, & merito, nam cum jam in Senatu sit deliberatum, & decisum Reo debere concedi Securitatem, non est cui illa dubitatio jam decisa, amplius ad Senatum defertur, nec ratio ulla datur, ut per se non possit Præsides secundam, & tertiam Securitatem concedere in illo casu, in quo prima jam fuit concessa per Senatum.

5 Idem quod diximus de confessativis

Securitatibus in casu homicidij, dicendum est de Securitatibus negativis coarctatis in casibus, in quibus concedi possunt, secundum *leg. novissim. §. 1.* nam conceduntur visa inquisitione in Senatu, eodem modo supra in confessativis præscripto, ut in *dicta leg. novissim. in §. 1.* deciditur. Et sic prima coarctata non potest concedi à solo Præsidi Curiali sine Senatu.

Secunda regula fit, Præsides Provinciae sine potius Corrector (nam jure *Codici. tit. de officio Rectoris Provinciae* Rector, & ita apud nos Corrector proprie appellatur, & ita appellat *Cab. 1. part. decis. 202.* vulgò *Corregedor da Cemarca*) potest in sua Provincia concedere Securitates, & per viam regulæ tantum potest in hoc peculiari in sua Provincia, quantum Præsides Curialis. *Ordination. lib. 1. tit. 58. §. 40.* imò in casibus, de quibus supra *numer. 3.* maiorem habet potestatem, cum ipse per se possit concedere, Securitates de quibus ibi, Præsides verò Curialis non possit sine Senatu, ut ibi diximus, sed ista regula patitur limitationes.

Prima limitatio est, ut Præsides Provinciae non possit concedere Securitates officialibus pro erroribus officij, quod probatur per argumentum à fortiori, nam si præsidibus Curialibus id supra denegavimus, à fortiori est denegandum Correctoribus *Ordinat. dict. §. 40.*

Secunda limitatio est, ut Præsides Provinciae, sive Corrector non possit concedere Securitates in casibus sequentibus: in homicidio: in quocumque crimine, traditoriè commisso, vulgò *traição ou aleivosia*: sodomia: falsæ monetae fabricatione: carceris ruptura pro extrahendis carceratis: resistantia contra officialem justitiæ, ita disponitur in *dicto tit. 58. §. 40.* Item in crimine hæresis, ut in *Ordinat. dict. tit. 7. §. 8.* in quibus casibus Securitates non concedit Præsides Provinciae, sed Præsides Curialis illius territorij vulgò *distrito*.

Tertia

9 Tertia limitatio est, ut Præses Provinciae, generaliter, non possit concedere Securitates quaslibet in locis ubi Præsens est Præses Curialis, seu domus Portuensis, ita disponente *Ordinat. dict. §. 40. in fine, Thom. Vaz dict. alleg. 67. num. 22.* quæ *Ordinatio* licet solum de Præsibus Curialibus loquatur, tamen ad Præsides domus Portuensis est extensa per decretum illius Senatus, ut testatur *Thom. Vaz dicto loco.*

10 Tertia regula sit Auditores Dominorum non possunt concedere Securitates, quia nulla lex id illis permittit, imò expressè prohibet *Ordinat. lib. 2. tit. 45. §. 4.* sed hæc regula.

11 Limitatur primò, ut non procedat in Auditoribus illorum Dominorum, qui ad hoc habent peculiare donationes, & privilegia à Rege, quorum virtute Auditores exercent correctionem, & officium Præsidis Provinciae, sive Correctoris, qui in illis terris jurisdictionem non exercet, & ita constat Auditores aliquorum Magnatorum, item illustrissimi Archiepiscopi Primatis Bracharensis posse concedere Securitates, ut sine quaestione observari videmus, & de aliquibus ex prædictis testatur *Thom. Vaz dict. allegat 67. num. 9.* imò quod magis est Auditores excellentissimi Ducis Bragançæ, nunc Regis nostri felicissimi poterant concedere Securitates in casu homicidij, & resistentiæ, ut judicatum, testatur *Thom. Vaz dict. alleg. 67. numer. 13.* in quo superabant Præsides Provinciarum, qui in illis casibus non possunt concedere Securitates. Item Auditores Illustrissimi Primatis Bracharensis concedunt Securitates, tam negativas, quam confessativas, etiam in casu homicidij, quia id eis licet ratione contractus celebrati inter Archiepiscopos, & Reges, *Thom. Vaz ubi supra n. 13.*

12 Quarta regula sit Alij Magistratus Præter suprascriptos non possunt regulariter concedere Securitates, de quibus agimus. Quæ regula generaliter vera est, si

de indistincta Securitarum concessione loquimur nam respectu criminum in territorio commissorum nullus præter suprascriptos habet generaliter, vel regulariter potestatem concedendi Securitates. Aliqui tamen alij habent prædictam potestatem respectu ad aliquas certas personas, & in certis casibus: vel, uti Judex Cancellariæ pro erroribus officij Tabelionibus scribis, alijs ve officialibus, secundum ea quæ diximus supra *num. 2.* Item, Conservator Universitatis Conimbricensis scolasticis, & alijs privilegiatis, etiam in casu mortis, ex *Statuto lib. 2. tit. 27. §. 2.* Judices Ordinum Militarium Equitibus, ut per *Barb. in addit. remiss. ad lib. 5. Ordinat. tit. 130. numer. 123.* Sed contrarium decretum fuit in Senatu Palacij, ut per decretum adductum à *Martins à Costa in lib. domus supplicationis styli, sub. titul. Assentos da Relaçam, fol. mihi 138. vers.* Item Judices Fisci concedunt Securitates in criminibus de quibus cognoscere possunt, & in casibus in quibus Correctores Securitates, concedere possunt, ita disponente *Regimine Fisci §. 49* & secundum praxim etiam in casu homicidij, de quo cognoscunt.

Hic advertere oportet, quòd isti judices, qui concedere possunt Securitates, si casus sit homicidij, & petatur confessativa cum defensione, debent ante concessionem videre inquisitionem, vulgò à *devassa*, & an petenti denegent defensionem allegatam juxta dicenda infra *quæst. 6. num. 7.* nam licet *Ordinat. ista dicta §. 1.* solum disponat, quod videatur inquisitio in dicto casu, quando Securitas confessativa petitur à Præsede Curiali, tamen idem est dicendum a quocumque petatur; nam illa *Ordinat.* ideo præsidibus Curialibus solum fuit locuta, quia attentò ipsius *Ordinationis* jure, & se moro privilegio, solis præsidibus Curialibus, seu domus Portuensis, competebant Securitates in casu homicidij, concedere, ut diximus supra *regula 2. vers. 2. limitatio.*

At cum ex privilegio aliquibus inferioribus competat concedere tales Securitates, illi tenentur idem observare. Pro quo facit quod *lex novissima in §. 1.* disponens coarctatas concedendas, visa prius inquisitione in Senatu, quando petuntur à præsidibus Curialibus, statim adjicit idem facere debere per se inferiores, quibus competit Securitates illas concedere, quòd indubitatum est

19 Advertendum etiam est quod prædicti Magistratus, qui possunt concedere Securitates, possunt quidem in uno casu, primam, secundam, & tertiam concedere, quartam verò, vel ulteriorem non possunt, ita decidente *Ordination. lib. 5. tit. 130. §. 1.* unde Rei debent ad quartam Securitatem, impetrare Regiam provisionem, quam concedunt Senatores Palatii, ut in eorum *Regimine §. 80. notat. Thom. Vaz dict. alleg. 67. numer. 22.* & deducitur ex *Ordinat. hoc titul. 130. §. 2.*

20 Advertendum etiam est, quod concedentes Securitates pro clausulis generalibus ab impetrantibus in petitionibus positis, videntur solum concedere pro casibus, in quibus possunt, nam si interrogarentur an concederent pro casibus in quibus non possunt, sine dubio est responsuros, solum concedere pro casibus in quibus lex illis permittit eas concedere, unde ad hos est restringenda Securitas ex notatis per *Everadum in suis topicis loco à verosimili num. 3. Mantica de conject. lib. 3. tit. 19. numer. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 26. num. 8. & 21. & ex his quæ Pegna ad tertiam partem Directorij coment. 23. num. 16. vers. Alteram sententiam, Sousa in aphor. Inquisit. lib. 2. cap. 20. num. 44. & in specie Farinat. 1. tom. quæst. 29. num. 42. & 45. ubi dicit salvum conductum recipere interpretationem à mente, & à potestate concedentis.*

21 In foro autem Ecclesiastico, in omnibus casibus, concedit Securitates Vicarij

generalis Episcopi, ut in omnibus fere Episcopatum constitutionibus disponitur, & agnoscit *Ordination. lib. 2. tit. 1. §. 22. Thom. Vaz allegat. 19. num. 22. 1. In Concilio tamen Provinciali Bracharensi adionis 4. part. v. 1. cap. 19.* constitutum est ne vicarij Securitates concedant Episcopis inconsultis, quando delicta talia erunt, quod scandala, & rixe timeantur, si Rei Securitatis fiducia in urbe solo, vel templo versari videantur; & si defactio concedantur viribus non subsistere. Unde in hoc casu limitatur potestas Vicariorum ad concedendas Securitates in Archiepiscopatu Brachateni, & Provincialibus, scilicet Conimbricensi, Portuensi, Vicensi, & Mirandensis Episcopatibus.

Vicarij verò foranei vulgò *Vigairos das Comarcas*, possunt in Archiepiscopatu concedere Securitates in illis casibus, & criminibus de quibus cognoscere possunt, non in alijs, ut habetur in eorum *Regimine titul. 55. Constitutionis Bracharensis*, quod idem observandum existimo in alijs Episcopatibus, in quibus sunt Vicarij foranei, nam hi non poterunt concedere Securitates, nisi in casibus ad eorum cognitionem pertinentibus, in conveniens enim est, quod tribuatur potestas concedendi Securitatem illi, cui in illo casu jurisdictio denegatur.

Ad secundam verò partem quæstionis an scilicet Magistratus, qui possunt concedere Securitates teneantur ad concedendum, ita ut à denegatione juste provocari possit? Respondendum videtur negativè. Primò quia Securitatum inventio, & concessio non procedit ex iustitia sed ex gratia, atqui à denegatione gratiæ non licet appellare *Maranta de 24 Ordin. iuric. 6. part. tit. 5. & quandoque appellatur num. 36. Felin. in cap. Super his de appellat. num. 13. vers. sexto limita, Bald. in lege Quicumque num. 17. vers. quart. casu l. de servis fugitivis, ergo, &c. Secundo ex dictis à Gratiano discept.*

discep. forens. cap. 146. num. 25. ubi ait, ab his arbitrarijs appellare non licere, & num. 16. ubi dicit, quod licet sit in observantia dare carceratos sub fideiussoribus, tamen si id denegetur, appellari non posse.

²⁵ Verum prædictis non obstantibus, contrarium in nostro casu dicendum existimo, quia *Ordinatio, lib. 1. dict. tit. 7. quasi per totum, & dicto tit. 58. §. 40. & alibi sæpè non relinquit arbitrio, aut voluntati iudicis Securitarum concessionem, sed utitur verbis præceptivis, nêpè, Dara, passara, ut videre est in dictis locis; unde quumvis inventio Securitarum gratiosa sit, quia tamen lex præcipit gratiam hanc concedendam esse, si non concedatur, iuste appellatur, ut similiter denagatione dispensationis resolvit *Sanches de Murimon. lib. 3. disput. 10. num. 21. Felinus ab eo relatus in cap. exceptionem num. 6. de exceptionibus sentit. Gratian. dicto loco num. 17.* Secundo eadem pars confirmatur ex eo: nam si aliquo statuto gratiose concedatur, quod Rei sub fideiussoribus, relaxentur, si hæc gratia denegetur, iuste appellatur *Maranta de Ordine judic. 6. part. memb. 8. num. 4.* Tertio tandem de iure hodierno aperte probatur per *leg. novissimam §. 1. in fine, ubi, & da concessam, ou denegaçam dellas poderà cada huma das partes agravar por seu procurador, ainda que nam seja prezo.* Unde hodie*

cessat omnis dubitatio. Ad contraria patet responsio.

An verò per contrarium pars adversa ²⁶ possit provocare à concessione, si existimet in eo casu non debere concedi Reo, dubitari posset, sed dicendum est posse gravamen interponere, ut in *dicta lege novissima* exprimitur loco proxime citato.

Quid autem præmittere debeant Magistratus illi, qui concedere debent Securitates, hac *quæstione* diximus: quando debeant eas denegare dicemus *quæstione 6.* quo verò tempore eis non sit permittum concedere Securitates, *quæstione sequenti* adnotabitur.

Ad calcem noto, quod etiam si suspectus sit concedens, veluti, quia consanguineus est petentis Securitatem, vel inimicus partis adversæ, tamen Securitas valida erit, nam cum sit causa gratiosa, & non contentiosa (res enim adhuc agitur inter petentem, & concedentem) non est locus decisioni *text. in lege Qui jurisdictioni ff. de jurisdic. omnium judic. & Ordinatio nostra lib. 3. tit. 24.* ut notat *Iaz. in dicta leg. n. 8. cum alijs citatis à Barb. ad dicta Ordination. num. 2.* sentit in specie, de qua agimus novissimè, *Sapientissimus Thémudo decisione 72. num. 9.* cuius tamen ratio præpostera videtur. Sin autem de validitate, vel nullitate Securitatis, ex alio capite tractetur, jam in hoc iudicio, ut pote contentioso, suspicio locum habebit ex regulis ordinarijs.



QUÆSTIO QUINTA

Quo tempore Securitates concedi, & impetrari possint?

SUMMARIUM

- 1 **S**ecuritas regulariter potest impetrari statim potest delictum commissum.
- 2 Impugnatur Cardozo dicens non posse impetrari antequam de delicto constet.
- 3 Regulariter potest concedi Securitas, etiam si inquisitio, nec sit absoluta, neque incepta.
- 4 Securitas defendit à carceratione, que fieri potest culpam formatam, ex dispositione, & interminis leg. novissim. §. 14.
- 5 Ante delictum commissum concedi non potest Securitas.
- 6 In casu vulnerum inflictorum, vel tumefactionum, non potest concedi negativa ante triginta dies elapsos.
- 7 Idem dicendum, si petatur negativa coarctata.
- 8 Confessativa Securitas non expectato, predicto, vel alio tempore, potest concedi.
- 9 Senatores Palatini dispensant, ut concedatur negativa ante predictum tempus.
- 10 In casu homicidij non potest concedi negativa nisi elapsis tribus mensibus.
- 11 Refertur opinio Patr. Sanch. circa computationem mensium.
- 12 Dicta computatio apud nos non observatur propter Ord. lib. 3. tit. 13.
- 13 Tres menses, in proposito, non aginta dies continent.
- 14 An competet dies delicti, & ille in quo dictus terminus desinit? Remissive.
- 15 Confessativa in casu homicidij non potest concedi, nisi post formatam inquisitionem.
- 16 Idem dicendum de negativa coarctata in quocumque casu petatur.
- 17 An Securitas concessa ante elapsos predictos terminos, incipiat valere post illos elapsos.
- 18 Actus nullus, non sit validus, licet postea cesset causa annullans.
- 19 Contrarium verius esse credimus in proposito.
- 20 Nulliter concessum, vel factum, incipit valere, si perveniat ad casum in quo fieri, vel concedi potest.
- 21 Respondetur fundamentis partis adversæ.



N hac quaestione regula statuenda est, scilicet, Post delictum commissum, statim impetrari, & concedi potest Securitas tam confessativa, quam negativa. Probatum primo, quia nulla, lex (excipimus duos casus infra exprimendos) prohibet quod Securitates statim post delictum commissum concedantur, unde id non debemus asserere argumento text. in l. Illam C. de colat. Secundo quia si, lex illud voluisset expressisset ad l. Item apud Labeonem §. At Prator ff. de jure jur. cap. Ad audientiam de decimis, unde cum id expressum non sit, non est dicendum. Tandem per argumentum à speciali, quod in jure validum est ex text. in l. Maritus C. de procurat. l. Quod Labeo ff. de compensat. nam Ordinatio hoc nostro tit. in principio, in illis peculiaribus casibus disponit quod non, nisi post triginta, vel nonaginta dies

dies, Securitas negativa concedatur; ergo regula est in contrarium ex doctrina Jure consulti in *l. Nam quod liquida §. fin. ff. de penulegata.*

Ex dictis infertur primò tutum non esse, quod scribit Cardoso *in praxi judicium verbo Epistola* (improprium sanè nomen, quod aliqui utuntur) *num. 6.* scilicet, quod non potest impetrari Securitas antequam de delicto constet, nam etiam antequam de illo constet, vel Reus sit pronunciatus, dummodo jam commissum sit potest Securitas impetrari, quod probatur tam ex regula supra posita, quam ex *Ordinat. lib. 5. tit. 124. §. 21.* ubi supponitur quod potest aliquis pronunciatus non esse, & tamen se defendere cum Securitate, ergo illa conceditur, etiam si ille, qui eam petit pronunciatus non sit, & id observatur in *praxi*, non enim per viam regulæ, solent videri acta, aut accipi aliqua informatio ad concedendas Securitates, sed ad petitionem tantum concedi solent sine alia discussione. Facit tandem pro hac illatione *Ordinat. hoc lib. 5. tit. 131. §. 2.* ubi supponitur ante culpam formatam, fuisse concessam Securitatem.

³ Secundò infertur multo minus necessarium esse, quod inquisitio expedita sit, vulgò, *que a devassa seja acabada*, ut Securitas concedi possit. Neque contrarium probat arrestum Senatus relatam à *Phæb. 1. part. arresto 25. Barb. in remissionibus* additis ad *Ordinat. lib. 5. tit. 130. num. 126.* nam fatemur in casu, de quo ibi, scilicet, homicidij, necessarium esse, quod inquisitio sit expedita ad concedendam Securitatem confessativam, vel negativam coarctatam, ut infra *num. 15.* limitando, & explicando prædictam regulam dicemus, sed regulariter contra. Hinc subinfero Securitatém impetratam, ⁴ sine dubio defendere impetrantem, quando adversarius petit, & requirit eum carcerari ante culpam formatam, pro ut licet in casibus, & forma *leg. novissima §. 14.* Ratio est in promptu, nam hujusmo-

di partis requestum, non potest plus operari, quam culpa jam formata, immò illud requestum operatur carcerationem, quia speratur, ut intra octo dies culpa formetur, si igitur, quamvis culpa formata sit, nihilominus impetrans Securitate defendendus est, multo magis quando culpa non est formata, frustra enim fit, vel expectatur quod nihil operari potest *argument. text. in leg. Ad probationem ad finem C. de probationibus text. optimis in leg. Hæc stipulatio §. Divus ff. ut legat. nomine caveatur.*

Tertiò tandem infertur non posse per contrarium concedi Securitatem, ante delictum, commissum. Probatur quia in dicta regula, & conclusione, diximus: post delictum commissum, ergò non ante. Secundo, quia aliàs, scilicet, si concederetur ante crimen patratum, daret lex occasionem delinquendi injuriaque nasceretur, unde jus speratur, contra regulam *text. in leg. Meminerint C. unde vi* Tertiò, quia *Ordinationes* de concessione Securitatum loquentes, semper utuntur verbis de præterito, ut in *Ordinat. lib. 1. tit. 7. §. 10.* ibi, & *em caso de morte de homem commetido, &c. & in §. 31. ibi. De resistencia, que se diga ser feita, &c. & §. 12. ibi, & outros maleficios commetidas, &c.* & alibi sæpe, ex quibus semper praxis, quæ est optima legum interpretis, id conservavit, & notat Cardoso *in praxi dicto verbo, Epistola num. 6. & cum Surdo, Farinat. & alijs, Mendes a Castro in praxi 2. part. lib. 5. cap. 1. num. 26. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 337. Plures relati à Farinat. in pract. crimin. lib. 5. tit. 4. quæst. 29. num. 58. Barb. ad Ordinat. hoc tit. 130. in principio num. 3.* loquendo in simili de salvo conductu. Et sane resoluta in hac illatione tertia indubitalia sunt, quis enim auderet petere, aut concedere Securitatem pro crimine committendo?

Prædicta regula à nobis supra posita limitationes, & declarationes aliquas recipit. Et primo limitatur, ut non procedat

cedat in casu vulnerum inflictorum, vel tumefactionum, vulgò, *feridas, ou pifaduras, in chadas*, in quo casu ille qui vulnerasse dicitur, non potest impetrare Securitatem negativam statim, sed requiritur quod, à die commissi criminis, sint transacti triginta dies, ut expresse disponitur in *Ordinat. hoc tit. 130. in principi. pro Thom. Vaz dict. alleg. 67. num. 14. & 20.* Idem de negativis coarctatis, quæ petuntur ex dispositione *leg. novissima* in casu homicidij, vel vulnerum inflictorum, nam licet compararentur confessativis, tamen in dictis casibus concedi non posse, nisi triginta diebus, vel tribus mensibus transactis, decisum refert *Phabus 1. part. aristo 138.* & licet male dicat indistincte, quod coarctata non possunt concedi, nisi transacto dicto tempore, tamen debet intelligi in dictis casibus, vulnerum, vel homicidij.

8 Dicimus non posse in casu limitationis, ante prædictum tempus concedi Securitatem negativam, ad excludendam confessativam, nam ista, nullo expectato tempore potest concedi.

9 Item poterit concedi ante dictum tempus negativa, si ad id provisio Regia impetretur, quam concedunt Senatores Palatii, ut habetur in eorum *Regimine §. 97. & 98.* sentit nostra *Ordinat. hoc titul. in principio, & ibi Barb. num. 1.*

10 Limitatus secundò in casu homicidij, in quo non potest impetrari, vel concedi Securitas negativa, nisi transactis tribus mensibus, ut exprimitur in *hac nostra Ordinat. in principio*, quòd declarandum est, ut proxime diximus, & declaravimus limitationem præcedentem.

11 Dubitari verò potest, quot dies contineantur in tribus mensibus, de quibus lex nostra loquitur? In quo dubio. *Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 24. num. 15. cum pluribus relatis*, quos non transcribo, veriorem opinionem existimat, menses debere computari secundum quod currunt, ita ut, si in casu præsentis homicidium contingat octava die Januarij finiatur Januarius septima die Februarij, quia men-

sis Januarius accipit à Februario dies illos, qui ad implendum numerum suum (scilicet triginta, & unius dierum) efficiunt, & consequenter Februario accipit similiter à Martio sibi necessarios, & Martius similiter ab Aprili, unde septima dies Aprilis erit ultima trimestris, quam computationem in specie facit, & probat *Sanchez dict. loco.*

Verum apud nos non videtur locum¹² habere posse prædictam computationem, stante *Ordinat. lib. 3. tit. 13. in principio*, ubi dicitur, quod in assignatione mensium pro aliquo termino, quilibet mensis continet triginta dies, quæ computatio repugnat computationi, de qua *num. præcedenti*, nam secundum illam, si homicidium contingat prima die Maij non erunt transacti tres menses, nisi ultima die Julij, & resultant nonaginta duo dies, quia Maius, & Julius habent quilibet triginta, & unam, & Junius triginta. At verò secundum computationem istam *Ordinationis nostræ*, dicentur tres menses transacti die vigesima nona Julij, tunc enim adimplentur tres menses, quilibet triginta dierum, ut computanti apparet. Unde constat nostram *Ordinationem* prædictæ computationi, de qua supra repugnare. Dicendum igitur est, tres menses, in specie de qua agimus, nonaginta dies continere, & intra illos non posse Securitatem negativam impetrari, nisi præcedente Regia provisione, ut supra in casu vulnerum inflictorum diximus.

An autem dies ipsa delicti commissi, à¹³ qua incipit computatio dierum, vel mensium, & ultima dies in qua finitur, comprehendatur in termino, ita ut Securitas negativa concedi non possit. Item, an prædictum tempus computandum sit de momento ad momentum? *Vide Sanchez citato loco num. 16. & Ordinat. citatam, & ibi Barcum relatis.* Item¹⁴ an si occurrat annus bissextilis, & Februario mensis, illa dies quæ adiciuntur sit computanda, an non? *Sanchez*

Sanebes dicto loco num. 17.

15 Limitatur tertio regula supra in principio posita, ut non procedat in casu homicidij quando Securitas confessiva petitur, & est concedenda in Senatu, ut in specie *Ordinationis in nostro tit. 130. §. 1.* nam cum concedi non possit, nisi visa inquisitione, sequitur non posse statim post commissum delictum concedi, si inquisitio adhuc non sit formata, & expedita, ut decisum testatur *Phabus dict. 1. part. arresto 125. Barb. in remiss. additis ad Ordinat. lib. 5. tit. 130. num. 126.* Nec in rigore sufficit, quod inquisitio sit pronunciata, sed requiritur, quod sit absoluta, cum possit per testes postea interrogandos post pronuntiationem culpa validior resultare, & talis probatio, quæ concludat non esse concedendam Securitatem, quia scilicet, denegat defensionem allegatam. Proximè dicta habent etiam locum in iudiciis inferioribus nam illi, qui possunt concedere Securitates in casu homicidij de quibus supra *quest. 4.* tenentur has confessivas concedere, visa prius inquisitione, ut diximus, & probavimus *dicta quest. 4. num. 18.*

16 Limitatur quarto, prædicta regula, ut non procedat, quando petitur Securitas negativa coarctata in specie *leg. novissima saepe citato §. 1.* nam cum tam Senatores, quam inferiores iudices, eas non possint concedere, nisi visa inquisitione, ut constare possit an petenti denegat coarctatam, juxta *leg. novissimam dict. §. 1.* consequens est, quod non potest concedi statim post delictum, & procedunt quæ de confessiva, in casu homicidij diximus limitatione præcedenti, quæ ex identitate rationis hic militant.

17 His ita constitutis restat dubitatio. An, scilicet, si de facto concedatur Securitas negativa in intra prædictum tempus, scilicet triginta dierum, vel trium mensium, valere saltem incipiat post tempus illud elapsum, an verò profus nulla sit etiam post tempus elapsum? In

qua dubitatione pro parte negativa facit regula *Quod ab initio ff. de regulis juris, regula Non firmatur eodem titul. in 6.* Item, quòd actus nullus non desinit esse talis, licet cesset causa annullans (ut cum nostratibus loquar) sic deducunt *DD. ex text. in §. 1. Instit. de hered. liberorum. Alexand. & Jason. in l. Si filius qui in potestate ff. de liber. & post num. 1.* plura in confirmationem hujus partis adducit *Cald. de potest. eligendi cap. 10. à num. 2. cum sequentibus* Facit etiam *Ordinat. hoc nostro tit. 130. in principio ibi, & se aliqua carta passar, &c. nam seja guardada.*

Verum, his non obstantibus, contrarium mihi magis placet, nam postquam prædictum tempus elapsum est, jam debet Securitas concedi, si de novo petatur, atqui quando aliquid pervenit ad terminos; in quibus concedi debet etiam si antea nulliter esset concessum, susinetur, & incipit valere, ut de inhibitione nulliter concessa, quæ tamen modo esset concedenda, probat *Gratian. disceptat. forens. cap. 914. num. 25.* & de tenuta nulliter concessa, quæ tamen de novo concedi debet, *Surdus decis. 46. num. 7. & 13. Osascus decis. 34. Bursatu' cons. 73. num. 31. ergò, &c.* Secundò pro eadem parte faciunt, quæ latè scribit *Cald. Pereira de potestate eleg. dict. cap. 20. à num. 16. cum sequentibus*, ubi pluribus exemplis probat nulliter concessum, vel factum incipere valere, si perveniat ad casum, in quo valere, & concedi potest præcipue *num. 41.* Tertio facit *text. in leg. Observare in fin. ff. de officio pro consul*, ubi habetur, quod licet delegatio facta à Proconsule antequam Provinciam ingrediatur, nulla sit, valere tamen incipit ab eo tempore quo Proconsul Provinciam ingreditur; ergò similiter in casu de quo agimus dicendum est valere Securitatem. Quæ pars magis firmatur à cessante ratione legis, ad notata in *cap. Cum cessante de appellationibus*: nam legis denegantis Securitates intra dictum tempus, illa ratio videtur,

ne

ne, scilicet, adversarij recenti dolore puncti, ægre ferant, vulneratorem, aut propinqui occisorem ante oculos habere, & in judicio, & foro versantem, ex quo rixe, & scandala oriri poterunt, quæ ratio legis censura cessat, ubi primum transactum est prædictum tempus, ac per consequens, cessante legis prohibitione, incipit valere Securitas ante concessa, licet intra prædictum tempus ex rationibus supra expensis non esset observanda.

21 Ad contraria respondetur, regulas illas juris procedere quando aliquid nul-

lum est in substantialibus, non verò quando valere non potest propter aliquod impedimentum, & obstaculum insurgens, nam eo cessante, & recedente, validos effectus actus ille incipit producere, ut in exemplis supra pro nostra opinione adductis, & contraria locum non habere in illis, quæ suam perfectionem ad certum tempus relatum habent, vide *Cald. supra num. 41.*

An autem post judicium finitum concedi possit Securitas, dicemus quæstione sequenti, *limitatione 8.* ubi invenies quæ hic desiderari possunt.

QUÆSTIO SEXTA

EX quibus causis sit deneganda Securitas?

SUMMARIUM

- 1 **S** Securitas non denegatur propter criminis atrocitatem, & regulariter debet concedi.
- 2 Deneganda, si petatur negativa in casu homicidij ante tres menses elapsos, & in casu vulnerum, ante triginta dies, vel confessativa in casu homicidij, aut coarctata, ante inquisitionem formatam. *Remissive.*
- 3 Item deneganda, si inepte, & contra juris formam petatur. *Remissive.*
- 4 Item si petatur coarctata, in casu, in quo non est imposta pena mortis, vel mutilationis membri, & num. 1.
- 5 Item si petatur ab eo, qui non habet potestatem concedendi.
- 6 Item deneganda confessativa in casu homicidij, si inquisitio deneget defensionem allegatam.
- 7 Item deneganda negativa cum defensione, quæ proprius est contrarietas.
- 8 *Intelligitur Ordinac. lib. 5. hoc titul. 130. §. 5.*
- 9 *Dispositio prædictæ Ordinac. §. 5. hodie limitatur per legem novissimam §. 1.*
- 10 Coarctata non conceduntur, nisi ubi est imposta pena mortis, vel mutilationis membri.
- 11 Deneganda Securitas in causis civilibus, etiam si Reus in illis possit carcerari.
- 12 Item deneganda carcerato eam petenti, etiam pro alio crimine pro quo non est carceratus.
- 13 Injuste carceratus etiam pro illo crimine poterit impetrare Securitatem.
- 14 Incarceratus causa custodia, potest impetrare Securitatem, quæ valida erit, si postea judicetur detineri non debere.
- 15 Deneganda Securitas negativa illi, qui fuit carceratus pro illo crimine, & rupto carcere aufugit.
- 16 Crimen aufugientis rupto carcere, habetur pro probato.
- 17 Si Reus taceat fugam, concedetur illi

- Securitas, sed poterit postea annullari.*
- 18 *Quæ dicta sunt proxime non habent locum si petatur, & possit concedi confessativa in dicto casu.*
 - 19 *Deneganda Securitas, si petatur post iudicium finitum, definitivamque prolatam.*
 - 20 *Nisi definitiva fuisset absolutoria; Reusque iterum accusetur pro eodem crimine.*
 - 21 *Deneganda Securitas, secundum aliquos, quando petitur in causa deflorationis virginis.*
 - 22 *Contrarium verius.*
 - 23 *Respondetur fundamentis partis contrariae.*
 - 24 *Lex, & Princeps nihil facere solent in tertij præjudicium.*
 - 25 *Intelligitur Ordinat. lib. 5. tit. 23. in principio, & §. 1.*
 - 26 *Deneganda confessativa illi, qui non allegat defensionem concludentem, & omnino excusantem.*
 - 27 *Item illi, qui anteriorem rupit, sive fregit nisi offerat cautionem pro solvendis duplicatis expensis retardationis.*
 - 28 *Item si petatur quarta, vel ulterior sine provisione Regia.*
 - 29 *Deneganda etiam Securitas, si iudicium tale fuerit, vel crimen, in quo non soleat concedi Securitas, ut est iudicium Sancti Inquisitionis officij, & crimen læsæ majestatis humanæ.*
 - 30 *Explicatur Ordinat. lib. 1. tit. 7. §. 8. quæ supponit concedendam Securitatem in casu hæresis.*
 - 31 *Securitas conceditur sine eo quod ostendatur, nec requiratur petentis mandatum.*



ANTE aliud sciendum est Securitates, de quibus agimus nunquam denegari, ex eo quod crimen gravissimū sit, vel atrocissimum. Probatum ex generalitate Ordinat. lib. 1. tit.

7. §. 8. & tit. 58. §. 40. in quibus etiam pro Sodomia, hæresi, & alijs gravissimis criminibus dicitur concedenda, & quamvis non omnes Magistratus, in omnibus casibus possint concedere, tamen pro quibuscumque criminibus conceditur Securitas per aliquem Magistratum, secundum dicta, & declarata supra quæst. 4. Regula igitur affirmativa statuenda est, scilicet, Securitates petentibus esse concedendas; quæ tamen regula plures patitur limitationes.

Limitatur igitur primò, ut non procedat regula, & deneganda sit Securitas, si petatur negativa in casu vulnerum, ante triginta dies; & in casu homicidij, ante tres menses a die criminis elapsos, vel si petatur confessativa in casu homicidij, antequam expedita sit inquisitio, vel negativa coarctata, nam cum istæ non possint concedi, nisi visa prius inquisitione, non possunt ante eam expeditam, & absolutam concedi, juxta dicta, & declarata quæstio præcedenti num. 15. Erit etiam deneganda, si inepte petatur, v.g. confessativa, non allegata legitima defensione, secundum dicenda infra quæst. 15. num. 4. vel coarctata, in casu, in quo non sit imposita pœna mortis, vel mutilationis membri, vel non allegata receptibili coarctata, secundum dicenda quæst. 15. num. 25. & hac quæstio num. 10.

Limitatur secundo dicta regula, ut non procedat, & sit deneganda Securitas, si ille à quo petitur non habeat potestatem concedendi in illo casu, quod quando contingat videri potest per dicta supra quæst. 4. per totam.

Limitatur tertio dicta regula, ut non procedat, & sit deneganda Securitas, si petatur confessativa cum defensione in casu homicidij, & visa inquisitione per concedentem, judicaverit petenti non posse verosimiliter competere defensionem allegatam, quia probatio, quæ adest in inquisitione, eam denegat. Supponendum est, quod quando petitur Securitas confessativa in casu homicidij, debet per concedentem videri prius inquisitio sit

si sit Senator in Senatu, juxta dicta supra *quest. 4. num. 3. & 18.* Si verò sit inferior, per se ipsum sine alio, videre debet inquisitione, & considerare, an talis adsit probatio contra petentem Securitatem, ut veròsimiliter non possit, sine fraude probare defensionem allegatam, quod, si ita inquisitio denegat defensionem, deneganda est Securitas petenti ex *Orinat. hoc titul. 130. §. 1.* Si, ut dictum est, petatur confessativa, & casus sit homicidij, si enim aliquod ex his deficiat, Securitas conceditur, non enim videri debet prius inquisitio, nec aliquod simile examen faciendum, nisi in dicta specie, & quando concedenda est coarctata ex dispositione *lege novissima.* Ut tamen denegetur Securitas confessativa in casu homicidij, vel negativa coarctata, requiritur quod clare, & aperte constet defensionem, vel coarctatam denegari in inquisitione, secundum *Orinat. hoc titul. 130. §. 1. & dicta supra quest. 3. num. 41. & num. 47.*

7 Limitatur quarto dicta regula, ut non procedat, & sint denegandæ Securitates illis, qui eas petunt cum defensionibus, quæ proprius sunt contrarietates, harum enim Securitatum concessionem prohibet *Orination. hoc titul. 130. §. 5.* Ad cujus *Orinationis* intellectum, advertendam est, ibi non denegari concessionem harum Securitatum cum virtute, & effectu negativarum, sed denegari tales Securitates concedi cum virtute, & effectu confessatarum cum defensione. Quod probatur duobus solidis fundamentis. Primum quia, si conceditur negativa Securitas simpliciter neganti, v. g. furtum, multo magis est concedenda, non solum neganti, sed confirmanti suam negationem addendo: quod probabit se emisse rem illam Titio, sic non furto eam obtinisset, nec ulla ratio poterat considerari, cur hujusmodi allegatio impediret negativæ Securitatis concessionem, unde aperte constat in dicta *Orinatione* non denegari negativas, sed quasdam Securita-

tes quasi mixtas, & anomalas in effectu negativas, nomine verò, cum defensionibus, quas Rei caute, & fraudulentè petebant; nam illis ultimum erat, negando delicta impetrare Securitates, quæ eos defenderent cum virtute, & effectu confessatarum cum defensione. Hæc enim uberius asserunt Rei remedium, nam neque prohibentur statim concedi ante elapsos triginta dies, vel tres menses; neque illis Asscurati subiciebantur dispositioni *Orinat. hoc titul. 130. §. fin.* neque alijs quibus subiciebantur, qui negativas impetrabant, unde utilissimum erat, negando delictum, impetrare Securitates cum defensionibus, quæ ad instar confessatarum defenderent. Contendebant igitur Rei sic comiscantes, & paleantes rem istam, prædictas allegaciones habendas esse pro defensionibus, & ita Securitates illas dicendas esse Securitates cum defensionibus, ac ut tales eos defendere debere, quod tamen *Orinatio prohibuit dicto §. 5.* bene advertens has Securitates propriè esse negativas, & fraudulentè dici allegaciones illas esse defensiones, quæ non competunt nisi quando delictum fatetur, qui Securitatem petit, non igitur lex nostra patitur tales securitates concedi, scilicet, ad effectum, ut cum sint verè negativæ, defendant, ac si essent Securitates cum defensionibus, idest confessatarum. Secundum fundamentum quo aperitius probantur, quæ hic asserimus, deducitur *ex lege novissima. §. 1.* ubi permittitur, quod neganti delictum, cui imposita est pena mortis, vel mutilationis membri, & alleganti coarctatam, concedatur Securitas negativa, quæ eum defendat tanquam confessativa, & addit lex illa novissima, *Sem embargo da Ordenaçam lib. 5. titul. 5.* ex qua exceptione, & dispensatione, aperte colligitur, quod in dicto *§. 5.* hujus *Orinat.* prohibita erat concessio Securitatum negativarum cum effectu confessatarum, siquidem quando negativis

rivis conceditur huiusmodi effectus, & virtus in specie dictæ *leg. novissima*, abrogatur in hac parte, dispositio *dicti* §. 5. quæ sine dubio non prohibebat concedi Securitates mere negativas allegantibus illas defensiones, sed prohibebat, quod denominarentur cum defensionibus, & tanquam tales idest, confessativæ Reos defenderent cum in veritate essent negativæ.

9 Quæ proximè dicta sunt, hodie exceptionem patiuntur *ex leg. novissima*, §. 1. quæ, ut supra innuimus, disposuit, non obstante *prædicti* §. 5. *decisione*, concedendas esse Securitates Reis negantibus delictum, & allegantibus coarctatam, & has Securitates, licet verè negativas, prodesse, & defendere Reos tanquam si essent confessativæ in casu homicidij, in quo hujus concessionis favor consistit, hæc enim uberius afferunt Reis remedium, tam *ex dictis num. præcedenti*, quam etiam, quia hodie post *leg. novissim.* §. 4. tempore contrarietatis carcerantur Rei habentes negativas, si delictum probatum invenitur, cui dispositioni non subiciuntur Rei habentes coarctatas, quia licet verè sint negativæ, possunt tamen, ut confessativæ *ex dicta leg. novissim. & dictis supra quæst. 2. num. 6.* Rursus, licet in *dict. leg. novissim.* §. 3. disponatur etiam, quod Rei habentes Securitates confessativas carcerentur tempore contrarietatis, si inveniatu illis non posse competere defensionem allegatam, tamen neque huic dispositioni subjiciuntur habentes negativas coarctatas, quia licet istæ comparentur confessativis tamen comparantur confessativis in casu homicidij, in quo, cum ante concessionem sit visa inquisitio, & iudicatum Reo non denegari defensionem allegatam, non potest jam tempore contrarietatis, de hoc iterum dubitari, neque ex hac causa Reus carcerari, ut diximus *quæst. 3. num. 38. & 40.* sic similiter defenditur habens coarctatam, quæ prædictæ confessativæ in casu homicidij com-

paratur, & eodem modo conceditur, visa, scilicet, inquisitione, & constando non denegare coarctatam.

Verum neque prædictæ Securitates 10 coarctatæ pro omnibus delictis conceduntur, sed tantum pro illis, in quibus imposita est pæna mortis, vel membri mutilationis, neque alia allegatio admittitur, nisi illa, quæ fundatur in coarctatione temporis, scilicet, allegando, tempore quo delictum dicitur commissum, Reum esse in alio loco, ita, ut impossibile esset eodem tempore in loco delicti inveniri juxta dicenda infra *quæst. 15. num. 15.* Tandem priusquam concedatur ista Securitas coarctata videnda est inquisitio, vulgò à *devassa*, & examinandum an ipsa denegat coarctatam, idest, utrum tam apertè probetur, delictum fuisse à Reo commissum, ut non possit ipse verosimiliter, sine fraude, coarctatam probare, quod si accidat, deneganda erit Securitas. Quæ omnia requiruntur in dicta *leg. novissim.* §. 1. & explicanda sunt juxta dicta *quæst. 3. in num. 41. & 47. & quæst. 15. num. 15.*

Quinto limitatur prædicta regula, ut non procedat in causis civilibus Ne- 11 que hæc assertio est indubitata, liceat videatur, quod pro causa civili non sit aliquis carcerandus; nam, etiam in causis civilibus datur casus, & ratio dubitandi, quia *Ordination. lib. 3. tit. 31. §. 3.* permittit; quod ex summaria informatione carceretur, in civilibus, Reus de fuga suspectus unde dubitari poterat, utrum tueri se possit Securitate negando se debitorem. Item, quia etiam in causis civilibus conceditur salvus conductus, ut per *Farinat. 1. tom. quæst. 29. à numer. 20.* Verum nullatenus est hoc admittendum, nam nec pro civilibus fuit unquam huiusmodi remedium apud nos admissum, nec in casu, de quo agimus decernitur carceratio Reo non audito, prius enim jubetur, ut cautionem præstet, & si non satisfacit accepta prius informatione suspicionis de fuga,

fuga, carceratur, *Ordinat. dict. loco.* Multo minus concedenda est Securitas in specie *Ordinat. lib. 4. tit. 76. §. 1.* nam licet in casu de quo ibi, possit Reus in causa civilis carcerari, tamen carceratur veritate debiti jam cognita judicialiter, unde ultra rationes jam supra consideratas, hoc remedium locum habere non potest, cum solum detur apud nos, pro eo tempore, dum scilicet, controversitur, an Reus sit absolvendus, vel condemnandus non verò postquam iudicium jam finitum est, & Reus condemnatus, etiam si causa criminalis sit, ut infra dicemus *limitatione octava*, unde multo minus in specie, de qua agimus, remedium hoc erit admittendum, cum dentur aliæ rationes supra consideratæ illud omnino denegantes.

¹² Sexto limitatur dicta regula, ut non procedat quando ille, qui petit Securitatem carceratus est, non dico quando illam petit pro illo crimine, pro quo carceratus est, iste enim casus est indubitatus, sed etiam quando eam petit pro diverso crimine, pro quo non fuit carceratus, nam tali casu non est concedenda Securitas, si id expressit, neque observanda si id tacuit, ut decisum testatur *Cabedo 1. part. decisione 65. Phæbus 1. part. aristo 172. Thom. Vaz dicta allegatione 67. num. 23. Martins à Costa annotatione 6. numer. 14.* cujus rei eam esse rationem credo, licet ab eisdem non assignetur, quia scilicet, cessat in hoc casu ratio propter quam lex concessit, & ad invenit remedium Securitatum, quam exposuimus supra *quest. 1. numer. 2.* Deinde quia lex favet illi, qui aliàs in sua libertate positus voluntariè tamen ad iudicium venit, iudicatis stare paratus, unde illi conceditur Securitas. Quæ rationes cessant in eo, qui carceratus est, & potest, & debet pro alio crimine, quod nunc insurgit detineri. Nec videtur admittenda distin-

elio Cabed. supra, & Mendez à Castro in praxi 2. part. lib. 5. cap. 1. num. 26. qui asserunt valere in hoc casu Securitatem, si adversarius non contradicat, non enim video quo jure id fundari possit.

Sin autem quis injuste carceratus fuerit, cum nec pro illo delicto, nec pro alio possit incarcerate detineri, sive recomendari, ex doctrina *Bartoli*, quem sequuntur *DD. in l. Sed eximendi ff. ne quis eum qui in jus vocatus vi eximat: junctis traditis per Hypolitum in l. 1. column. 6. ff. de questionibus. Farinat. de delictis 1. part. lib. 1. tit. 4. quest. 25. à num. 15 1. & est apud nos Ordinat. lib. 4. tit. 77. in principio*, poterit iste sic defacto carceratus, tanquam si in sua libertate esset, impetrare Securitatem, imò hæc animadversio videtur superflua; nam cum sine Securitate relaxari debeat, post relaxationem impetrabit Securitatem, pro ut sibi placuerit.

Hinc infero, quod ille qui fuerit in carcerate causæ custodia dum de immunitate Ecclesiæ, ad quam confugerat tractatur, ut in specie *Ordinat. lib. 2. tit. 5. §. 8.* poterit impetrare validam Securitatem, tam pro illo, quam pro alio crimine, pro quo non fuerat carceratus: si tamen postea pro immunitate fuerit iudicatum, tunc enim constare incipit eum esse injuste detentum quando Securitatem impetravit, qui enim gaudet immunitate, nec etiam pro debito detineri potest, *ex Bart. in leg. Presenti Cod. de his qui ad Ecclesias confugiunt. Peguera decisione 6.* Sin autem iudicatum fuerit immunitate non gaudere, Securitas impetrata, etiam pro alio delicto ei non proderit, tunc enim incipit constare iuste principio fuisse carceratum cum non gauderet immunitate, & sic succedunt dicta supra *num. 12.* ubi resolvimus iuste carceratum non posse pro alio crimine Securitatem impetrare.

Septimo limitatur dicta regula, ut non procedat, & sit deneganda Securitas, si petens Securitatem fuisset jam carceratus

carceratus pro illo crimine, & rupto carcere aufugisset, nam huic non erit concedenda Securitas pro illo crimine, pro quo erat carceratus. Ratio limitationis illa est, nam per fugam, rupto carcere (non si per apertum ostium) habetur pro probato crimine aufugientis. *Ordinat. lib. 5. titul. 46. §. 2.* & est de jure secundum *text. in l. Miles §. Salvo quoque, & in l. Eos ff. de custodia reorum late Farinat. in pract. crimin. lib. 1. tit. 4. quest. 30. à num. 7.* quæ ficta juris probatio operatur idem, quod vera, ex *Farinat. dict. quest. 30. à num. 14.* At hodie non prodest Securitas negativa quando constat plene de delicto, nam *lex noviss. §. 4.* jubet statim in principio judicij, idest, contrarietatis tempore Reum carcerari, si appareat delictum plene probari, ergo non est concedenda Securitas petendi in casu, quo virtualiter narrat delictum plenè probari, si quidem narrat pro eo delicto fuisse carceratum, & aufugisse, unde succedit dispositio juris, quæ dicitur eo ipso censi delictum probatum, ut supra probavimus. Neque dicas non sequi Securitatem non esse concedendam, licet *lex novissima*, statuat esse impetrandam carcerandum tempore contrarietatis recipienda; nam responderetur, quod quando à principio constant ea, quibus datis, lex noluit Securitatem valere, illa, non est concedenda, & si regulariter conceditur ex eo est, quia à principio non constant concedendi illa quæ postea Securitatem invalidam reddunt, ut videmus regulariter in Securitatibus negativis, quæ conceduntur, quando adest plena delicti probatio, licet postea non defendant, nam ideo conceduntur, quia concedens ignorat delictum plenè probari, non enim videt culpas ante concessionem, quando autem id illi constat ex iplo tenore petitionis, prout in specie nostræ limitationis, debet denegare Se-

curitatem.

Sin autem Reus taceat fugam vel rupturam carceris, illi non erit ex dicto capite deneganda Securitas, sed postea poterit adversarius coram iudice de causa cognoscenti dictam nullitatis rationem allegare.

Quæ dicta sunt proximè non habent locum si petatur Securitas confestiva, vel negativa coarctata, hæc enim validæ sunt, & conceduntur licet delictum sit plene probatum, Vix tamen in specie, de qua agimus poterit dari vel allegari defensio, aut coarctata legitima, & ideo non concedentur tales Securitates ex dicto defectu. His tamen diebus vidi provisionem Regiam, per quam remittebatur fugæ delictum, dummodo Reus intra certum terminum se præsentaret in iudicio cum Securitate, pro illo crimine, pro quo erat carceratus.

Octavo limitatur prædicta regula, ut non procedat, si Securitas petatur post iudicium finitum, & sententiam finalem contra Reum absentem prolatam; nam etiamsi Reus iste venire velit ad iudicium & se defendere (prout potest intra annum post latam sententiam, ex *Ordin. statum citanda*) tamen non erit illi concedenda Securitas in hoc casu, Ratio est in promptu; nam Securitas ex eo conceditur, quia judicialiter non constat, impetrandem commisisse crimen, & quia ille allegat, vel non commisisse, vel in suam necessariam, & justam defensionem fecisse. At verò in casu de quo agimus, jam constat judicialiter de crimine à Reo commisso; ergo non potest Securitas concedi, & satis id sentit *Ordinat. lib. 5. tit. 126. §. 7.* ubi disponitur, quando Reus, qui in dicto casu voluerit se defendere, debet omninò se præsentare in carcere, aliàs non audietur, resolvit in simili, de salvo conductu *Farinat. in pract. crimin. lib. 1. tit. 4. quest. 29. num.* Neque obstat, quod ait *Menoch. de arbit. quest. 81.*

numer. 7. dandam etiam Securitatem in causa appellationis; nam apud nos hoc non potest habere locum, sed tantum apud illas provincias, in quibus Securitates aliis regulis procedunt, & dantur non tantum ad Securitatem ne carcerentur, sed ne offendantur in illa Civitate, aut Republica, cui sunt inimici, ut intelligitur ex *Menoeb. dist. quest. 81.*

20 Est tamen casus in quo etiam post iudicium finitum, & sententiam finalem prolatam, Securitas Reo conceditur, nempe in casu, & terminis *Ordinat. lib. 5. tit. 31. §. 1.* scilicet, si ille qui per sententiam finalem fuit absolutus à crimine homicidij, de novo accusetur ab aliquo consanguineo occisi, qui consanguineus, quia ab alio præcedebatur, vel ex alio capite non fuit citatus ad accusandum, nec cum eo causa fuit tractata, quo casu potest de novo accusare, etiamsi Reus jam absolutus sit per sententiam habitam, alio consanguineo accusante, vel nullo comparente, aut habetur in *Ordinatione dicto §. 1.* In quibus terminis supra expositis, erit concedenda Securitas huiusmodi Reo, secundo loco, accusato, post sententiam finalem, ut insinuat *Ordinat. dicta*, cuius rei illa est ratio; nam in hoc casu Reus Securitatem petens non invenitur criminofus per sententiam, imo absolutus, nec contra eum, sed pro eo veritas judicialiter constat. Unde cessant rationes limitationis nostræ in casu isto, ac per consequens, pro nova accusatione illi conceditur Securitas, ut cum illa possit in hac secunda accusatione se defendere, neque propriè dicitur in hoc casu concessa Securitas post iudicium finitum, nam Imò conceditur pro iudicio de novo instituto.

21 Novo limitari solet regula prædicta, ut non procedat quando petitur Securitas in causa deflorationis virginis. Probatur limitatio, ex decisione

adducta à *Phabo 2. p. arresto 139.* ubi refert iudicatum fuisse Securitatem non esse in hoc casu observandam, Imò ea non obstante, Reum esse in carcerem mittendum, in coque retinendum, donec pignoribus satisfactionem præster. Inqua re ante aliud adverteo, quod perparam *Phabus, & Præmatici dicunt Securitatem in hoc casu non valere*, nam ut supra *quest. 3. a numer. 8.* latè probavimus, Securitas quando non est observanda non est concedenda, & si nihilominus concedatur, est omnino observanda, ut in similibus, & fortioribus terminis resolvit *Parinat. in practica crimin. lib. 1. tit. 4. cap. 29. à num. 1. usque ad num. 12.* quòd quidem quando lex non prohibet illam concedi, omnino certum est, & solum dubitandi ratio militat, quando lex prohibet, & nihilominus iudex, qui ex ea, vel alia ratione potestatem non habet ad illam concedendam, illam concedit, de qua re infra *quest. 8.* Unde questio solum potest esse an sit concedenda, an verò deneganda, & huiusmodi questio huic pertinet, & ideo de ea hic tractamus, & in ea decisio *Phabi* supra adducta, satis amplectitur partem negativam, scilicet, non esse concedendam; nam cum dicat non valere, satis supponit esse denegandam à principio, nam quando à principio constat Securitatem non suffragari petenti, est deneganda, ut supra diximus.

Verum ego maxime dubito de iustitia, ²² & ratione prædictæ decisionis, & per consequens de limitatione nostrâ, quæ in ea fundatur, nam in primis, illa decisio nulla lege, aut ratione fundatur, unde illam non possumus probare refragante regula *text. in l. illam Cod. de Collat. & text. in l. Nemo Cod. de sententijs, & interlocutoria.* Deinde quia standum est regulæ dum exceptionem expressam non habemus, ex *text. in leg. Sancimus C. de testament. & leg. Præcipimus in fine C. de appellat. atqui de*
 excep-

conyta - con
in. per iun
cuav - e
no appun
in ipat
tom - n

exceptio non constat, ergò &c. Imò pro concessione, & observatione Securitas in hoc casu faciunt omnia suprà con- cideata à principio tractatus pro ratione concessionum Securitatum. Facit etiam quia huiusmodi crimen levius est aliis in quibus Securitas non denegatur; ergò &c.

- 23 Nec in contrarium movent rationes consideratæ à *Phæbo*, pro confirmatio- ne illius decisionis; non illa, ne, scilicet, defraudentur mulieres, nam per conces- sionem, & observantiam Securitatum non defraudatur pars adversa, si enim hoc contingeret, in nullo casu concederen- tur, princeps enim, & lex nihil facere so- lent in tercij præjudicium *text. in l. se- cunda §. Si quis à Principe, cum ibi no- tatis ff. ne quid in loco publico*, & meritò lex considerat ex concessione Securita- tum adversarium non offendi, nam quan- do illa conceditur, Reus est in sua liber- tate, unde adversarius non potest dicere, quod jus ejus læditur, in Reo à carce- re relaxando, vel in eo non mittendo ad carcerem, non enim apud carcerem, vel ad manum judicis erat, quando Se- curitatem petit, & impetravit. Minus pro illa decisione facit alia ratio, scili- cet, quod *Ordinatio* in hoc casu dispo- nit Reum carceratum ratione deflorationis non esse relaxandum sine eo, quod prius sufficientia pignora depo- nat, ut habetur *lib. 5. tit. 23. in principio vers. Porem, & §. 1. vers. Porem*, nam facile responderetur, illas *Ordinationes* pro- cedere quando Reus Securitate non tu- etur, imò sine ea est carceratus, unde ex tali specie non potest deduci argu- mentum ad casum, de quo agimus, nec ex dicta *Ordinatione*, quæ favorabilis est, & primum in hoc casu Reum legitimè carceratum posse à carcere liberari si pignora offerat, deducendus est sensus contrarius, & odiosus, qualis erit, si in- feratur ex illa *Ordinatione* non esse ob- servandam Securitatem, & ea non obs-

tante esse Reum carcerandum, donec pignora offerat, quod non est dicendum, ne ex dicta *Ordinatione* favorabili sensus odiosus deducatur, cum inducta ad unum effectum non operentur contrarium, ex regula *text. in l. Legata inutiliter ff. de adimendis legatis*, & tandem, quia aliàs nulla daretur differentia inter eum, qui impetrat Securitatem, & illum, qui sine illa carceratur, cum etiam in hoc casu datis pignoribus relaxetur, quæ ergo specialitas, aut favor esset, si quando ha- beret Securitatem ad diem teneretur? Nullus certe. Ex quibus omnibus mihi semper suspecta fuit prædicta decisio, imò semper credidi, in casu, de quo agimus, sicut in aliis, esse concedendam, & ob- servandam Securitatem, prædictamque *decisionem*, ad futura negotia non esse sequendam, cum legibus, non exem- plis iudicate teneamur, ex *text. in l. Ne- mo C. de sentent. & interloc. omn. judic. text. in l. sed licet ff. de officio Præsidis* Concludimus igitur hanc limitationem nonam tutam non esse.

Limitatur decimò dicta regula, ut non 26 procedat, nec sit concedenda Securitas confessativa illi, qui ineptam, & incon- cludentem defensionem allegat, requiri- tur enim apta, & concludens, & omnino excusans à pœna juxta dicenda infra *quæst. 15. num. 5.*

Limitatur undecimò dicta regula, ut 27 non sit concedenda secunda, vel tertia Securitas petenti, qui primam, vel aliam fregit, nisi offerat cautionem pro solutio- ne expensarum retardationis in duplo, quas solvere debet adversario, juxta dis- positionem *Ordinat. hoc tit. 130. §. 2.*

Limitatur duodecimò, si petatur quarta, 28 vel ulterior sine provisione Regia, juxta dicta *quæst. 4. num. 19.*

Limitatur tandem prædicta regula, 29 ut non procedat, quando iudicium tale fuerit, in quo, secundum illius quali- tatem, naturam, & semper observa- tas consuetudines, nunquam fuit ad-
P. 2. missum

admissum hujusmodi remedium, ut in judicio Sancti Inquisitionis officij, praxis enim, & retissimus illius judicij stylus, Securitatatum usum non patitur. Neque obstat quod in casu hæresis possit concedi, Securitatis, ut habetur in *Ordin. lib. 1. tit. 7. §. 8.* Nam respondetur, quod illud in alijs judicij, quando de facto hæresis in ipsis cognosci posset, non in Sancti Officij Tribunalibus, locum habere poterat. Idem dicendum de judicij summarijs Superiorum Religionum contra suos subditos, & sic in similibus. Item in crimine lesæ Majestatis prioris captis, de quo in *Ordinat. lib. 5. tit. 6. a principio usque ad §. 22.* nunquam vidi aut audivi Securitates conce-

di, nec usus admisit, Imò securitatem in tali casu concedi non posse, tenet *Menoch. de arbitr. questio. 81. num. 14.*

Pro complemento videndum est an sit concedenda Securitas, an verò deneganda, si petatur per simplicem petitionem, cum Reus absens sit, & non constituat procuratorem ad eam petendam? Et dicendum est, quod concedi debet etiam si petentis non ostendatur mandatum, sive, ut vulgò dicitur *procuração*, ex his, quæ in simili de impetratione dispensationis resolvit *Sanchez de Matrimon. lib. 8. disp. 26. quasi per totam, & sic praxis observat, & dicemus quest. 16. num. 2.*

QUÆSTIO SEPTIMA

An Securitas incipiat valere ubi primum ponitur: Fiat, vulgo depois do passe, an vero requiratur, quod omnino expedita sit, & signata per concedentem, & sigillata in Cancellaria?

SUMMARIUM

- 1 **A** Decreto vulgo *Passe*, vel *Fiat*, gratia perficitur.
- 2 *Atenta* Ordinatione, ante leg. noviss. decretum vulgo, o *Passe* defendebat Reos per triduum.
- 3 *Hodie* ex leg. noviss. decretum vulgo *Passe*, non suffragatur Reis ne carcerentur.
- 4 Securitas jam scripta, & signata licet adhuc non sigillata, defendit Reum, ex favorabilibus Senatus decisionibus, si missa jam sit in saccu Cancellaria.
- 5 Imo etiam si adhuc non sit missa in saccu judicatum fuit valere.
- 6 *Dictæ* decisiones favorabiliter possunt observari, dummodo tamen dolus, aut supina negligentia non possit considerari in impetrante.
- 7 In Provincijs ubi non est saccus promittendis chartis sigillandis, sufficit.

quod tradita sit Securitas illi, qui solet imponere sigillatum.

- 8 *Cautè* legendus *Thomas Vaz*, qui ait decretum, vulgo o *Passe*, defendere per triduum loquitur enim secundum Ordinationem, quæ in hoc abrogata est per leg. noviss.



N hac quæstione, de jure communi, videbatur dicendum valere statim post decretum, sive *Fiat* vulgo *depois do Passe*: nam ab eo gratia perficitur, ex his, quæ late *Gonzal. de mens. glos. 12. num. 45. & deducitur ex text. in l. Donationes C. de donat. Felin. in cap. Rodolphus de rescript. num. 26. Baldus in l. contrahitur num. 1. ff. de pignorib.* Certu tamè est, attèto jure *Ord.*

ante

ante *leg. novissima* valere per triduum decretum illud concessionis, vulgo *o Passe*, ut constat ex *Ordin. expressa lib. 1. tit. 7. §. 4. & lib. 5. hoc tit. 130. §. 3.* Post triduum verò transactum non defendere *o Passe*, imò necessarium esse, Securitatem esse omnino expeditam.

3 Certum est etiam attento in re hodierno *leg. noviss.* prædictum decretum, vulgo *o Passe*, non suffragari Reo ne carceretur, imò necessarium esse quod Securitas omnino expedita sit, signata, & sigillata, ut valere incipiat, ita exprimente dicta *leg. noviss. in §. 5.*

4 Verum dubitari consuevit an si forte tempore quo Reus apprehenditur Securitas non sit omnino expedita, sit tamen jam signata per concedentem, & in saccum Cancellariæ præ sigillo imponendo jam missa, valeat, & defendat impetran-tem? Et favorabiliter fuit sæpè judicatum valere, ac Reum defendere, ut testatur *Phabus 1. p. aresto 171. & 2. p. aresto 107. novissime Mendez à Castro in praxi 2. p. lib. 5. cap. 1. num. 28.* Imò quod magis est judicatum fuit valere, etiamsi tempore, quo Reus apprehenditur, adhuc in saccum pro sigillo non sit missa, dummodo jam sit signata per concedentem, ut inde mittatur in saccum Cancellariæ. *dicto aresto 107. vers. Vidi.* quæ decisiones licet in rigore juris suas patiantur duplicationes, tamen favorabiliter sunt observandæ, dummodo tamen, ut existimo, post Securitates concessas, & signatas non sit multum tempus elapsum, ita ut concludatur, vel præsumatur dolus, vel supina omissio in sigillo imponendo, quod arbi-

trarium erit, secundum casus circumstantias.

Et adverto, quod in partibus, in quibus non est saccus pro mittendis Securitatibus sigillandus in Cancellaria, verificabantur prædictæ decisiones, si Securitates fuerunt in manu Cancellarij Provinciæ, vulgò *do Chanceller da Comarca*, cui competit Securitatum sigillatio; secundum *Ordinat. lib. 1. tit. 61. in principio* Verum, si certum est quod valent postquam signatæ sunt per concedentem, etiam ante sigillum, etiamsi non sint in sacco, vel in potestate ejus, cui competit sigillate, ut decisum diximus supra, excusata est hujusmodi investigatio, an scilicet, valeant postquam sunt in sacco, vel in potestate Cancellarij, nam semper antea signatur. Unde si ex quo sunt signatæ valent, non est cur dubitemus an valeant postquã sunt in sacco, ut supra. Ex quo iterum adverto, quod licet favorabiliter sit admittenda illa decisio, quæ dicit valere Securitatem postquam signata est, etiamsi in saccum non sit missa, nec in potestate sit Cancellarij, ubi non est saccus, tamen cum maximo temperamento est accipienda, scilicet, si in nulla mora sit impetrans in procuranda sigillatione Securitatis.

Adverto tandem caute intelligenda scripta à *Thoma Vaz dicta allega. 67. num. 24.* quatenus asserit decretum, vulgo *o Passe*, defendere per triduum, nam loquitur secundum *Ordinationem*, quæ tamen post illius libri editionem fuit in hoc revocata per dictam *leg. noviss.* quæ postea fuit lata.



QUÆSTIO OCTAVA

Ex quibus causis Securitas nulla sit, & quando ea pronunciata nulla, sive injuste concessa, & revocanda, Reus sit carcerandus, vel non?

SUMMARIUM

- 1 **D** Eclarantur termini in quibus procedit nostra quæstio
- 2 Nulla est Securitas concessa per eum, qui non habet potestatem concedendi.
- 3 Item si concedatur tempore à lege prohibito, quod declaratur exemplis.
- 4 Item quando fuit concessa non observata aliqua solemnitate, vel forma legis, quod declaratur exemplis.
- 5 Item quando fuit concessa confessoria in casu homicidij, cum tamen inquisitio denegaret defensionem.
- 6 Proxime dicta procedunt solum in confessoria in casu homicidij.
- 7 Si negativa coarctata nulla fuerit, quia inquisitio denegat contrarietatem coarctatam, valebit tamen Securitas, ut mere negativa.
- 8 Nulla est Securitas concessa non expresso crimine, vel expresso tali, vel in talibus terminis, quod Securitas non esset concedenda.
- 9 Item quando conceditur quarta, vel ulterior Securitas sine provisione Regia.
- 10 Securitatem etiam nulliter concessam observandam esse multi contendunt.
- 11 Contrarium alijs placuit.
- 12 Prior opinio communior, & æquior est.
- 13 Decisum fuit impetrandem Securitatem ab eo, qui potestatem concedendi in casu non habebat, carcerandum non esse, sed certiorandum de nullitate, assignatis quinque diebus, ut se in tutum recipiat, vel provideat de convenienti remedio.
- 14 Prædicta controversia distinctione componitur, ita ut Securitas semper pronunciatur nulla, & revocata, sed

Reus non carceretur si causam nullitati ipse non dedit, sed concedens, aliàs secus.

- 15 Nullitati causam non dedisse videtur, qui habuit coloratam causam petendi securitatem ab eo, qui vere non poterat concedere.
- 16 Colligitur, & distincte ponitur dicta nostra resolutio.



QUOD attinet ad priorem quæstionis partem, ante aliud advertendum est, nos hic non agere de illis casibus, in quibus non obstante Securitate legitime concessa, & impetrata Reus carceratur, quasi ex ipsius Securitatis natura, & clausulis, veluti tempore definitivæ proferendæ, quando Reus invenitur in causa condemnationis, secundum dicta, & resoluta q. 3. vel tempore contrarietatis secundum dispositionem leg. novis. juxta dicta eadem q. 3. in quibus casibus Securitas non est nulla, sed cessat, ideò huc non pertinent. Neque etiam nos hic tractare de casibus, in quibus Securitas aliàs valida rumpitur, vel ut dicitur, frangitur, de quo casu agemus q. 10. per totam. Tractamus igitur de casibus, in quibus Securitas in se nulla est, & invalida.

Primus igitur casus, in quo invalida est Securitas ille est, quando, scilicet, fuit concessa per eum, qui, vel prorsus, vel in illo casu caret potestate concedendi Securitatem, quòd quando contingat latè, & distincte diximus q. 4. per totam.

Secundus casus est, quando, licet fuisset concessa Securitas per eum qui potest.

potestatem concedendi habebat tamen fuit concessa tempore à lege prohibitio, veluti si concedatur negativa in casu vulnerum, ante triginta dies transactos, vel in casu homicidij, ante tres menses, vel si concedatur confessativa in casu homicidij, vel negativa coarctata ante Inquisitionem formatam, cum enim ante concessionem prædictarum Securitatum debeat omnino videri Inquisitio, Securitas antea concessa contra legis formam nulla est, juxta dicta, probat, & declarata *quæst. 5. quasi per totum, & quæst. 6. numer. 2.* vel si concedatur ante crimen commissum contra resoluta *quæst. 5. num. 1. & 5.* vel quando erat impetrans carceratus pro alio crimine, secundum dicta citata *quæst. 6. num. 12.* vel si, non expressit impetrans aliàs jam impetrasse, & cupisse Securitates, juxta dicenda infra *quæst. 11. num. 11.*

4. Tertius casus est, quando fuit impetrata, & concessa non observata aliqua solemnitate, vel forma legis. Veluti quando præses Curialis, qui concedere debuerat confessativam in casu homicidij in Senatu, in forma *Ordinat. lib. 5. hoc titul. 130. §. 1.* eam sine Senatu concessit, juxta dicta *quæst. 4. numer. 3.* vel quilibet Magistratus, qui concedere potest Securitates, concessit confessativam in casu homicidij, vel coarctatam, non visa prius Inquisitione, juxta dicta *quæst. 4. & 5.*
5. Quartus casus est, quando fuit concessa Securitas confessativa in casu homicidij cum tamen Inquisitio defensionem allegatam denegaret, contra dispositionem *Ordinat. hoc titul. 130. §. 7.* vel similiter concessa fuit negativa coarctata, cum tamen Inquisitio coarctatam allegatam denegare, contra dispositionem *leg. noviss. §. 1.* Quæ proxime diximus, solum procedunt in confessativa in casu homicidij, & in negativa coarctata in omnibus, casibus, in quibus concedi potest, juxta dispositio-

nem dictæ *leg. novissimæ §. 1.* & dicta à nobis supra *quæst. 2.* Nam istæ tantum Securitates conceduntur, visa prius inquisitione, & constando non denegare Reo defensionem, vel coarctatam allegatam, aliàs denegantur. At cæteræ omnes Securitates conceduntur ad simplicem petentis allegationem, Inquisitione prius non visa, unde non est cur ex hac ratione, de qua agimus, impugnari possit.

Est tamen advertendum, quod licet possit impugnari Securitas negativa coarctata, ex eo quod sit concessa injuste, quia scilicet existimat adversarius coarctatam denegari in Inquisitione, & ex hoc capite possit gravamen ad legitimum superiorem interponere, juxta dispositionem *leg. noviss. dicto §. 1. in fine.* Tamen, licet annulletur talis Securitas quatenus est coarctata, & perdat coarctatæ virtutem, quæ est ut defendat tamquam confessativa, juxta dicta *quæst. 2. numer. 6.* tamen valida remanebit in ea parte qua est merè negativa, & cum virtute merè negativæ. Ratio est: nam, qui petit negativam coarctatam in primis negat delictum, sed quia simplices negativæ fragiles sunt, addit coarctatam, ut possit defendi uberiori remedio quod affert coarctata, scilicet, ut defendatur tamquam confessativa in casu homicidij, quæ utilitas quanta sit, diximus *quæst. 6. num. 8.* unde licet forte Reus non possit consequi prædictum uberius remedium, quia, scilicet, Inquisitio negat coarctatam, tamen Securitas valida erit, tamquam simplex negativa, quia hoc nihil impedit, nec id potest denegare Inquisitio, illa enim videri debet ad has Securitates pro illa parte, qua petuntur coarctatæ, non, qua sunt simplices negativæ unde sine dubio, tamen simplices negativæ validæ nihilominus remanebunt nisi forte tempus, in quo conceduntur, id impediat, quia scilicet, ante triginta

triginta dies, vel tres menses sint concessi contra formam *Ordinat. hoc titul.* 130. in principio, & latè declarata *quæst.* 15.

Quintus casus est, quando Securitas fuit petita, & concessa cum allegatione inepta, & inconcludentis detentionis, sive coarctata, cum enim hac debeant esse legitima, & concludentes, juxta dicta *quæst.* 6. numer. 3. & dicenda *quæst.* 15. num. 4. & 15. injuste aliàs conceditur, & sic rectè impugnatur, appellatur, sive aggravatur a concessione.

8 Sexus casus est, quando impetrans negativam non expressit delictum saltem per clausulam generalem, juxta resoluta *quæst.* 15. vel, eo expresso, non erat illi concedenda Securitas, ut in specie proposita *quæst.* 6. limitatione 7.

9 Septimus casus est, quando Magistratus aliquis, sine provisione Regia, quartam, vel ulteriorem Securitatem concessit in una causa, contra dispositionem *Ordinat. hoc tit.* 130. §. 2. & dicta *quæst.* 4. num. 19. & dicenda *quæst.* 11. per totam, secundum quæ tres tantum Securitates possunt concedi in una causa, non plures, nisi ex provisione Regia. In quibus omnibus casibus, & si qui sunt alij in quibus nulla est Securitas, illa potest impugnari per adversarium, qui, nisi Judex eam nullam pronunciaverit, poterit appellare, vel in Regno, & judicio seculari, gravamen interponere, & idem poterit Reus, si existimet nullam injuste pronunciari, gravamen etenim ab his, & similibus pronunciationibus super Securitatibus interponendum esse, innuit *lex noviss. dict.* §. 1. & 4. & praxis observat, ut colligitur ex *Phab.* 1. p. arresto 101.

10 Quod verò attinet ad posteriorem quæstionis partem. Alij crediderunt, Securitatem, licet nullam omnino esse observandam, ex eo quia concedens, licet nulliter promissa debet adimplere, nec justum esse potest, quod aliquis à

judice decipiatur, ut ad aliud probavimus supra *quæst.* 3. num. 8. ex quibus, & alijs prædictam assertionem probant *Mench.* de arbitr. lib. 1. *quæst.* 81. num. 12. *Bald. cons.* 490. incipit, *Ponitur quidam column.* 2. vers. *Item ex quo lib.* 1. *Clar. in praxi crimin.* §. fin. *quæst.* 32. vers. *Sed hic quæro, Bossius, & alij plures relati à Farinat. in praxi, tom.* 1. tit. 4. *quæst.* 29. *Mendes 2. p. lib.* 5. cap. 1. num. 28. *Martins à Costa infra allegandus*, habetur in statuto Papæ citato à *Mench.* ubi supra, & probat latè dum hac scribimus, sapientissimus *Themudo* 1. p. *decis.* 72. num. 10.

Contrarium tamen scripsere *Salicetus* in l. *Cum indulgentia* num. 4. c. de *sententiam possit*, *Nullas Baldus, & alij quos refert Farinat. ubi supra numer.* 96. qui omnes licet loquantur de salvo conductu, qui dissimilis est in multis a nostris Securitatibus, ut in proamio diximus, tamen illa doctrina, & fundamenta, quibus nituntur prædicti scribentes, habent similiter locum in Securitatibus nostris, & in quæstione de qua tractamus.

Verum prior opinio, & communior ¹² est, & aequior, & ab ea non esse recedendum in judicando, & consulendo asserit *Farinat. dicto loco num.* 96. vers. *Prima*, quæ tamen ita opinio declaranda est, ut scilicet, dicta nulla Securitas solum defendat impetrantem, ne carceretur, dum declarata non fuerit pro nulla, & impetranti intimetur ejus nullitas, nam ad cæteros effectus, certum est ipsam non valere, ita intellexere aperte *Bart. post Oldrado, quam allegat. in l. Is qui reus* num. 12. ff. de *publicis jud.* *Farin. dicto num.* 95. ibi, *Absque eo quod prius revocetur, & revocatio intimetur* ¹³ *Asserato* Pro qua opinione, & declaratione supra dicta facit Decretum Senatus quod refert *Martins à Costa in lib. styli domus Supplicationis annotatione* 6. num. 30. & sub titul. *Assentos da Relaçam fol. mihi* 138. ubi decretum, & judiciū fuisse testatur, quod

quod si aliquis impetret chartam Securitatis à iudice, qui in illo casu concedere non poterat, erit nihilominus tuendus ille, qui eam impetravit, & relaxandus si carceratus fuerit, postquam illam impetravit, & illi intimanda est nullitas, & assignandi quinque dies, intra quos in tutum se recipiat, vel impetret Securitatem ab eo, qui potestatem habeat concedendi quod etiam in alio casu disponit *Ordinat. lib. 5. tit. 131. §. 1.* novissime post hæc scripta *Sapientissimus Senator, Dominicus Homem de Almeida in Analysi cap. 30. num. 5.* & passim iudicatur.

Cæterum licet prædicta opinio, & resolutio æquitate sit plena, tamen eam, etiam cum prædicta declaratione, indistincte probare non possumus, ex rationibus infra referendis. Credimus igitur omnino distinctionem in hac re esse faciendam; & in primis, ut certa ab incertis separemus, sine dubio est quod, si lex, vel statutum exprimat in casu, de quo agimus, non solum invalidam esse Securitatem, sed etiam carcerandum esse impetrantem, id observandum erit, nam cum lex tam clare disponat non est cur controversetur, ut in specie, adnotavit *Farinat. ubi supra n. 97.* Si tamen lex, vel statutum simpliciter dicat Securitatem non valere nihilominus tamen carcerandus non est, qui impetravit, licet debeat revocari, & nulla declarari talis Securitas, juxta supra dicta, & cum distinctionibus infra ponendis, & in his etiam terminis procedere prædictam opinionem credimus, cum *Pegueræ decisione crimin. 39. per tot.*

Ut igitur possit locum habere prædicta opinio, facienda est differentia (ut opinamur) inter eum casum, in quo ille, qui concessit Securitatē non habebat potestatem ad eam concedendam, quia ea carebat totaliter, vel in illa specie eam concedere non poterat; & inter eum casum, quo concedens Securitatem ha-

bebat potestatem, jurisdictionem ad Securitates concedendas pro illis criminibus, sed tamen non debuerat in illis terminis Securitatem concedere, vel debuerat observare aliquid, quod omisit. Prioris membri distinctionis exempla sint. Finge quod Securitatem concessit iudex, sive Prætor, vulgo *o juiz de fora, ou o ordinario*, qui nullam habet jurisdictionem ad concedendas Securitates, vel secundo Præses Provinciæ pro crimine commisso à persona, & in loco alterius Provinciæ, vel in casibus sibi exceptis in *Ordinatione lib. 1. tit. 58 §. 40.* vel quilibet Magistratus, præter iudicem Cancellariæ, in causis errorum officialium, vulgo *em erros do officio ex Ordinat. lib. 1. tit. 7. §. 13. & tit. 14. §. 1.* & diximus supra *quæst. 4. n. 2.* Et sic in similibus exemplis. Posterioris vero membri distinctionis exempla sint. Pone quod Præses Curialis, qui in crimine homicidij tenetur deferre ad Senatū petitionē pro Securitate confessativa concedenda, & ibi cum alijs Senatoribus eam concedere, vel denegare, ita disponente *Ordin. hoc tit. 130. §. 1.* id omisit, & perse, sine Senatu concessit prædictam Securitatem. Vel secundo, si Vicarius Illustrissimi Archiepiscopi Bracharenfis, vel suffraganeorum Episcoporum, qui tenetur in certis delictis communicare Archiepiscopo, vel Episcopo, an debeat concedere Securitatem, ita statuyente *Concilio Provinciali Bracharense actione 4. partis posterioris cap. 19.* id neglexit, & spreta illius Concilij dispositione Securitatem concessit, vel condens confessativam admisit non relevantem defensionem allegatam, & cum ea concessit confessativam.

In priori casu supra posito, & exemplificato, credimus Securitatē non esse observandam, nec Reum ad aliquem effectum illa posse defendi; nam in hoc casu culpa etiam datur ex parte impetantis, qui impetravit ab eo qui concedere

dere non poterat, & quanvis prætendat ex culari ignorantia, ea tamen cum juris sit, illum excusare nequaquam potest ex *regul. ignorantia de regul. juris in sexto* quod etiam placuit *Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 337. n. 10. & alijs, quos refert, & sequitur Farinat. ubi supra n. 100.*

In secundo verò calu principalis distinctionis, scilicet, quando concedens Securitatem ad id habebat potestatem, omisit tamen aliquid, quod observare debuerat, vel concessit interminis, in quibus erat deneganda, credimus, cum supra citatis Doctores, Securitatem observandam esse, ad effectum ne carceretur impetrans, donec illi nullitas intimeretur per modum supra explicatum. Movemur, ultra fundamenta à supra citatis adducta, ex eo quia impetrans fecit quantum in se erat, nec in jure erravit petendo Securitatem ab eo, qui concedere poterat, unde, si ille concessit interminis, in quibus non debebat concedere, vel non observabit, quod tenebatur observare, non est, quid impetranti imputetur, cum in culpa non fuerit, argumento *text. in cap. Si compromissa. rursus vers. Si verò de electione in sexto.* Nec debet aliquis alterius odio prægravari ex *text. in l. & eleganter ff. de dolo l. Siquis in suo Cod. ad inoff. & c.* nec dicatur, quod in annullanda Securitate non vertitur odium, sed favoris denegatio, quia respondetur, imò odium verti, nam remanet Reus in carceribus,

à quibus liber esset, nisi deciperetur à judice concedente illam Securitatem.

Idem credimus si ex aliqua rationabili causa, vel jure dubio, impetretur Securitas ab eo, qui probabiliter potuit credi concedendi potestatem habere, neque contrariam opinionem admittendam, nisi, cum nullam fere causam erroris impetrans allegare potest, sed in aperto jure erravit. Quod adeò favorabiliter extensit Praxis, ut viderim sententiam Senatus decernentem, non esse retinendum officialem justitiæ, qui, cū Securitate à Præside Curiali impetrata, se præsentaverat, licet esset pro erroribus officij, & privativè pertineret ad judicem Cancellariæ juxta *Ordinat. lib. 1. tit. 7. §. 13. & tit. 14. §. 1. cum late dictis supra quæst. 4. n. 2.* quod Senatus Arrestum est contra resoluta, & exemplificata *num. præcedenti*, quæ in rigore veriora videntur. At hoc arrestum, ut favorabile observetur.

Colligitur ergo Securitatem in omnibus casibus supra positis, in uno, & altero distinctionis membro, non velere. At Affecuratum nihilominus non esse carcerandum, si in aperto jure non erravit, & impetravit Securitatem ab eo, qui probabiliter potuit credi potestatem habere concedendi, quo casu, invalidata Securitate, monendus est Affecuratus, ut intra quinque dies intutum se recipiat, vel sibi aliàs provideat, juxta supradicta.



QUÆS:

QUÆSTIO IX.

Utrum confessio facta in impetratione Securitatis confessiva, præjudicet impetranti ad condemnationem in causa principali?

SUMMARIUM.

- 1 **R** Efertur sententia negativa.
- 2 **R** Contraria, & affirmativa verior, & multis probatur.
- 3 Confessio facta in impetratione Securitatis in iudicio præsentatæ judicialis est.
- 4 Confessio etiam extrajudicialis nocet dum error non probatur.
- 5 Respondetur fundamentis partis contrariæ.
- 6 Confessio judicialis incidenter facta nocet.
- 7 Text. in cap. Exhibita de homicidio, non probat partem contrariam.
- 8 Explicatur Ordinat. lib 5. tit. 124. §. 21. ut intelligatur de negativa tantum Securitate.
- 9 Qualitatibus allegatis à Reo creditur, quando per solam ejus confessionem de delicto constat.
- 10 Qualitati etiam extrinsecæ creditur, quando Reus eam allegat, præstito sibi juramento litis decisorio.
- 11 Confessio qualificata, vel in totum acceptari, vel in totum rejici debet.
- 12 Non creditur allegationibus, & excusationibus Rei, quando timore probationum fatetur delictum.
- 13 Confessio potest acceptari, & rejici qualitas excusans, & quando id procedat, explicatur.
- 14 Ex actu nullo pæna non incurritur.
- 15 Nisi tamen lex effectum ipsum punire intendat.
- 16 Reus impetrans confessivam poterit postea negare, si priorem confessionem jure possit revocare.
- 17 Confessio per errorem facta, revocari potest.
- 18 Confessio facta in impetratione Securitatis non nocet, nisi illa præsentetur in iudicio per reum.
- 19 Arbitraria, & non ordinaria pæna est imponenda Reo, si per ejus tantum confessionem de delicto constet.
- 20 Qui negavit delictum, potest quocumque tempore illud fateri, & allegare legitimam defensionem.
- 21 Confessio non nocet si aliàs de corpore delicti non constet, si delictum corpus habeat, vel vestigium relinquat.



N hac quæstione Phœbus 1. part. aristo 126. testatur decisum, confessionem factam in impetratione Securitatis non præjudicare ad causam principalem, nec per eam impetrantem [nisi alia adsit sufficiens probatio] esse condemnandum, quia scilicet confessio illa facta est ad alium finem, & ut ibi dicitur, extra judicialiter. Idem sentire videtur Thom. Valasci dicta allegatione 67. num. 37. cum sequenti, ubi ait posse Reum post confessionem factam pro Securitate impetranda, liberè negare delictum, quod non posset, si illa confessio præjudicaret ad decisionem causæ principalis, nisi adesset causa jure probata propter quam revocari posset confessio, ut infra adnotabitur. Idem sentit Caminh. sub tit. Allegationes judiciales fol. 15. in editione antiqua in glosa marginali, & allegat. Pro hac parte

Ordinationem antiquam lib. 5. tit. 1. §. & aindã que in novis est lib. 5. tit. 124. §. 21. & videtur ejus intentio allegare illam generalitatem *Ordinationis*, ibi, *Affy que o tomar a carta, & o quebramento della o naõ obriguẽ a pena alguma.* Idem videtur sentire *Cabedo 1 p. decis. 67. n. 2.* quatenus generaliter asserit, quòd si Reus nõ est in culpa, non potest carcerari sine ea, ratione Securitatis, quam accepit.

2. Contrarium tamen sentit *Cardozo in praxi, verbo Epistola n. 7.* & verbo, *confitens, nu. 31.* ubi probat confessionem factam in impetratione Securitatis confessativæ præjudicare impetranti, & per eam esse condemnandum, licet aliàs comisisse delictum non probetur. Idem, licet dubius, scripsit *Mendes in praxi 1. p. lib. 5. cap. 1. num. 25. junctis dictis ab eodem n. 44.* Ego sanè hanc partem ex alijs tamen, & fortioribus fundamentis sequendam existimo, dummodo tamen (ut suppono) Reus præsentaverit in judicio Securitatem confessativam non si solum impetravit, & nunquam præsentavit.

Et primò probatur, ex *Ordinat. lib. 5. tit. 124. §. 23.* ubi disponitur, quod carceretur *Asscuratus* confessativa, si personaliter non compareat, in gradu appellationis, licet iudicibus videatur eum esse in causa absolutionis, qui effectus a parte resultare videtur in confessione facta in Securitate, quasi justum sit quòd ille contra quem ex propria confessione constat de debito, peratus sit semper iudicatis stare, etiamsi ex defensionibus probatis videatur in causa esse absolutionis.

Secundò probatur melius ex *leg. noviss. §. 3.* ubi disponitur, quòd *Asscuratus* confessativa, tempore contrarietatis recipiendæ carceretur, si inveniatur Inquisitionem illi denegare defensionem allegatam, & non requirit Legislator quòd delictum aliàs probatum sit, prout requirere debuerat si ex ipsa confessione

facta pro impetratione Securitatis probatione oriri non supponeret, ut requisivit quando Securitas est negativa ut in §. 4. ejusdem legis novissimæ: ergò rectè sensit confessione ipsa Securitatis impetrandæ causa facta, delictum probari. Neque dicatur eo ipso, quod denegatur defensio, videri quoquè delictum plenè probari; nam non semper id sequitur, ut consideranti apparet.

Tertio apertius probatur, ex *Ordinatione optima*, ad propositum, ab scribentibus tamè nostris non allegata, *lib. 1. tit. 15. in principio*, similis *Ordin. eodem lib. tit. 43. in princip.* in quibus disponitur quòd si Reus se defendat Securitate confessativa, quanvis ex Inquisitione contra eum culpa non resultet, tamen omnino Promotor justitiæ contra eum formet, & præsentet libellum accusatorium, cum tamen ibidem Legislator disponat aliud in cæteris casibus, in quibus, ut ipse, inquit *naõ houver confissãõ da parte*, quibus verbis tanquam pro synonymis utitur pro Securitate confessativa. Aperte ergo sentit, ex confessione facta pro impetratione Securitatis culpam probari.

Quartò facit clausula illa, quã in aliquibus Securitatibus videmus, scilicet *& naõ provãdo sua defeza se farã nelle cõprimẽto de justiça*, quæ, si legitimè apponitur, significat Reum, eo ipso quòd nõ probaverit defensionem suam condemnandum esse, supponendo probationem delicti ex ipsa confessione facta in impetratione Securitatis resultare.

Quintò facit; nã si non noceret confessio facta in impetratione, omnes Rei acciperent confessivas, sibi aliàs maximè proficuas, ut diximus *quest. 6. n. 8.* & in vanum essent scriptæ *Ordinationes*: quæ prohibent negativas ante triginta dies, vel tres menses concedi in casibus de quibus in *Ordinatione hac in principio*, Rei enim statim acciperent confessivas, & postea, si videretur, negarent.

Facit tandem, quòd illa confessio 3 judi-

- judicialis est, & iudicio facta dum Reus se præferat cū illa securitate, & illa utitur in iudicio, & in eo stat tanquā cōfessus: atqui cōfessionem judicialē plenē probari nemo dubitat, & *Cardozo dicto loco* latē probat, & confirmatur; nam confessio facta coram iudice, esse non potest extra judicialis, nisi quando tanquam coram privato est omissa *Azo, & Fabian. in l. Interrogatam C. de liber. causa*
- 4 Cum ergo fateatur Reus coram iudice à quo petit Securitatem, & postea cum ea se præsentando coram iudice de causa cognoscente, iterum fateri videatur, non potest dici extrajudicialis cōfessio, & etiam si extrajudicialis foret, præjudicaret donec revocata fuisset, quasi per errorem emissa, *leg. generaliter C. de non numer. pecunia, Menoch de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 130. n. 50.* Item facit quod confessio facta in precibus probat *text. in l. Cum precum C. de liberal. causa* latē *Maschard. de probat. conclus. 368. per tot.*
- 5 Ad fundamenta partis contrariæ respondetur. Ad primum, negando extrajudicialem esse confessionem factā pro impetratione Securitatis, & quāvis possit dici incidenter facta ad alium finem, tamen ex tali confessione in iudicio facta incidenter, condemnatio fit. ut deducitur ex *Ordinat. lib. 5. tit. 38. §. 3.* & notant DD. per *text. ibi in cap. 2. de confessis*, quod sine dubio procedit, quando confessio incidens tãgit crimen principale, ut omnes fere deducunt ex *text. in cap. 1. de exceptionib. ubi Felin. num. 10. & ibidem Decius in fine Bart. communiter receptus in l. 2. §. Si publico num. 20. ff. de adulter. ubi etiam Alber. num. 3.* & quidem in specie, de qua agimus confessio non est solum de crimine tangente principale sed de ipso principali crimine, facta à Reo, unde non videtur dubitari posse, legitime probare contra confitentem.
- 7 Ad secundum de *text. in cap. Exhibita de homicidio cum citatis à Cabedo dicto loco*

co, respondetur *text. illum* nihil probare, imò posse in contrarium considerari, & retorqueri.

Ad generalem *Ordin. lib. 5. tit. 124. §. 21.* ubi statuitur, quod, si non adfit contra Reum culpa non possit carcerari, ex eo quod impetravit Securitatem; nã ipsius impetratio non obligat ad penam ullam, nec ejus ruptio, si aliàs non adfit culpa, propter quam sit carcerandus: respondetur. *Ordinationem* illā loqui, & intelligendam esse de Securitate negativa, non de confessativa, nam quando Reus ista tueretur, jam non potest dici, nec verificari, quod non probatur culpa contra eum; nam imò plene probatur per confessionem factam in impetratione Securitatis, & ejus præsentatione, quod apertissimè ex eo cōvincitur, quia statim in §. 23. disponit *eadem Ordinatio*, quod Asscuratus confessativa teneatur personaliter comparere etiam in gradu appellationis aliàs tanquam Securitate rupta, ex capite non residentia, carceretur, etiam si aliàs sine culpa sit, de hoc enim casu Lex illa loquitur paulò ante dicens, quod Asscuratus negativa, non carceretur, etiam si non compareat personaliter, si sine culpa sit, & statim adjicit, eodem temathe retento, *Porem se se livrar por carta de seguro confessativa, sempre serà obrigado a apparecer, & nã apparecendo o mandáram prender;* ergo a partē constat dictam *Ordinationem*, solum loqui, & intelligi de negativa, nam de confessativa contrarium expresse, ibidem, disponit scilicet, carcerandum etiam si aliàs Asscuratus culpatus non appareat.

Aliud urgentius, prima facie, fundamentum poterat pro contraria parte adduci, illud, scilicet, nam quando de crimine non constat, nisi per confessionem alicujus, illi credendum est, etiam in illis, quæ pro se allegat, ex regula *text. in cap. significasti 2. de homicidio*, & optima ratione fundatur; nam cum iste possit

reticere crimen, siquidem voluntariè illud fatetur, justū est quod ei credatur in his, quæ pro se allegat, ex qua ratione, etiā in civilibus dispositū est per *Ordinat. nostrā lib. 4. tit. 52.* quod credatur Reo in qualitatibus etiam extrinsecis, pro se allegatis, quando juramento litis decisorio sibi oblato fatetur debitum, allegat verò solutionem, seu aliud relevās, & jure quidem, nam iste impunè posset debitū negare si pejerare velet, *Ordinat. lib. 3. tit. 52. §. 3.* præcipue in *vers. & per aqu.* ergo juste creditur illi: faciunt latè tradita per *Menoch. de arbitr. casu 93. n. 21. 24. & alijs*, ubi probat quod confessio qualificata, vel in totū debet acceptari, vel in j. c.; idem probat *Rojas de heret. 1. p. à num. 154.* cum igitur impetrans Securitatem confessivam, semper addat qualitatem excusantem, vel illa admittenda, & credenda est, & sic impetrans absolvendus, vel si qualitas rejiciatur etiam rejicienda est confessio, cum juxta supradicta unum ex dictis, sine alio acceptari non possit. Unde videtur in nullo casu confessionem, de qua agimus, nocere Reo posse.

Verum respondetur ad primum, assertionem illam deductam, *ex text. in di. Etocap. Significatio 2. de homicidio*, sine exceptione habere locum in ijs, quæ pertinent ad forum internum, & quando aliquis agit tantum de cõponenda propria conscientia. At rarò locum habere quando agitur de his, quæ pertinet ad forum externū cum in eo non soleat esse confessio libera, & prorsus voluntaria, sicut requiritur, ut credatur qualitati excusanti, imò ferè semper, & sine dubio in casu de quo agimus, confessio fit metu probationum, & sic cum Reus fateatur illud, quòd aliàs probari posse timeret, non creditur qualitati ab eo allegatæ, ut docet *glos. in cap. 1. vers. Si confessus. 16. quest. 8. cum Rypa, quem allegat Sanch. de Matrimon. diēt. lib. 3. disp. 15. n. 10.* Ratio est, quia tunc solū illi credi-

tur quādo Reus fatetur illud quòd aliàs probari non poterat, si ergo negando posset consequi totum id quòd præten- dit ex qualitate quam allegat, cur ei non credendum? At ut diximus hæc ratio in presenti cessat.

Ad secundum respondetur, illam as-
13
sertionem tutam non esse; nam licet ve- rum sit, quòd non potest acceptari confessio, & rejici qualitas excusans, quando sumus interminis, in quibus propter cõ- fessionem factam omnino libere, & sine ullo metu probationum præsumitur veritas allegatæ qualitatis, tamen id verū esse negamus, quando (ut in præsentī, & fere semper in foro externo) stat præsumptio contra veritatem qualitatis allegatæ, prout stat semper ubi primum dictæ circumstantiæ deficient, quòd sensisse videtur *Bart. id l. Aurelius ff. de liberat. leg. Menoch. diēt. casu 93. n. 37. cum pluribus quos citat.* qui de- clarant qualitati non credi, quando con- tra ejus veritatē stat præsumptio, quod, ut diximus, accidit in casu de quo agi- mus, & in omnibus alijs, in quibus non interveniunt circūstantiæ liberæ prorsus confessionis. Et in effectu cõfessionē acceptari, & qualitatem rejici possit deducitur non obscure ex *text. in l. Inter sti- pulantē §. Si stichum ff. de verb. oblig. & ex text. in cap. Præterea 2. de transact. & ex Ordinat. nostrā lib. 3. tit. 50. §. 1. vers. Porē*, ubi, quādo Reus in exceptione fa- tetur actionē illa habetur pro probata, & assignatur Reo dilatio ad probandam suam exceptionem, in qua solet propo- nere rationes excusantes ab obligatio- ne; ergò his non creditur, siquidem ne- cessarium est illas probare, & tamen cre- ditur cõfessionī, quòd sane in praxi vi- demus admissū, nam adversarij, & fisca- les solēt acceptare cõfessiones in quā tū pro ipsis faciūt. Et ad propositū videtur res ista indubitata ex *Ordinat. diēt. lib. 1. tit. 15. in principio*, quæ omnia latius alibi Deo dante, explicabimus.

Neque

Neque etiam obstat, quod confessio, & impetratio Securitatis videretur pertinere ad iudicium voluntarium, non ad contentiosum, quia responderetur primò, quòd quando presentatur, & ratificatur coram iudice de causa cognoscente, iam est, in iudicio contentioso. Secundo quòd etiam facta in iudicio voluntario nocent, *ex text. in l. Certum ff. de confessis ubi Bart. num. 1. Cumanus n. 2. Farinat. decis. 334. num. 5.*

Neque tandem obstat *lex noviss. §. 1. ibi & negando, l. he nã valerã, ubi supponere videtur Legislator, quòd si ille, qui primum factus fuerat in impetratione Securitatis, tempore contrarietatis negaverit, valide poterit hoc facere, sed ei non suffragabitur Securitas cõfessativa, quam impetraverat, ergo dum *lex ista dicit, & negando, supponit negare posse, & dum dicit, l. he nã valerã a carta, ostendit valide, & effectivè negare, nam si ille negationis actus esset nullus, ex eo pœna non incurreretur, juxta notata per DD. in l. ubi pactum C. de transact. & in l. si quis legatum ff. ad leg. Corn. de falsis Tiraq. in l. Conub. glos. 8. n. 207. Grac. de benefic. 11 p. cap. 8. num. 15.**

¹⁴ Dupliciter tamen respõdetur prædicto argumento. Primò negando illam suppositionem, & illationem, quanvis enim illa fieri posset, ex prædictis obscuris argumentationibus, tamen *lex ista clara, & expressa illis locum non relinquit, nam expresse dicit priùs, Nã poterã negar, unde quòd postea sequitur, & negãdo, intelligitur, id est de facto, & quanvis negatio nullius sit momenti, tamen præjudicabit Securitati, & eam infringet ex ipsa rei natura, & non in pœnam, nam contraria allegans non auditur, nec in una, nec in alia allegatione, cum altera alteri contrarietur, ad notata per text. ibi in cap. Sollicitudinem de appellationibus, & in l. Titie centum ff. de condit. & demonstr. & dicitur latius infra quæst. 10. n. 33. & 35. Item ex eo, quod*

etiam si in pœnam negationis rumpetur Securitas, non tamen id concluderet negationem esse validam, & efficacem, etiam stante dicta doctrina, quæ asserit ex actu nullo pœnam non incurri; nam *lex illa ibi nihil aliud punire voluit nisi affectum, atqui quando leges affectum punire intendunt, incurritur pœna imposita, licet actus nullus sit, & sine effectu, ex glosa communiter recepta in l. Quid 15 ergo §. Cum autem, verbo cum ea ff. de his qui notantur infam. Felin. in cap. Tuas nos n. 7. de jurejur. Molin. de primog. lib. 2. cap. 16. num. 19. P. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 2. num. 2 Gratian. disp. 36. num. 37. ergo, &c.*

Secundo responderetur, quòd licet factum 16 teremur prædictam legem probare contententem in Securitatis confessione impetratione valide, & effectivè postea negare posse, nihil tamen inde contra nostram opinionem resultaret, cum non inficiemur, plures esse in jure casus, in quibus ille qui in iudicio est confessus, revocare suam concessionem, & negare potest, ut num. sequenti adnotabitur. Unde licet dicta *lex noviss.* illud, quòd negamus, probaret, intelligenda esset datis terminis habilibus, qui semper supponuntur, ex regula text. in l. Ut gradatum ff. de munerib. & honorib. ita ut sensus esset, *nã poterã negar, & negando, scilicet quia speciali jure permittente, licuit illi confessionem revocare, quanvis id regulariter non liceat, nã l. he valerã a carta, &c.*

Quæ hucusque diximus, scilicet, Regum negare non posse valide, & effectivè, quòd jam factus fuit in impetratione Securitatis intelligenda sunt, & limitanda, nisi ex legitimis, & jure probatis causis possit concessionem revocare, scilicet, si per errorem emanasse probe 17 tur ad l. Non fatetur ff. de confessis lib. 1. §. si quis ultro ff. de quæstionibus, cap. ult. de confessis, & ibi Abbas num. 13. Farin. de Reo confesso quæst. 81. num. 315. Bald.

- in l. 1. C. de confessis num. 49. ubi rationem reddit *Maschardus de probat conclus.* 368. n. 25. vel ex alio capite legitimo.
- 18 Limitanda etiam est nostra resolutio, ut non procedat, si adhuc Reus non habeat præsentatam in iudicio Securitatem illam confessivam, nam cum possit ea non uti, ne eam in iudicio præsentando in eo confessus videatur, non est cur illa confessio præjudicet, licet jam coram concedente videatur facta, & magis hoc extra dubium est, ex eo quia, scilicet, poterit libere negare ejus mandato [cum nec illud requiri, nec intervenire soleat ad impetrationem] fuisse Securitatem impetratam, vel confessionem omissam, præcipuè cum apud le habeat Securitatem, & eam possit dilaniare, sentit in simili *Maschard. conclus.* 368. num. 21.
- 19 Utrum autem, quando per solam Rei confessionem delictum aparet, sit illi ordinaria poena imponenda, an verò mitior, & arbitraria; ultra citatos à *Cardoso dicto verbo. Epistola, n. 7. Mendes in praxi 1. p. lib. 5. cap. 1. num. 44. Caminha dicto fol. 15. dicta glos. margin. vide Menoch de arbitr. casu 93. num. fin. Abbat. in cap. auditis n. 12. de præscript. Clar. in præct. crimin. quæst. 55. n. 16. vers. Forte Maschard. conclus. 867. num. 4. Farinat. de Reo confesso quæst. 81. §. 4. à n. 132. Rojas de hæret. 1. p. n. 177.* qui omnes asserunt, quod si aliàs de delicto non constet nisi per confessionem, etiamsi indicia inveniantur, non est Reo confitenti imponenda poena ordinaria, sed arbitraria mitior.
- 20 Quæ dicta sunt scilicet, Reum confitentem non posse cum effectu negare, non habebunt locum per contrarium, nempe, si ille, qui impetraverat Securitatem negativam, velit fateri, & legitimam defensionem allegare, ad hoc enim

semper, & in qualibet iudicij parte erit admittendus, *Ordinat. lib. 5. tit. 124. §. 8. Clarus in §. Homicidium n. 35. Maschard. lib. 2. de probat. conclus. 867. Gutier in Auth. sacramenta puberum à n. 65. Cod. Si adversus vendit. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 42. n. 4. Phæb. 1. p. aristo 126. vers. fin. Thom. Vaz dict. alleg. 67. & n. 41. & dicemus quæst. sequenti.*

An autem, si ille qui prius negavit, modo fateatur cum defensionis allegatione, vel per contrarium, qui factus fuit, modo, neget, vel de facto, vel jure permittente confessionis revocationem, nihilominus duret, an verò rumpatur Securitas prius impetrata, & præsentati negationi, vel confessioni contraria? In quæst. sequenti dicetur num. 33. & 35.

Utrum verò, casu quo, in specie de qua nu. præcedenti, Securitas per negationem, vel confessionem Securitati contrariam, rumpatur, possit impetrari alia conformis negationi, vel confessioni præsentati in qua scilicet, Reus nunc est? Dicetur quæst. 11. num. 8. cum sequentibus.

Ad calcem noto, quod confessio non nocebit, si aliàs de corpore delicti non constet. *Farin. tom. 1. quæst. 2. num. 7. & 8.* quod intelligo, quando crimen est tale, quod relinquit vestigium, ut homicidium & simile, secus in illo quod vestigium non relinquit, ut adulterium. Ex qua ratione existimo procedere, quod omnes fatentur, scilicet, in crimine hæresis non requiri, quod constet de corpore delicti. *Souza in aphor. Inquisit. lib. 2. cap. 20. num. 7. cum Albert. Maschard. Farinatio,* quos citat. De qua tamen assertionem, vide quæ scribemus in tractatu de Inquisitionibus quæst. 3. à num. 3.

QUÆSTIO X.

In quibus casibus rumpatur, sive, ut dicitur, frangatur Securitas,
& ea sic rupta, Reus carceretur.

SUMMARIUM.

- 1 **R**umpitur Securitas, si impetrans cum ea personaliter non se presentet in iudicio, intra terminum in eadem præfixum.
- 2 Quæ prima præsentatio personaliter fieri debet, etiamsi Asscuratus habeat Regiam provisionem ad comparandum per procuratorem.
- 3 Terminus ad præsentandum incipit currere à die aqua Securitas expeditur in Cancellaria.
- 4 Rumpitur etiam Securitas, si Asscuratus non resideat in audientijs in quibus de ipsius causa agitur.
- 5 Residere tenetur Asscuratus, etiamsi tale sit crimen, in quo aliàs personalitas comparere non teneretur, si Securitatem non impetrasset.
- 6 Etiam in gradu appellationis, tenetur Asscuratus personaliter comparere.
- 7 Distinguitur dicta assertio.
- 8 Si contra provisionem, quam Asscuratus habet ad non residendum personaliter, opponantur impedimenta, eis pendentibus, residere tenebitur.
- 9 Etiamsi Actor impetrasset provisionem ad accusandum per procuratorem, Reus Asscuratus personaliter residere tenebitur.
- 10 Residere debet Asscuratus in omnibus audientijs, post causam suam pro finali conclusam.
- 11 Cavendum à Phœbo laudanti præxim, secundum quam, si Asscuratus est in causa absolutionis, profertur sententia diffinitiva, quanvis non compareat personaliter Asscuratus.
- 12 Mulieribus Asscuratis indulgeri solet per iudices, ut non semper resideant.
- 13 Dum agitur de incidētibus non tenetur Asscuratus personaliter comparere.
- 14 Impeditus legitime, non frangit Securitatem, quanvis non resideat.
- 15 Asscuratus à residētia personali excusatur, si ad id habeat Regiam provisionē.
- 16 Securitas non dicitur rupta, eo ipso, per non residentiam, sed requiritur, quod factus sit terminus per scribā, in quo cōtinetur fuisse habitam pro rupta à iudice.
- 17 Convalescit Securitas prædicto modo rupta, si Reus voluntarie ad iudicium redeat, intra quindecim dies.
- 18 Durante prædicto termino quindecim dierum, non posse Reum carcerari, decisum fuit.
- 19 Defenditur contrarium, & probatur, debere Reum incarcerari, durante prædicto termino, si inveniat antequam se presentet.
- 20 Verius videtur prædictum quindecim dierū terminū incipere currere, à die quo factus est in actis terminus rapture.
- 21 Rumpitur etiam Securitas, si Asscuratus non faciat citari partes adversas, intra terminum in eadem Securitate præfixum.
- 22 Verius videtur, etiam in dicto casu, requiri, ut Securitas dicatur rupta quòd præcedat terminus factus in actis.
- 23 Rumpitur etiam Securitas, si Asscuratus simile crimen committat.
- 24 Etiamsi crimen diversum sit ab illo, pro quo impetraverat Securitatem, secundam aliquos.
- 25 Distinctio tamen de qua hic, erit adhibenda.

- 26 *Diversum crimen etiam ex proposito commissum, non rumpere priorem Securitatem, verius credimus*
- 27 *Rumpitur etiam Securitas, si Reus asscuratus, in casu homicidij, intret in locum delicti, & ita decisum.*
- 28 *Etiamsi pars offensa non habeat ibi domicilium, & ita decisum.*
- 29 *Tempore probationum faciendarum, licet Asscurato intrare in locum delicti.*
- 30 *Dictae decisiones solum habent locum in ipso oppido, in quo fuit homicidium commissum, non in territorio, vulgo termo.*
- 31 *Rumpitur etiam Securitas, si Reus Asscuratus declinet iudicium saeculare.*
- 32 *Nemo potest consequi utilitatem, ex eo quod impugnat.*
- 33 *Rumpitur etiam Securitas confessativa, si Reus in contrarietate negat delictum.*
- 34 *Qui prius negavit, potest in qualibet iudicij fateri.*
- 35 *Habens Securitatem negativam, si fateatur delictum, illam rumpit.*
- 36 *Rumpitur tandem Securitas, si probetur impetrantis paupertas.*
- 37 *Suspecta est dicta assertio.*
- 38 *Sine lege non possumus loqui.*
- 39 *Rumpitur aliquando Securitas impetrata pro casu vulnerum, si vulneratus decedat.*
- 40 *In omnibus casibus, in quibus post praesentationem diximus Securitatem rumpi, requiritur iudicis pronuntiatio, & terminus factus in actis.*
- 41 *Excipitur casus, in quo rumpitur ob non praesentationem in termino praefixo.*
- 42 *Quantvis securitas rumpatur, si Asscuratus pronuntiatus non sit, non erit propter rupturam carcerandus.*
- 43 *Nisi Securitas sit confessativa.*
- 44 *Item nisi Reus per querelam accusetur.*
- 45 *Explicatur Ordinat. tit. 117. §. 12.*
- 46 *Improbatur quidam stylus, qui dicitur observari in Senatu Portuensi.*
- 47 *Lato modo dici potest, Securitatem rumpi quando ipsa lege finitur, & cessat ejus remedium, & Reus carceratur.*

48 *Asententia iudicis pronuntiantis Securitatem pro rupta, si aggravetur, personaliter debet gravamen interponi, & sic Reus carcerabitur.*

49 *Nisi pronuntiatus non sit, juxta dicta num. 41.*



Securitas aliàs valida, & legitime impetrata rumpitur, sive frangitur, vulgo *quebrese*, vel quod idem est nulla, & invalida redditur pluribus modis, & ex multis causis. Non agimus hic de casibus, & terminis, in quibus Securitas quasi ex propria sua natura cessat, & Reum jam non defendit, quia de hoc agimus supra *quest. 3.*

Primò rumpitur Securitas, si ille, qui eam impetravit, se personaliter non praesentet cum ea in iudicio intra terminum in illa assignatum, quod solet esse 18. dierum, nam ita dicitur una ex clausulis Securitatum, scilicet, *Se apresentarà com a parte citada dentro de dous nove dias, aliàs esta lhe não valerà*, quòd adeo verum est, ut etiamsi impetrans habeat Regiam concessionem, sive provisionem, ad se liberandum, vel defendendum per procuratorem, nihilominus tamen in illa priori praesentatione teneatur personaliter comparere, & postea, per discursum causae poterit uti concessionem Regia ad illum effectum, ut decisum testatur *Cab. 1. p. aresto 17. Thom. Vaz dict. alleg. 67. n. 57. & 58.* Terminus autem assignatus ad se praesentandum incipit currere à tempore, quo Securitas in Cancellaria expeditur ex *Phæb. 2. p. aresto 148.* Non solum autem sufficit personaliter praesentari, sed necessariū etiam est in discursu causae personaliter in audientiis comparere.

Secundo igitur rumpitur Securitas, si Asscuratus non comparet personaliter in audientiis, in quibus de ipsius causa

causa agitur *Ordinat. lib. 5. tit. 124. §. 20*
 5 & *lib. 1. tit. 26. §. 6. Vaz dict. alleg. 67. n.*
 26. quod procedit, etiam si tale sit cri-
 men, quod aliàs, si Reus Securitatem
 non impetrasset, posset per procurato-
 rem, sine personali comparantia, respon-
 dere, *Ordination. lib. 3. tit. 7. §. 2. & lib. 5.*
 6 *tit. 117. §. 21. & 22.* Item procedunt su-
 pradicta, ut teneatur Reus comparere
 personaliter, non solum in prima instan-
 tia, sed etiam in gradu appellationis
 pendens in Senatu, ut disponitur in
Ordinat. dict. tit. 124. §. 22. & 23. & si
 non compareat, quasi Securitate rupta,
 debet carcerari. Et ne confundamus
 terminos notandum est, quod hæc pro-
 cedunt quando Senatoribus, apud quos
 appellatio pendet, videatur Reum esse
 in causa absolutionis, nam si in causa sit
 condemnationis, ex alio capite, etiam si
 præsens esset, & residens carcerandus
 esset, scilicet, quia tunc cessat Securitas,
 ex ipsa ejus natura, & concedentis
 mente, juxta dicta, supra *quæst. 3.* Pro-
 cedunt ergo hæc dicta quando Reus est
 in causa absolutionis, nam nihilominus,
 ex eo quod non residet, nec perso-
 naliter comparet, quasi ex ruptura
 Securitatis, carcerandus est.

7 Quæ tamen dicta sunt de residentia
 necessaria in gradu appellationis pēdē-
 tis apud Senatū, cū distinctione sunt ac-
 ciipiendæ, ut scilicet procedant, si contra
 Asscuratum adsit querela, vel, si habeat
 confessivam Securitatem. Sin autem
 horum nullum interveniat, quia, scili-
 cet, adest contra eum inquisitio, non
 querela, & Securitas, quæ habet, est ne-
 gativa, non erit carcerandus, si sine cul-
 pa sit [in quo casu loquimur] sed tamē
 sententia non erit proferenda donec
 Asscuratus personaliter compareat, ita
 disponente, & distinguente *Ordinat. di-*
ctis §. 22. & 23. De differentia autem
 ratione aliqua dicentur infra.

An autem, si Asscuratus sine culpa
 prorsus sit adeo, ut nec pronunciat

fuerit, teneatur nihilominus ad dictā re-
 sidentiam in gradu appellationis, vel in
 prima instantia, & carcerari possit, si non
 resideat dicemus infra *hac quæst. n. 41.*

Adeo autem necessaria est residentia 8
 Asscuratorū, ut ab ea nō excusetur ille,
 qui impetravit Regiam provisionem ad
 respondendum per procuratorem, &
 non residendum, si cōtra eam opposue-
 rit adversarius impedimenta, nam illis
 pēdētibus, quasi per hoc suspensa pro-
 visione, residere interim tenebitur impe-
 trans in audientijs, in quibus tractabi-
 tur de sua causa, ita decisum testatur
Phæb. 1. p. arrest. 165. & 2. p. arrest. 176.
vel 177. Barb. ad Ord. lib. 2. tit. 43 n. 10.

Amplianda item, & declaranda sunt 9
 supra dicta, ut procedant etiam si actor
 impetrasset provisionē ad accusandum
 per procuratorē, nā licet aliàs regulari-
 ter, Reus, eodē jure utēdo possit respō-
 dere per procuratorē tamē hoc non ha-
 bet locū quādo utitur Securitate; ex ea
 enim omnino, etiā in dicto casu, perso-
 naliter residere tenetur, juxta illa quæ
 resolvemus infra *quæst. 14. num. 15.*

Amplianda adhuc existimo, quæ di- 10
 cta sunt, ut procedant, & Reus residere
 teneatur in omnibus audientijs postquā
 processus fuerit factus conclusus, vel tē-
 pore cōtrarietatis recipiendæ, ut iudex
 de causa cognoscens videat, an tūc Reus
 carcerandus *ex leg. novis. §. 3. & 4.* vel
 pro finali sententia, quo tempore, ces-
 sat Securitas, & Reus carceratur, si sit
 in causa condemnationis, juxta dicta
quæst. 3. quasi per totam.

Debet ergo Reus in audientijs reside-
 re, dum processus est conclusus, nam
 ideo illi conceditur Securitas quia pro-
 mittit stare in iudicio paratus, & obedi-
 ens iudicatis, & nullo tēpore magis re-
 quiritur residētia, quam isto, unde, si nō
 resideat, quærendus, & carcerandus, ex
 hoc capite, etiam si aliàs in causa esset
 absolutionis, pro quo facit à fortiori
 dicta *Ordinat. tit. 124. §. 22. & 23.*
 item

item stylus de quo testatur *Phæbus* 2. p. *aresto* 162. scilicet, *que estan-to o fei-to concluso a final se manda q̄o Reo ap- pareça em Relaçãõ.*

11 Cavendum tamen ab eodem *Phæbo* dicto loco, quatenus videtur laudare praxim, secundum quam, si Asscuratus est in causa absolutionis, sententia profertur, sine eo, quod compareat, nam talis praxis est aperte contra *Ordinat. dist. tit. 124. §. 23.* quæ omnino prohibet etiam absolutoriam, absente Asscurato, in gradu appellationis proferri. Dein, de talis praxis dat locum cavilationibus, & fraudibus Reorum; nam hoc tempore discedendo à iudicio, & caute incedendo, possunt facile cognoscere an ministri eum quærant, & apprehendere conentur, quo cognito, jam facile colligunt esse in causa condemnationis, debent igitur hoc præcipue tempore, residere, aliàs carcerandi etiam si in causa absolutionis essent, vel saltem illis absentibus, nullo modo est proferenda etiam absolutoria.

12 Jam limitanda veniunt quæ dicta sunt de necessaria residentia. Primò, ut non procedat præcise in mulieribus Asscuratis, his enim solent iudices indulgere, ut non semper compareant personaliter, ita practitari accepi, & facit *Ordin. tit. 124. §. 16.* quæ actricibus mulieribus, in criminalibus permittit, per procuratorem aliquando comparere, facit etiam ratio honestatis, de qua in *l. Maritus C. de procuratoribus*, ibi, *Ne in contumeliam matronalis pudoris irruant irreverenter conventibus virorum, &c.*

13 Secundo limitanda, declaranda sunt supradicta, ut non procedant, quando de negotio principali non agitur, sed tractatur aliqua quæstio incidens, seu emergens, qua durante, non tenetur Asscuratus in iudicio personaliter comparere, ut decisum testatur *Phæbus* 1. p. *decis. 64.*

14 Tertiò limitanda sunt, & declaranda,

ut non procedant, si Asscuratus, legitimum habeat impedimentum ad non comparendum, scilicet, quia gravi morbo laborat, vel simili detinetur impedimento, leges enim ad impossibilia non obligant, & impedito subveniunt. Idem dicendum, si habeat Asscuratus 15 provisionem Regiam, ad se defendendum per procuratorem, de quo nemo dubitat supposita Regis provisione, quæ aliquando cõceditur, ut supponit *Phæb. 1. p. aresto* 165. Quid autem si actor, à jure, vel à Principe, habeat licentiam accusandi per procuratorem, sine eo quod personaliter compareat? Vide *infra quæst. 14. num. 15.*

Quarto limitanda sunt, ut non proce- 16 dant nisi in actis sit factus terminus per scribam, sive tabellionem, in quo contineatur pro rupta habitam fuisse à iudice Securitatem, & ea non suffragante Reum carcerandum, iudicatum refert *Phæbus* 1. p. *aresto* 107. *Mendez à Castro in praxi* 2. p. *lib. 5. cap. 1. n. 28.* qui tamen terminus non requiritur, nec iudicis pronuntiatio, quando rumpitur Securitas, ex capite non præsentationis intra terminum, nam in tali specie, eo ipso rumpitur, sine alia declaratione, quam nec iudex facere posset, nec pars adversa petere cum adhuc Reus non sit præsentatus, nec constet eum uti Securitate. Vide *num. 39.*

Quamvis tamen Securitas ex dicto 17 capite non residentia rupta sit, & de ejus, ruptura terminus in actis scriptus sit, si tamen Reus intra quindecim dies se voluntariè in iudicio iterum præsentaverit, in eadem qualitate & statu in quo recessit. (Scilicet, ut intelligo, non factus clericus, vel alio privilegio ad declinandum iudicium, vel poenam vitandam munitus) erit admittendus, nec carcerandus, & revalidabitur Securitas, quasi non rupta foret, ita habetur in *Ordinat. hoc lib. 5. tit. 124. §. 20.*

Sed

- 18 Sed dubitari potest: utrùm durante prædicto termino, possit Asscuratus carcerari, si inveniatur ante quam veniat libenter ad iudicium? Et decisum fuit non posse, ut testatur *Phæbus 1. p. arresto 111.* Verum ego maxime dubio de iustitia illius arresti; nam *Ordin. prædicta* decernit, quòd iudices jubeant statim, vulgò, *logo*, incarcerare Asscuratos non residentes in audientijs, in forma suarum Securitatum, notandum est verbum, *logo*, quòd omnem dilationem excludit. Considero etiam *Ordin. lib. 5. tit. 126. §. 7.* ubi bannitis conceditur annus, intra quem, si voluntariè se præsentet in carcere, de jure suo audiantur, licet, jam illis absentibus, causa sit iudicata, & definita, & tamen nemo negare poterit, quòd si Reus iste capiatur intra annum sibi concessum ad se præsentandum in carcere, contra eum sententia exequetur, & non erit ullo modo audiendus, & merito facièda est maxima differentia, inter eum, qui se voluntariè præsentat, & eum, qui capitur ante præsentationem, habet enim, se Legislator noster quemadmodum urbanus, & pius dominus, vel prudens pater, qui servum, vel filium fugitivum, si capitur, & violenter ad domum trahitur, flagellat; si verò ipse libenter reddit, reatum suum agnoscens, illum sine flagelis admittit. Et quia in conveniens erat, in casu de quo agimus, quòd Asscuratus quocunque tempore, etiam voluntarie, veniens ad iudicium, admitteretur, Securitasque revalidaretur, adjecit Legislator terminum quindecim dierum, non tamen per id negavit Reum interim esse querendum, & carcerandum, si inveniatur, antequàm voluntarie veniat, unde id existimamus, & à prædicta decisione discedendū putamur, ex fundamentis supra adductis, & rationibus consideratis.
- 20 Dubitari etiam potest in specie de qua agimus, à quo tēpore currere incipiant quindecim dies concessi ad di-

ctam præsentationem, & quidem *Ordinat. dicto loco* expresse dicit cōputandos esse à die quo Reus ab audientijs recessit, & residentiam fregit, verum cum hodie sit decisum, ut supra scripsimus, non dici Reum recessisse residentiam ve fregisse, nisi de hoc facto termino in actis, credo non antea incipere cursum prædicti termini, præcipuè quia nec aliàs, ut plurimum, potest constare juridice, & concludenter, quando asscuratus incæperit non residere, unde à prædicto termini facti tempore dies illos currere, magis juri conveniens existimo.

Tertiò rumpitur Securitas, si impetrans non facit citari partes adversas, & 21
offensas, intra terminum in Securitate ipsa præfigi solitum, qui debet assignari secundum locorum distantiam, & aliàs circumstantias, quæ à iudice concedente considerandæ sunt. Hęc assertio probatur ex quadam clausula Securitatibus adjici solita, scilicet, *farà citar a parte &c. dentro de tantos dias, aliàs esta lbe naõ valha, &c.* notat *Thom. Vaz dict. allegat. 67. num. 25.* sentit. *Phæb. 2. p. arrest. 148.* & ratio est nam acceptans Securitatem videtur promittere, quòd adimplebit ea quæ ibi ipsi injunguntur, & salvus conductus non servatur ei, qui promissa non adimplevit, *Farin. in præct. crim. tom. 1. tit. 4. quæst. 29. n. 65.* Sed dubitari potest, an, eo ipso, quòd impetrans intra 22
terminum assignatum non facit adversarios citari, sit Securitas nulla, & amplius Reum non defendat sine alia declaratione, vel iudicis pronunciatione; an verò illa, & terminus de hoc factus requiratur, ut supra in ruptura ex capite non residentia diximus? In qua dubitatione *Phæb. 1. p. dicto arresto 107. Barb. in remiss. additis ad Ordin. lib. 5. n. 128.* & tenor ipse illius sententia, sentiunt non rumpi Securitatem, ex eo, quòd pars adversa non citatur intra terminum, nisi pronunciata fuerit pro rupta, & de hoc factus sit terminus in actis,

ut supra in casu non residentiae resolvi-
mus, quæ sane resolutio satis favora-
bilis est, & Reus utilis, unde ipsi cautè
sint quòd se præsentent intra terminum
in Securitate præfixum, quanvis partes
adversas citari non fecerint, nam post
præsentationem, non rumpitur, ex præ-
dictis causis Securitas, nisi termino de
hoc facto in actis, qui quidem, non sem-
per statim post terminum transactum
fit, vel propter incuriam tabelionum,
vel iudicum, sive partium. Videntur
tamen supradicta implicare, nam quan-
do Rei præsentantur, solet jam præce-
dere adversariorum citatio, & non ali-
ter comode fieri posse videtur; nam cū
citatio fiat per ipsam chartam Securita-
tis, si illa in iudicio præsentatur, & scri-
bæ, sive tabelioni traditur, qualiter pos-
tea per eam fieri potest citatio partibus,
forte in remotis agentibus? Sed huic
difficultati occurri potest petendo trā-
sumptum Securitatis, vel mandatum, si-
ve præcatorium iudicis, coram quo fit
præsentatio, ad citandas partes adversas,
quod ultimum in praxi observandum,
& juri magis consentaneū defendimus,
infra *quest. 17. n. 18.*

- 23 Quarto rumpitur Securitas, si Asse-
curatus simile crimen committat, vel
in eodem presintat, v.g. si concubinari-
us de hoc crimine accusatus de prehen-
datur, vel de novo causa pendente, in
eadem sit consuetudine cum concubi-
na, & hoc probetur, & de novo pro-
nunciatur. Vel, si accusatus de adulte-
rio inventus fuerit cum complice adul-
tera, de quo casu *Gama decis. 309. sequi-
tur Cardoso. in praxi verbo Epistola num. 5.*
- 24 Imò, quòd magis est, licet crimen sit
diversum, adhuc tamen rumpi Securi-
tatem pro primo impetratam, placuit
pluribus allegatis à *Farin. in pract. crim.
tom. 1. tit. 4. quest. 29 num. 6. & alijs,
quos refert, & sequitur Barb. in remiss. ad
Ordinat. lib. 5. hoc tit. 130. num. 3.* Quæ
quidem sententia ratione non caret,

cum ratio concedendarum Securitatum
(ut *quest. 1. consideravimus*) illa sit, ne
scilicet, Rei in alia, & graviora crimina
incidant, unde cum ipsi Securitate abu-
tantur, & de novo crimina committant,
indignum est, quòd illa defendatur, præ-
cipue, quia æquiparantur Securitas, &
salvus conductus, privilegio, quo, qui
abutitur, privatur, *Cap privilegium 11 q.
4. cap. Cum accessisset de const.*

Verum, ut certa ab incertis distingua-
mus. Certum est, quòd si pro crimine
de novo commissio, Reus Asscuratus, sic
pronunciatus, illi non suffragabitur Se-
curitas, quam habebat pro alio crimine,
nam licet pro omnibus criminibus sit
concessa, non prodest pro commissis post
illam impetratam, ut est notum, & di-
ximus *quest. 5. n. 5.*

Deinde resolutio, & decisio *Gama de
qua supra num. 23.* locum habet in casu,
quo Reus presintat in eodem crimine, &
de hoc patenter constat, in quo casu
non dubitamus equum esse Securitatem
non observari.

Quando autem crimen de novo com-
missum diversum est, ita ut non possit
dici continuatio prioris, non audeo
probare sententiam asserentem adhuc
rumpi Securitatem impetratam pro prio-
ri, non enim ad hoc efficax ratio datur,
licet si lex aliqua id statueret, injusta non
esset. Non dubito tamen Reum in-
carcerari posse pro illo crimine de no-
vo commissio, ut supra tetigimus. Et
nego tatum invalidari Securitatem pro
priori impetratam.

Verum potest dici Securitatem rum-
pi, si crimen sit diversum, & sit commis-
sum, non fortuito, & alio aggressore, &
dante occasionem, sed ex proposito,
in quo casu, & non in alijs crimen di-
versum operari fracturam salvi condu-
ctus, resolvit *Farin. ubi supra n. 61.* At
neque hoc audeamus asserere ex dict.

Quintò rumpitur Securitas, si Assecu-
ratus, in casu homicidij, intret in locum
delicti,

delicti, poterit enim, si ibi inveniatur, apprehendi, Securitate non suffragante, secundum decisionem, & placitum Senatus de quo *Phæb. 1. p. aresto 158. & 2. p. aresto 161. Barb. in remiss. additis ad Ordinat. lib. 5. num. 127.* & licet prædicta Arelta loquantur de casu mortis, qui terminus ambiguus est, & potest declarari, & intelligi de casu, in quo mors in criminis pœnam imposita est, vel pro casu homicidij, tamen in specie de qua agimus, hoc ultimo modo, scilicet, pro casu homicidij est intelligendus, nam solum in hoc datur, & consideratur à lege inconueniens, quod in loco delicti videatur Reus, & occisi propinquos, recenti forte dolore compunctos, de novo, ibi comparendo offendat, propter quam causam, in casu prædicto, denegat Legislator Securitatem negativam in hac *Ordinatione in principio*, intra tres menses, quod in alijs criminibus non est statutum (excipio casum vulnerum inflitorum) licet ex illis pœna mortis veniat imponenda, & aperte demonstrant de casu homicidij prædicta Arelta loqui, verba illa a *Phæbo* scripta dicto aresto 161 vers. *Audivi tamen, ibi, lugar donde a morte acontecio.*

28 Ampliatur resolutio, ut procedat, etiam si pars offensa non habeat ibi domicilium dicto aresto 158. *Barb. supra.*

29 Limitatur tamen prædicta resolutio, ut non procedat tempore probationis faciendæ, vel citandarum partium, tunc enim poterit Reus pro defensionis, siue contrarietatis suæ probationibus faciendis, vel ad partes citandas intrare in locum delicti *Phæb. citatis locis Barb. ubi supra.*

30 Item declaranda sunt, ut probatio illa solum comprehendat locum ipsum, non verò territorium, vulgo *termo* *Phæb. supra Aresto 161. in vers. Audivi.*

Ultimo tandem notandum quod prædicta, nulla lege caventur, sed stylo, unde conveniens erit, ut in illis casibus,

in quibus illa prohibitio de stylo observatur, adjiciatur de hoc clauisula in ipsa Securitate, ut ignorantia excusatio vitetur.

31 Sexto in alio etiam casu Securitatis rumpitur, & ea non obstante, Affecuratus carceratur, scilicet, si declinet iudicium sæculare, & se clericum dicat, & ad iudiciū ecclesiasticum remitendū, quod mihi probat *Ordinat. lib. 5. tit. 124. §. 13.* quæ generaliter decernit, declinantem iudicium sæculare, & ad ordines proclamantem, vulgò *O q̄ se chama a ordens* ita tim carcerandum esse, quæ dispositio propriè locum habere videtur, in eo qui Securitate tuebatur, nam cum ibi supponatur eum, qui sic declinat, non esse carceratum, sed carcerandum post declinatoriam oppositam, rectè colligitur Securitate antea defendi, & facit ratio illa, nam si Reus iudicij competentiam impugnat, etiam impugnat Securitatis concessionem, cum illa non concedatur nisi subdito, quod iste negat; unde, cum nemo debeat consequi utilitatem ex eo quod impugnat, ex regula *text. in c. Cum olim de sensibus, text. in leg. Papinianus §. Meminisse ff. de inoffic. testam. text. in l. Alia ff. de ijs quib. ut indignis*, jure optimo, Securitas rumpitur, præcipuè, cum ex dicta *Ordinatione*, etiam si remissio sit faciendâ, Reus, de stylo Regni, remittendus sit in vinculis, non verò solutus, vulgò, *se ha de remeter prezo, & naõ solto.*

32 Septimo in alio etiam casu rumpitur Securitas, scilicet, si est confessativa, & Affecuratus in contrarietate negat, vel è contra, si est negativa, & in contrarietate fatetur, allegando legitimam defensionem. Et agendo in primis de priori parte hujus assertionis, scilicet, de casu, in quo Reus habet Securitatem confessativam, & postea in contrarietate negat, ante aliud adverto, quod hæc resolutio potest verificari, etiam in nostra opinione, quam scripsimus *quæst. ante.*

dent, resolventes hunc negare effecti-
 vè non posse; nam etiam hac opinione
 retenta, possunt plures dari casus in qui-
 bus confessio revocari potest, ut supra
quest. præcedenti n. 16. & 17. explicavi-
 mus, & præcipuè, cum non negemus,
 quod etiam si invalidè Reus inficietur
 in contrarietate, nihilominus per illam
 negationem de facto, Securitas rumpatur.
 Quo supposito, probatur prædicta
 assertio expresse per *leg. novissimam dict.*
§. 1. in principio, & ante dictam legem
 id juri magis conveniens esse scripse-
 rant *Thom. Vaz dicta allegat. 67. à n. 41.*
usque ad num. 46. Cardos. verbo Epistola
num. 7. decilum testatur Phab. 1. p. aref.
to 126. Mendes à Castro in praxi 2. p. lib.
5. cap. 1. num. 26. licet contrarium ali-
 quando judicari solitum esse, testetur
Cab. 1. p. aresto 59. adeò, ut de hoc
 esset arestum, vulgo *assento no livro da*
Relaçam, ut testatur *Martins à Costa sub*
tit. Assentos da Relaçam fol. 144. in mea
 impressione, quam resolutionem mul-
 tis fundamentis impugnaverat *Thom.*
Vaz ubi proxime. Sed hodie ex prædicta
leg. noviss. dicto §. 1. cessat omnis contro-
 versia, nam ipsa expresse statuit, quod
 habeatur pro rupta Securitas confessa-
 tiva, si Reus in contrarietate neget.

De secunda verò parte assertionis
 34 agendo. Præmittendum est, ut termini
 hujus assertionis verificentur, quòd il-
 le, qui prius in impetratione Securita-
 tis, vel aliàs negavit delictum, potest in
 qualibet judicij parte fateri, & allega-
 re legitimam defensionem, & erit ad hoc
 admittendus, quod probatur optimè
 ex *Ordinat. lib. 5. tit. 124. §. 8.* resolvit
Clarus in §. Homicidium n. 35. Maschard.
lib. 2. de probat. conclus. 867. Guttier. in
Auth. Sacramenta puberum à n. 65. C. si
adversus vèditionem, Menoch. de præsum-
ptionib. lib. 2. præsumptione 42. num. 4.
Phab. 1. p. dicto aresto 126. vers. fin. Thom.
Vaz dict. allegat. 67. n. 39. & 40. Quo
 35 supposito dicto Assertio scilicet, rum.

pi Securitatem negativam, si Reus pos-
 teà fateatur delictum, probatur ex eisdè
 fundamentis, quibus AA citati *nu. præ-*
cedenti probant illam assertionem, datur
 enim in hoc casu eadem contrarietas,
 & repugnantia, qualiter enim stare po-
 test Securitas negativa, & confessio de
 eodem crimine in actis facta? Cum igi-
 tur in jure non audiatur, qui contraria
 proponit, vel asserit *ex text. in cap. Soli-*
itudinem de appellationibus impossibile-
 que sit eundem, ut negantem, & insimul
 ut fatentem admitti argumèto *text. in l.*
Titia centū ff. de condit. & demonstr. cōse-
 quens videtur, negationem evanescere
 per posteriorem confessionem, & per-
 consequens negativam Securitatē rum-
 pi, eo ipso, quod Reus fatetur, sentit
Thom. Vaz in manuscriptis ad dict. l. no.
vis. num. 12. ubi dicit, tutius esse, in hoc
 casu impetrare Securitatem confessati-
 vam conformem posteriori confessio-
 ni, faciendo mentionem de priori Se-
 curitate negativa prius impetrata, & jã
 rupta per confessionem.

Rumpi etiã dicitur Securitas, si pro-
 betur Assecurati paupertas, ut scripsit 36
Thom. Vaz dicta alleg. 67. n. 59. usque
ad fin. Verum mihi semper suspecta fuit
 illa resolutio; nam lege non probatur, 37
 sine qua non debemus loqui, *text. in l.*
Illam C. de collat. nec ratione fundatur,
 imò confunditur ex illa consideratio-
 ne, quia scilicet, si Reus impetrans Se- 38
 curitatem vellet aufugere, non erat cur
 Securitatem peteret, & judicatis stare
 se offerret ad judicium veniendo, & fa-
 ciunt quæ supra *quest. 6. à num. 22.* con-
 sideravimus, contra opinantes carceran-
 dum esse Securitate non obstante, il-
 lum, qui pro virginis defloratione ac-
 cusatur, nam licet criminofus sit pau-
 per, vel dives sit suspectus de fuga, cessat
 tamen hujusmodi præsumptio, quando
 ille vult venire ad judicium, & pro hoc
 petit Securitatē, cum enim antea in fuga
 (ut ita dicam,) & in sua esset libertate,
 venien-

veniendū ad iudiciū satis purgat fugę suspicionem, nec parti adversę sit injuria, cum, si illi non concederetur Securitas, in tuto esset, & per Securitatis denegationē in nihilo parti adversę provideatur, nec ullum commodum illi inde proveniret. Rumpitur tādē Securitas si mutetur rerū status veluti, quia impetrata fuit pro vulneribus, at vulneratus obiit, nam si cōcessit Præsides, certum est, quod non prodest pro morte, in quo casu cōcedere non potest. Item si erat confessiva etiam à Præside Curiali cōcessa, valere etiā non potest, quia alia forma est observanda in ejus concessione, juxta *Ord. hoc tit. 130. §. 1.* Sustineri autem poterit, si sit negativa, & concessa ab eo, qui pro mortis casu potest concedere.

⁴⁰ His sic constitutis, oritur dubium, an, scilicet, in omnibus casibus, in quibus Securitatem rumpi hucusq; diximus, rumpatur ipso jure, an verò sit necessarium, quòd pro rupta pronuncietur à iudice, & de hoc in actis terminus per scribam, vel tabelionem fiat, ut fieri debere, resolvimus *supra n. 16.* quando rumpitur ex capite non residentię. In qua dubitatione verius existimo in omnibus casibus supradictis, requiri iudicis pronūciationem scriptam per tabelionem; nam licet per ipsam legem rupta dicatur Securitas in pluribus casibus ex supradictis, tamen adhuc necessaria est pronūciatio iudicis declaratoria, nam aliàs, qualiter carcerari poterit Reus, aut quis est iudex rupturę, si ipse iudex non pronūciat eam esse ruptam? Certè videtur omnino necessarium, & militant in hoc casu rationes prædicti *arresti Phœb. 107.* Excipio casū non presentationis intra terminum, nam ex intentione concedentis, videtur, ipso jure, nulla Securitas, si impetrans in termino non præsentetur, cum aliàs posset in æternum impetrans non præsentari, sine eo, quod posset ejus Securitas, pro rupta pronūciari; nam cum non sit in iudicio præsentata, nec constet an

impetraverit, non posset acufari non cōparentia, nec à partē, nec à iusticia. Postquam verò est præsentata, vel pars adversa, vel tabelio requirunt, & petunt quod pronuncietur pro rupta, quando causa ad hoc datur diximus *supra n. 16.* & dicimus *quæst. 13.*

Omnia illa, quæ hucusque dicta sunt, ⁴² declarari debent, ut non procedant, si aliàs non adsit culpa, & pronūciatio ad capturam, nam si hæc non dentur, licet Securitas rumpatur, non tamen per id Affecuratus carcerabitur, & merito: nam ruptura Securitatis ad summum operatur, quod Reus habeatur tanquam ille qui Securitatem non habet, atqui is, si culpatus, & pronūciatus non sit, non est carcerandus, ergo, nec etiam ille, qui Securitatem rupit, & in effectu illa declaratio probatur ex *Ordinat. lib. 5. tit. 124. §. 21.*

Quæ tamē declaratio primò restrin ⁴³ genda est, ut locum non habeat quando Securitas, quæ sic rumpitur est confessiva nam cum ex illa confessione (ut probavimus *quæst. 9*) probatio oriatur, si rumpitur Securitas etiam si nulla alia detur probatio in causa carcerationis remanet Reus, & quanvis aliqui existiment confessionem in impetratione Securitatis factam præjudicium non generare (quod nos *dicta quæst.* improbavimus.) Tamen sine dubio est, Reum rumpentem Securitatem cōfessivam, propter non residentiam esse carcerandum, etiam si nulla alia probatio delicti interveniat, ut constat ex *Ordin. lib. 5. citato tit. 124. §. 23.* unde in casu, de quo agimus indubitata est prædicta restrictio declarationis principalis.

Secundò restringēda etiam venit præ ⁴⁴ dicta principalis declaratio, ut non procedat, si Affecuratus acufetur ratione querelæ: nam etiam si aliquid aliud non probetur, rupta Securitate etiam negativa erit carcerandus. Probatur hæc restrictio, primò per argumentū à fortiori,

nā. in casu de quo agimus. tenetur Affe-
curatus cōparere in gradu appellatio-
nis, ut in *Ordin. dict. tit. 124. §. 22.* aliās
carceratur, etiā si culpa non adsit; ergo à
fortiori in prima instantia, si Securitas
rupta sit carcerari debet; nam non tam
præcisa est cōparentia in secunda, quam
in prima instantia, ut deducitur ex *Ord.
hoc lib. 5. tit. 124. §. 16.* Secundò proba-
tur ex *Ord. dict. lib. 5. tit. 117. §. 18. & 19.*
ubi habetur, quod, si ex summario que-
relæ culpa non resultet, sive Actor, sive
justitia post annum accuset Reum, tene-
atur ille, tamquam Affecuratus compa-
rere in discursu causæ, & sine quæstione
videtur, quod si non resideat, carceran-
dus sit, nam aliās si non deberet carce-
rari nisi culpa alia adesset, frustratorie illi
injungeretur, quod cōpareret tamquam
Affecuratus; nam, ut ibi supponitur, alia
culpa non adest, ergo ne dicamus, quod
lex frustratorie id facit, contra regulam
*text. in l. Hæc stipulatio §. divus ff. ut lega-
torum nomine caveatur l. Plane, & l. fin.
ff. de petit. hæreditatis,* necessario fateri
debemus, carcerandum esse, Reum non
cōparentē, & ex hoc capite rūpentē Se-
curitatē impetratam (vel à jure cōcessa,
prout in specie dictarū *Ord.*) etiam si so-
lum querela, nullaq; alia probatio, vel
culpa adsit, & suadetur quia illa quere-
la, & partis juramentū multum operan-
tur contra adversariam, & aliqua vide-
tur probatio, cum ex illa solum proceda-
tur, etiam pro parte justitiæ contra Re-
os, & illi teneantur personaliter cōpare-
re tamquam Affecurati, ut disponitur in
dictis §§. 18. & 19.

45 Neque obstat *Ord. dict. tit. 117. §. 12.*
ubi disponitur neminem esse carceran-
dum ex eo solum quod cōtra illum pro-
posita sit querela, nisi insuper adsit pro-
batio ad capturam sufficiens. Nam res-
pondetur, in casu de quo agimus, non
carcerari Reum per solam querelam, sed
ex eo simul, quod præcepto judicis,
imò legis de cernentis residentiam [ut

probavimus *quæst. 9.*] probatio non sa-
tisfacit, ac si lex dicat, Reus non carce-
retur ad solam partis querelam, si tamē,
ea data, non compareat secundum ju-
dicis præceptum, carceretur. Quæ ex-
plicatio justa est, & necessario accipien-
da, cum habeamus legem disponentem
neminem carcerandum ad solam partis
querelam, & legem jubentē, quod Reus,
contra quem adest sola querela persona-
liter compareat tamquam Affecuratus,
& consequenter disponentē, quod car-
ceretur, si non resideat, justa considera-
ta n. *Præcedenti.* Prædicto igitur modo
sunt conciliandæ *Ordinationes* illæ, ne si-
bi contrariantur contra regulam *text. in
l. 1. §. nullo itaque C. de veteri jure enucle-
ando.* Non igitur sufficit sola querela,
nam per eam pronunciari non potest
Reus ad carcerem, sed liberari debet
tamquam Affecuratus, sin autem non
compareat, ut Affecuratus, poterit car-
cerari. In qua specie non carceratur
contra *Ordin. dict. tit. 124. §. 21.* quæ dis-
ponit, quod non carceretur Reus pro-
pter rupturam Securitatis, nisi aliās ad-
sit culpa contra eum; nam ut diximus,
aliqua culpa adest in ipsa querela, neq;
per solam querelam carceratur contra
Ord. dict. §. 12. sed quia noluit adimple-
re præceptum legis disponentis illū de-
bere comparere personaliter, aliās vo-
lentis, quod ex tunc possit carcerari per
querelam.

Ex dictis probare non possumus sty-
lum, quē audivimus observari in Senatu 46
Portuensi, scilicet, in specie de qua agi-
mus, non carcerari Reos non residentes,
sed pignorari pro satisfactione expensa-
rum, & causam agi ad contumaciam,
vulgò à *revelia.* Quæ praxis non video,
quo jure fundetur.

Colligendo igitur omnia, quæ circa
hæc declarationem diximus à *vers. Om-
nia,* constat non esse carcerandum rum-
pentem Securitatem, nisi aliās culpa ad-
sit, & pronunciatus sit, nisi Securitatē
confes-

confessativa tueatur, vel per querelam accusetur, & in iudicio jam præsentatus sit, quibus casibus, Securitate rupta, Reus carcerabitur, etiamsi contra eum nulla alia adsit culpæ probatio. Ita ut in proposito nõ intret illa *Ordin. dict. §. 21.* dispositio, & dicatur culpa adesse, si confessativa Securitas sit, vel per querelam accusetur Reus, & sit jam in iudicio præsentatus.

47 In alijs tandem casibus Securitatem rumpi dici potest quando scilicet, ea non obstante, Reus carcerandus, veluti quando ex *noviss. l. § 3 & 4* carceratur tẽpore receptionis contrarietatis, quia iudex de causa cognoscens iudicat delictum satis probari, vel non posse competere defensionem allegatam, vel quando causa, jam est conclusa pro finali sententia, & Reus est in causa cõdemnationis, & illis omnibus modis, illisq; declarationibus, quibus supra q. 3. diximus Securitatis remedium finiri, eo que non suffragante, Reum carcerandum. Verum improprie in his casibus rumpi dicitur Securitas, & proprie finiri, & cessare, rumpi enim ad illos casus pertinere dicimus, in quibus ipsa quidem Securitas amplius ex sua natura durare posset, sed facto, vel omissione Asscurati rumpitur, potest tamen alia in illa causa impetrari. At verò in prædictis casibus Securitas finitur, nec alia potest impetrari quia jus non patitur Securitatem ultra illud tempus defendere, jã

enim de delicto constat, nec amplius illa potest suffragari.

Pro complemento adverto quòd in casibus, in quibus Securitas habetur pro rupta, & reus jubetur carcerari ea non obstante, si ipse existimet injuriam sibi fieri, velit que provocare, vulgò *aggravar*, non poterit id per procuratorem agere, sed personaliter comparere debet, ac per consequens in carcere constitutus gravamen interponere necesse erit, cum enim Securitas rupta pronuncietur, nec gravamen, quod interponit, soleat suspendere, in carcerem detrudetur, & ibi constitutus poterit gravamen interponere, nisi forte pronũciatus non sit, & culpa non adsit, ut supra declaravimus, & exemplificavimus *hac quæst. num. 41.* tunc etiam personaliter poterit provocare sine captura. Data animadversio probatur ex *leg. noviss. in § 4. in fine*, 49 *ibi Poderão aggravar os prezos samente:* quæ quidẽ lex licet in alia specie loquatur, tamen eadẽ est ratio, quãdo Asscuratus carcerari jubetur ex causa, de qua ibi & quãdo ex causa rupturæ ex quolibet capite, unde eadẽ debet esse dispositio ex regula *text. in l. Illud ff. ad legem Aquil.* & suadetur, nam in criminalibus regulariter procurator non admittitur ex *text. noviss. in l. Accusatores §. ad crimen ff. de public. judic. & leg. fin. C. de injur. optima Ordin. ad propositũ lib. 3. tit. 7. §. 2.*

QUÆSTIO XI.

An qui priorem rupit, vel, ut dici solet, fregit Securitatẽ, vel illi renunciavit, aliã vel alias possit impetrare? & quæ debeat circa id observare?

S U M M A R I U M.

1 **Q**UI primam impetravit Securitatẽ, ea rupta, vel renunciata potest impetrare secundã, & hac etiã rupta, tertiã.

2 Si prior impetretur à superiore poterit nihilominus secunda impetrari ab inferiori

re Magistratu si is in casu jurisdictionem habeat ad concedendum.

3 Non potest secundam, vel tertiam securitatem concedere, qui non habet jurisdictionem ad concedendam primam.

4 Qui

- 4 Qui habet jurisdictionem ad concedendam primam, potest etiam concedere secundam, & tertiam.
- 5 Regula de qua supra n. 3. fallit in præside Curiali in casu homicidij potest enim concedere secundam, & tertiam per se, primam verò non nisi in Senatu.
- 6 Idem dicendum de Securitatibus negativis coarctatis.
- 7 Regula de qua supra n. 4. fallit si petat secundam confessivam, à præside Curiali, qui habuerat primam negativam, non potest enim sine Senatu concedere.
- 8 Potest Reus secundam, & tertiam Securitatem, etiamsi diversæ, vel contrariæ qualitatis petat, impetrare.
- 9 In nostra opinione, qui impetravit confessivam, non potest ea rupta, impetrare negativam, nisi in casibus.
- 10 Semota nostra opinione, quæ defendit per confessionem factam in Securitatis impetratione delictum probari, potest sine dubio concedi negativa, post confessivam.
- 11 Impetrans debet declarare Securitates, quas jam habuit, aliàs nulla erit Securitas, illo tacito, impetrata.
- 12 Etiamsi quæ nunc petitur diversæ, vel contrariæ qualitatis sit, ab eis, quas antea habuit.
- 13 Vel si ab alio non ab illo, à quo prior fuerat concessa, ista nunc petatur.
- 14 Securitati, etiam non ruptæ, poterit Reus renunciare. & aliam petere.
- 15 Cùm Securitates impetrètur sine mādato, poterit Reus plures quàm tres impetrare, negādo ex mādato suo fuisse aliquas impetratas, si cum illis se non præsentavit.
- 16 Qui impetrat secundam, vel tertiam Securitatem, tenetur iterum partes adversas citari facere, & debet ante concessionem præstare cautionem pignoratitiā de solvendis duplicatis expensis retardationis parti adversæ.
- 17 Exconcessione Regia, quæ expeditur per Senatores Palatij, potest impetrari quarta Securitas.



Dicendū est eum, qui primā rupit, vel non rupit Securitatē, aliam, & hac etiā rupta, vel nō rupta, tertiam impetrare posse, ita permittente lege Regia lib. 5. tit. 130. §. 2. sentit Thom. Vaz dicta alleg. 67. n. 29. Phæb. 1. p. arresto 155. Et est declarandū posse Reū impetrare, scilicet, ab eo, qui potestatē habet concedendi; nam si prima fuit concessa à Præside Curiali, quia, scilicet alius non poterat concedere in illo casu (quòd quando accidat diximus supra quæst. 4. num. 8. & 9.) utique secunda, vel tertia, priore rupta, ab eodem est petenda, aliàs non erit valida; imò non erit ab alio Magistratu concedenda, cum alius ad id potestatem non habeat. Si verò jurisdictionem ad eam concedendam habeat, licet prima sit impetrata à Præside Curiali, qui cūmulativè cum Præside Provinciæ potest concedere, poterit nihilominus secunda, vel ulterior à Præside Provinciæ impetrari, vel è contra, nam est actus voluntariæ jurisdictionis, & in nihilo secunda dependet à prima, vel per contrarium, unde nulla à primo concedente præventa est jurisdictio per concessionem. Diximus, vel non rupta prima, quia potest Reus voluntarie priori renunciando, aliam impetrare, ut dicemus infra.

Ex dictis duæ regulæ colligi vidètur. Una negativa, scilicet, quòd non potest concedere secundam, vel tertiam Securitatem, nisi ille, qui jurisdictionem habet ad concedendam primam. Altera affirmativa, scilicet, quòd ille qui concessit primam & ad hoc habuit potestatem, potest etiam concedere secundam, vel tertiam, quæ regulæ probantur in Ord. hoc tit. 130. §. 2. ex qua dicta colliguntur, & nemo inficiatur.

Prima tamen, & negativa regula, de qua supra proximè, fallit in casu homicidij; nam si petatur Securitas confessiva

tiva à præside Curiali, ille non potest per se solum, primam concedere, sed debet cum Senatu super concessione deliberare, juxta dispositionem *Ordin. hoc tit. 130. §. 1.* At verò secundam, vel ulteriorem Securitatem poterit ipse Præses sine Senatu concedere, ita decisum testatur *Cabed. 1. part. decis. 57.* & merito; nam cum in Senatu jam sit judicatum Inquisitionem non denegare Reo defensionem allegatam, & ei posse Securitatem confessativam concedi, jam non datur impedimentum pro secunda, vel tertia concedenda, nec est cur ad Senatum earum concessio deferatur unde Præses per se illas concedit, ut latius diximus supra *quæst. 4. n. 4.* Idem, simili ratione, dicendum de concessione Securitatis negativæ coarctatæ, nam licet prima, si à Præside Curiali petatur, non possit per eum sine Senatu concedi, ita disponente *leg. noviss. in §. 1.* tamen secunda, vel tertia Securitas poterit per ipsum Præsidentem Curialem sine Senatu concedi.

6
7
Secunda, & affirmativa regula, de qua supra, fallit etiam in casu; nam quavis Præses Curialis possit in casu homicidij concedere primam Securitatem negativam per se sine Senatu, tamen, si illa rupta, vel renunciata, Reus petirit ab eodẽ secundam, vel tertiam confessativam, hanc priorem, confessativam non poterit Præses Curialis per se sine Senatu concedere ex dispositione dictę *Ord. §. 1.* quod generaliter observandum est, quando Securitatis qualitas mutatur, est enim in nova Securitate, observanda solemnitas, quæ requiritur, nec potest dici, quod non est prior Securitas, quia certum est priorem esse illius qualitatis, licet Reus jam aliam, vel alias alterius qualitatis habuisset.

8
Ampliatur assertio in principio hujus quæstionis posita, ut procedat, & possit Reus impetrare secundam, vel tertiam Securitatem, etiamsi diversę,

vel contrariæ, qualitatis petatur, v.g. si prima fuit negativa, & nunc petatur secunda confessativa, quæ nihilominus concedenda erit, decisum testatur *Phab. 1. p. arresto 155.*

9
Quid autem dicendum erit in casu contrario, scilicet, si prima Securitas fuit confessativa, & petatur secunda, vel tertia negativa? Hæc dubitatio in nostra opinione scripta supra *quæst. 9.* supervacanea est regulariter, nam defendimus fatentem in impetratione Securitatis negare non posse, imò ex illa confessione probatum remanere delictum, potest tamen habere locum quando confessio prius facta in impetratione jure potest revocari, & in ceteris casibus, in quibus diximus confessionem factam in impetratione Securitatis non nocere, vel quando adhuc non se præsentavit in judicio cum Securitate. In opinione verò contraria, quæ defendit confessionem factam pro impetratione Securitatis non nocere, quam dicto loco impugnavimus, semper huic quæstioni locus est, & in ea dicendum existimo posse, & debere concedi secundam, vel tertiam negativam, cum prior fuerit confessativa. Moveor quia, semoto illo impedimento prioris confessionis, non est quid impediat hujus Securitatis confessionem, cum contraria priori possit in casu contrario concedi, in quo eadem intervenit ratio dicti *arresto 155. sctit. Thom. Vaz in manuscriptis quæ parabat ad secundam allegationum partem cap. 1. num. 13* & ego jam in facto habui, & fuit clientulo meo concessa secunda negativa quia primam confessativam superat, negando in contrarietate, ex dicta *leg. noviss. in §. 1.* & cum illa causam fuit prosecutus, & illa fuit observata, nõ tamen fuit de hoc controversum.

10
11
Est tamen observandum in materia de qua agimus, impetrantem secundam, vel tertiam Securitatem debere delatrare, quas jam habuit, & rupit, aliàs non erit

erit valida ista, quæ nunc impetratur, ut habetur in *Ordinat. hoc nostro tit. §. 2. Thom. Vaz dicta alleg. 67. num. 29. Mendez à Castro in praxi 2 p. lib. 5. cap. 1. n. 27.* qui addit, sed immerito, ut credo, debere declarare quomodo fracta fuerit. Facit, quod resolvit *Farin. in pract. crim. lib. 1. tit. 4. quæst. 29 n. 31.* ubi dicit saluum conductum, vel dilationem habitam, non facta mentione de alia, sive alio jam habito viribus carere, quod procedere videtur ex rationibus, per quas jus statuit, in impetratione secundæ, vel ulterioris gratiæ faciendam esse mentionem de prima, vel anteriori, ut late probat *Sanchez de matr. lib. 8. disp. 22. per totam.*

- 12 Quod ampliandum est, licet, alia, vel aliæ Securitates antea impetratæ, & ruptæ diversæ sive contrariæ essent qualitatis, quia scilicet, illæ fuerunt negativæ, hæc verò quæ nunc petitur sit confessativa, vel è contra, nam licet ex confessativis, vel negativis, ista quæ nunc petitur prior sit, tamen in effectu jam est secunda, vel tertia, aliàs si non declaratur veluti subrepetitiæ impetrata, non subsistet *Phæb. dict. arrest. 155. 1 p. & arresto 174. vel 175 p. 2.* ubi additur, etiã si prima rupta non fuisset. Idem dicendum est, si prima ab alio, ab altero verò secunda petatur, non enim est quod in hoc casu excuset à declaratione, & expressione jam ruptarum, præcipuè, stante clausula consueta apponi in Securitatibus scilicet *se outras, ou mais q̄ outra, &c. alem desta não teve de my, ou de quem direyto tivesse pera lha conceder.*

- 14 Si tamen prima Securitas rupta non sit, & velit Reus aliam contrariam impetrare renunciando tacite, vel expresse priori, quia ipsi ea uti non convenit, sed contraria expedit, non video quid hoc impediatur, cum illa varietas, & contrarietas, non obstat ex dictis supra, & quod rupta non sit prima non possit Reo obstat, quia ipsa voluntate rum-

pitur, illi renunciando ex regulis generalibus, secundum quas, quilibet favori suo, & his, quæ pro se introducta sunt, libere potest renunciare, ex juris regula, de qua in *l. Si quis in conscribendo C. de actis,* & probari videtur ex his quæ *Phæb. 2 p. arresto 174. vel 175.* ubi supponitur, posse habentem Securitatem non ruptam, secundam impetrare, & solum dubitatur, an debeat in hoc casu ex primæ jam impetratæ primam.

Præterea adverto, quod cum Securitates impetrari soleant sine mandato quod ad illas impetrandas non requiritur, ut dicemus *infra quæst. 16. n. 2.* poterunt plures quam tres impetrari; nã illæ, quas impetrans non approbaverit eis utendo, nec præsentando se cum illis, non computabuntur, & poterit ipse dicere, eo ignorante fuisse impetratas, quod ipsi nocere non debet, & aliquando hæc cautella Reus utilis erit, & probabilis; nam nec solet mandatum dari pro earum impetratione, neque Rei ipsi personaliter illas petunt, vel à concedente recipiunt.

Deinde observandum est, secundam, vel tertiam Securitatē impetrantē debere ea impetrata, facere citari iterum partes adversas, itē debere præstare cautionē ad arbitrium concedentis Securitatem, de solvendis adversæ parti duplicatis retardationis expensis ad quas tenentur ex eo, quia sic rupit primam Securitatē, & aliam petit, quæ probantur in *Ord. lib. 5. hoc tit. 130. §. 2.*

Tandem adverto, quod licet ex legis ordinaria cōcessione non possit impetrari quarta Securitas, tamen ex dispensatione Regis, & ex provisione, quam concedunt Senatores Palatij, quotidie quarta conceditur Securitas, ut habetur in eorum *Regimine §. 80. & agnoscit Ord. hoc tit. 130. dicto §. 2. ibi, lhe não seja passada sem provisam nossa.*

QUÆSTIO XII.

*An ille, qui à jure, vel ab homine pronunciatus est, ut se liberet, resideat-
que tanquam Asscuratus, sit in omnibus comparandus
illi, qui impetravit Securitatem?*

SUMMARIUM.

- 1 **O** Rdinat. disponit quod in aliqui-
bus causis Reus se liberet, & re-
sideat tãquam si impetrasset Securitatẽ.
- 2 Querelatus de virginis defloratione, si
in carceratus fuerit, & dederit pignora.
titiam cautionem relaxabitur, sed prose-
quetur causam tanquam Asscuratus.
- 3 Querelatus cõtra quem nulla alia pro-
batio delicti invenitur, residet in processu
sue causæ tanquam Asscuratus.
- 4 Qui in dicto casu accusatur ex officio
justitiæ eodem modo residere tenetur.
- 5 Ordin. lib. 5. tit. 117. §. 19. ibi, & os
accusadores, debet emmendari, ut dicat,
& os accusados.
- 6 Absolutus per sententiam, si de novo
accusatur ab alio, utitur sententia sue
absolutionis loco Securitatis.
- 7 Judices in delictis levioribus solent pro-
nunciare Reos, ut se liberent tanquam
Asscurati.
- 8 In casu de quo supra n. 2. Reus cõpa-
ratur vere Asscurato, quod attinet ad
residentiam personalem, non quoad alia.
- 9 In casibus de quibus supra n. 3. & 4.
Reus comparatur vere Asscurato, quo-
ad residentiam, item ut possit carcerari, si
invenitur in causa condemnationis.
- 10 Non comparantur Rei prædicti gene-
raliter Securitatẽ negativam habenti-
bus, sed in aliquibus, in quibus sine in cõ-
venientibus, illis possunt esse similes.
- 11 Declaratur qualiter intelligendum sit,
quod dicitur, in dictis casibus comparari
Reos habentibus Securitates negativas.
- 12 Non possunt Rei in prædictis casibus
carcerari tẽpore receptionis cõtrarietatis.
- 13 In casu, de quo supra num. 6. compa-

ratur Reus vere Asscurato.

14 Poterit Reus in prædictis omnibus casi-
bus impetrare veram Securitatẽ.

15 Pronunciatus à judice, ut se liberet tã-
quam Asscuratus, est cõparandus Ass-
curato, tanquam ille, qui ipsa lege sic pro-
nunciatur in specie, de qua supra num. 9.
cum tribus sequentibus.



Upponendũ est Ordina-
tionem nostrã disponere
in aliquibus casibus Reũ,
qui aliã Securitatẽ non
habet, residere debere in
processu sue causæ, tan-
quã si Securitatẽ impetrasset, qui casus
non sunt ejusdẽ speciei, & sũt sequentes.

Primus habetur in Ordin. lib. 5. tit. 23.
in principio, ubi disponitur, quod si con-
tra aliquem fuerit proposita querela per
mulierem, quæ dicatur ab eo corrupta,
& pronunciatur, & captus sit, si offerat
pignoratitiã cautionem, relaxetur à car-
cere, teneatur tamen, tanquam Asscura-
tus prosequi causam, ibi, *si ga o feito pes-
soalmẽte como se adasse per carta de seguro.*

Secundus casus habetur in Ordin. tit.
117. §. 18. eodẽ lib. 5. ubi disponitur, quod
ille, contra quem fuit proposita quere-
la, sed non data probatio, aut si data,
non sufficiens ad capturam, velit se li-
berare, vel actor illum accusare, possit
hoc facere, & Reus teneatur in audi-
entijs comparere, ac si Securitatẽ ne-
gativam impetrasset, ibi *ser à obrigado ap-
parecer nas audiencias, como se tomasse car-
ta de seguro negativa.*

Tertius casus, qui est quasi idem cum
superio. 4

uperiore, habetur *eodem tit. 117. §. 19.* ubi disponitur, quod ille qui accusatur ex officio justitiæ, ex eo quod ille qui querelam proposuit, intra annum non accusavit teneatur comparere tanquam Asscuratus, ibi, *e os accusados seguros as audiencias como seguros.* Et nota quod quanvis in mea, & aliquibus Impressio- nibus dicatur, *e os accusadores,* tamen error est impræssionis, & sine dubio dici debet, *accusados,* ut notat *Barb. ad dictam Ordin. dict. §. 19.*

6 Quartus casus habetur in *Ord. eodem lib. 5. tit. 131. §. 2.* ubi disponitur, quod ille, qui est per sententiam absolutus a crimine, si iterum accusetur ab eo, qui quando citatus fuit ad accusandum, si vellet, respondit se pro tunc nolle accusare, defendatur (si postea ab eo accusetur ut dictum est) ipsa sententia absoluta, ac si esset Securitatis charta, ibi, *e a sentença, q̄ o seguro tiver havida pella carta de seguro lhe serà guardada como a mesma carta de seguro.*

7 Supponendum præterea est praxim admisse in delictis levioribus pronūcia- tionem quandam, perquam Rei sine eo, quod carceretur, veniant ad iudicium, & se liberent tanquam Asscurati, scilicet, *Pello q̄ consta desta devassa, N. se li vi e como seguro,* de cujus tamē praxis jure, in *tractatu inquisitionum quest. 10. n. 20. dubitamus,* sed modo illam supponimus jure fundari.

8 His suppositis restat nunc venire, in uno quoq; casu (nam pro omnibus una, & eadem regula, & resolutio non convenit, ut infra dicemus) an ille, qui habetur pro Asscurato, debeat in omnibus pro tali haberi, & regulari, ita ut cōparetur vere Asscurato. Et quidem in primo casu, & in specie *Ordin. lib. 5. dict. tit. 23. in principio* existimo solum tene- ri ad personalem comparentiam in au- dientijs, hoc enim denotant illa verba, *figa o feito pessoalmēte como seguro,* & nulla alia Asscuratorum lege obligari, & sic,

si resideat, ex nullo alio capite, ex qui- bus carcerari Asscuratos diximus, car- cerandum esse; Reus enim in casu, & terminis illius *Ordinationis* jam non est cur carceretur, siquidem, cautione ab ipso præstita, jam in demnis est pars ad- versa, etiamsi ipse aufugeat; nam ut ex eadē *Ordin.* apparet, Reus, si dotet, ad nihil aliud obligatur, at dotis cautio da- ta est; ergo non est cur carceretur, si re- sideat, quod si non impleat carcerabi- tur, voluit enim lex quod iste, quasi in pœnam, in iudicio personaliter resideat, & Reum se esse cognoscat.

9 In secundo, & tertio casu dicendum esse existimo, Reum habendum pro Asscurato, & non solum illi compa- rari ad effectum residentia, de qua *Or- dinationes illæ* loquuntur, sed ad effe- ctum, ut carceretur si carcerandus jure sit, quia scilicet, est in causa condemna- tionis. Moveor quia licet tenuissima sit culpa quæ resultat ex sola querela par- tis, sine alia probatione (adeo, ut diffi- ciles sint *Ordinat. illæ dictis §§ 18. & 19.* quatenus ex sola querela proceditur contra querelatū, ut ita dicam, contra il- la, quæ *Farin. in præct. tom. 1. tit. 5. quest. 46 quasi per totam, & dicēda à nobis in se- quenti tract. de inquisitionibus q. 10. n. 11.*) Tamen tempore definitivæ proferendæ potest plena culpa ad cōdemnationem, inveniri, actor enim, vel justitiæ Promo- tor, vel iudex ipse ex officio, possunt pro- bationes offerre, & probare delictū an- te à nō probatū ex *Ord lib. 5. tit. 124 § 7. & §. 18.* & nulla ratio datur ne isto casu scilicet, jã delicto probato, Rei carcerē- tur, si aliquid relevans non ostendant. Neque obstat quod lex solum eo ad re- sidentiam obligat, nam respondetur, eo ipso sentire Legislatorem esse carceran- dos, residentia enim ad hunc finem est inventa, ut scilicet, possint Rei facile carcerari, nisi aliquid rationabile adsit, quod suadeat in casu illo, residentiam non ad hunc finem requiri, prout in casu

casu præcedenti diximus, quando egimus de *Ordinat. libro 5 dicto tit. 13.*

¹⁰ Quanvis autem in dicto §. 18. Reus comparetur habenti Securitatem negativam, tamen non credo per id proprie comparari debere illi, qui negativam impetravit, nam sequeretur, quod, si iste fateretur in contrarietate, carcerandus esset, tanquam rupta Securitate, ex dictis *quæst. 10. numero 35.* quod non est dicendum; nam alias favor legis, quæ ipso jure, ut ita dicam, concedi Securitatem, retorqueretur in odium Reorum contra regulam *text in l. Quod favore C. de legibus & in regula Ob gratiam de regulis juris in sexto.* & quidem si à lege non concederetur dicta Securitas ficta, posset Reus impetrare Securitatem sibi convenientem, & sic vitare periculum supra consideratum.

¹¹ Existimo igitur, Reos in specie dictarum *Ordinationum §. 18. & 19.* comparari Asscuratis, ut scilicet, residere teneantur, & observare cætera, quæ Asscurati tenentur observare, de quibus dicemus *quæst. 14.* & ut carcerari debeant, si inveniuntur in causa condemnationis. Non vero cõparari Asscuratis in alijs, quæ solum possunt habere locum in habentibus proprias, & veras Securitates, & sic hujusmodi Asscuratos fictos, qui à lege ipsa jubentur liberari tanquam Asscurati, non rumpere Securitatem illam fictam per id quod fateantur, vel negent in contrarietate. Et quanvis in dicto §. 18. isti Rei, quibus Securitas ab ipsa lege, ut dictum est, conceditur, comparentur habentibus Securitates negativas id solum videtur adjectum, ne videantur comparari habentibus confessativas, quia hoc posset præjudicium Reis afferre; nam juxta dicta *quæst. 9.* confessativa Securitas potest nocere.

¹² Noto tandem, Reos istos non posse carcerari tempore contrarietatis re-

cipiendæ, secundum dispositionem *leg. novissimæ §. 3. & 4.* quia eo tempore non potest dari probatio sufficiens ad pœnam, sed sola querela, nam *Ordinationes* prædictæ, quæ statuunt Reos se liberari debere tanquam Asscurati, loquuntur solum, quando adversus Reos prædictos datur tantum querela sine ulla alia probatione.

In quarto casu existimo Reum habendum pro verè Asscurato, & illi prodesse Securitatem illam, quam impetravit, & cum qua se liberavit, quæ, & sententia habita, ei prodest, pro nova accusatione contra eum instituta, ex dispositione, & ratione *Ord. lib. 5. dict. tit. 131 § 2.* Et sic habendum esse Reum, ac si de novo illam Securitatem impetrasset.

Si autem in omnibus prædictis casibus voluerit Reus aliam impetrare Securitatem, nihil hoc impedire existimo, & tunc cessabit illa species Securitatis, quæ à lege erat concessa; nam provisio hominis facit cessare provisionem legis, *ex text. in leg. fin. C. de pactis conventis.*

Restat nunc videre, quid dicendum sit in alio casu, scilicet, quando aliquis pronunciatum est, non à lege, sed à iudice, ut se liberet tanquam Asscuratus. In quo casu ego opinor, hunc sic pronunciatum debere comparari illi, qui à lege sic pronunciatum est in specie dictarum *Ordinum §. 18. & 19.* & in hoc casu locum habere illa, quæ diximus supra pro secundo, & tertio casu; nam iudices videntur imitari velle pronunciationes dictarum *Ordinationum*, neque aliud velle videntur, aut possunt. Debent igitur Rei sic pronunciatum residere, aliàs quasi rupta prædicta Securitate ab ipso iudice concessa, carcerari poterunt, & similiter ex quacunque alia transgressione, vel tandem, quando fuerint inventi in causa condemnationis, carcerandi erunt.

QUÆSTIO XIII.

*Quæ sit cura judicis, Promotoris, tabellionis, & sollicitatoris
justitiæ circa Asssecuratos?*

SUMMARIUM.

- 1 **J**udici incumbit scire an Asssecurati
resideant, ut aliàs carcerentur.
- 2 Promotor debet formare libellos cõ.
tra asssecuratos.
- 3 Tabellio si pertranseant quindecim dies
sine eo quod agatur de causa Asssecurati,
tenetur id judici notum facere, aliàs in-
currit pœnam amissionis officij.
- 4 Tenetur etiam eodem die quo sibi fuerit
distributus processus Asssecurati, folium
expedire, vulgo correr tolha.
- 5 Sollicitator justitiæ tenetur accusare
non comparentiam eorum qui se liberant
cum Securitatibus.

Judex qui de causa cog-
noscit debet habere curã,
an Asssecurati resideant,
& compareãt in audien-
tijs, in quibus comparere
debēt, & si invenerit eos
ab esse, nec personaliter residere, decer-
nere debet, quod carcerētur, *Ordin lib. 5.
tit. 124. §. 20. & lib. 1. tit. 26 §. 6.*

Promotor debet formare libellos
contra Asssecuratos, quando alius ac-
cusator non intervenit, cum distinctio-
ne, & in forma tradita per *Ordin. lib.
1. tit. 15. in principio.*

Tabellio, si pertranseant quindecim
dies sine eo, quod agatur de cau-
sa Asssecurati, vulgo *sem se fallar no
feito de algum seguro*, tenetur id notum
facere judici, ut ipse decernat, quod si-
bi justum videbitur, aliàs tabellio officij
amissionis pœnam incurrit *Ordin lib. 1.
tit. 79. §. 32. & lib. 5. tit. 124. §. 20. Cabed.
1. p. decis. 67. num. 4.* tenetur etiam eo-
dem die, quo sibi fuerit Asssecurati pro-
cessus distributus, expedire folium, vul-
gò *correr folha ao seguro* *Ordinat. lib. 5. tit.
125. §. 3.*

Sollicitator justitiæ tenetur accusare
non comparentiam eorum, qui se libe-
rant cum Securitatibus, & facere, quod
præconisentur in audientijs, ut, si non
adsint, judex eos carcerari jubeat *Ordi-
nat. lib. 1. tit. 26. §. 6.*

QUÆSTIO XIV.

*Quænam aliæ specialitates in jure nostro inveniantur circa habētes Secu-
ritatis chartas. Et quæ aliæ teneatur observare Asssecuratus.*

SUMMARIUM.

- 1 **A**sssecuratus non potest intrare in
prætorium, vulgò audiência, cum
armis, aliàs ea perdit.
- 2 Quod intelligitur, si in illa audientia
agendum sit de ejus causa.
- 3 Requiritur tamen quod in effectu illi
ibidem arma extrahantur,
- 4 Quid armorum nomine intelligatur
Remissive.
- 5 Asssecuratis ex officio accusatis, folium
expeditur, idest, *le lhe corre folha.*
- 6 Asssecuratis datur copia actorum, cum
attestationibus, & allegationibus Acto-
ris clausis.

7 Quod

- 7 Quod videtur procedere etiam in Assecuratis confessatis.
- 8 Si relaxari jubetur Assecuratus quia iudicatur Securitatē sibi prodesse & adversarius interponit gravamē, illi præfigitur terminus ad emendationē scētlicæ ostendēdā & Assecuratus interim detinetur.
- 9 Assecuratus rumpens Securitatē, & aliam petens, tenetur adversario ad expensas duplicatas retardationis.
- 10 Assecuratus tenetur personaliter cōparere, etiam in delicto, in quo aliās posset respondere per procuratorem.
- 11 Si Assecuratus in dicto casu non sit pronuntiatus, nec carcerabitur, nec per procuratorem audietur, si non compareat, nisi Securitas sit confessativa.
- 12 Ad allegandum impedimentū Assecurati non comparentis non solum procurator, sed quilibet de populo, mulier, & servus admittitur.
- 13 Si actor impetrat rescriptū sive provisionē ad causandū per procuratorem Reus Assecuratus videtur posse uti eodē jure.
- 14 Fundatur pars contraria.
- 15 Certum videtur si à lege ipsa concessum sit actori accusare per procuratorem Reum Assecuratum non uti eodem jure.
- 16 Verius etiam videtur non posse Assecuratum respondere per procuratorem, etiamsi Actor impetrasset provisionem ad accusandū per procuratorem.
- 17 Potest & solet concedi à Rege licentia, & provisio ut Assecurati, saltē ad tempus, per procuratorem respondeant.
- 18 In judicijs Ecclesiasticis Episcopi, & eorum Vicarij has licentias concedunt.
- 19 Si de facto audiatur Assecuratus per procuratorem, verius est gesta cum procuratore valere.
- 20 Assecuratus se presentando in iudicio, non potest amplius illud declinare.



N primis non debet Assecuratus intrare cum armis in prætorium, id est *na audiencia*, ita disponente Ord. lib. 5. tit. 124. §. 24.

Ratio videtur, ne, si iudex eum carcērari decernat, habeat arma ad resistendum. Ut tamen prædicta Ordinationis dispositio procedat, duo requiruntur. Primum, quod in illa audientia, in quam sic intrat cum armis, sit agendum de ipsius negotio, & causa, in qua se defendit Securitate filus, ut ipsa Ordinatio declarat, ibi, *nas audiēcias aonde se os seus fetos tratarem*, Secundum, ut ibi, cum illis actualiter deprehendatur, & sibi extrahatur, ut ipsamet Ordinatio declarat, ibi, *Pera o meirinho, ou alcaide, ou seus homens, q̄ nas audiēcias lhas tomarem*. Poterunt igitur in audientis, in quibus de ipsorum causa, vel accusatione non agitur, libere cum armis, aliās non prohibitis stare, & licet intrent in illas audientias in quibus ejusdem causa agitur, non perdent arma, nisi ipsis fuerint extracta, vel capta.

Quid autem armorum nomine intelligatur, vide text. in l. *Armorū ff. de verborum sign. text. l. Idem est vers. Arma ff. de vi, & vi armata, & citatos à Barbos. in Remissionibus ad Ordinationem lib. 5. tit. 80. §. 1.*

Deinde in causis Assecuratorū debet folium expediri, vulgò *se deve correr fo. lha*, antequam sententia finalis in prima instantia proferatur, quod intelligendum est, si accusator non detur, & ab officio justitiæ solum accusetur Reus, non aliās. Quæ dicta sunt habentur in *Ordinat. lib. 5. tit. 125. §. 9.*

Præterea illud specialiter servatur in istis Reis Assecuratis, quod, scilicet, illis datur copia Actorum ad allegandum de jure suo, vulgò, *vista para arezoar*, cum probationibus, & attestationibus, & allegationibus justitiæ, vel adversarij clausis, & sigillatis, *Ordinat. lib. 5. tit. 124. §. 2.* ne, scilicet, videre possint probationes, quæ contra eos sunt factæ, nec ex allegationibus adversarij, in quibus solent referri probationes, colligere possit qualis contra eos

adfit probatio. Ratio videtur ne videns Reus probari delictum aufugiat, sentit Thom. Vaz dict. allegat. 67. num. 54. & videtur illam Ordinationem habere locum solum in habentibus Securitates negativas, nam in illis prædicta ratio, & timor datur, non sic in habentibus confessativas, in illis & enim prædicta cessant, iste enim non inficiatur delictum commississe, unde nihil novi, videt, quando videt acta, in quibus probatur, unde non est cur illorum copia denegetur.

7 Potest tamen replicari, & merito, quod illa lex non assignat rationem in qua fundetur, unde non potest intrare regula text. in cap. Cum cessante de appellationibus, & cum lex generaliter, & indistincte loquatur nobis non licet distinguere l. de prætio ff. de publiciana vulgar. l. Non distinguemus ff. de arbitr. Præcipue quia non desunt rationes, propter quas colligatur etiam in Asssecurato confessativa dari prædictam rationem, & timorem fugæ, nam potest ex probationibus adversarij constare, non solum Reum commississe delictum, sed etiam fuisse aggressorem, nec in defensionem suam ullo modo commississe, quod supponitur in dicta l. noviss. §. 3. ibi, q̄ lbe nega a defeza, & in Ordin. hoc nostro tit. in §. 1. quibus locis supponitur in ipsa inquisitione, & actis posse probari taliter delictum, quod defensio Reo vero similiter competere non possit, unde licet Reus fateatur delictum, si videat, ex adverso probari etiam commississe non in legitimam defensionem, dabitur prædictum periculum, & eadem ratio, ac per consequens eadem dispositio, ad l. Illud ff. ad l. Aquiliam.

8 Aliud etiam speciale in his invenitur, scilicet, quod, si carceretur Asssecuratus, & iudex pronunciet relaxandum, quia scilicet, Securitas illi prodest, & pars adversa gravamen interponat, debet iudex illi assignare restrictum terminum, ut ostendat pronunciationem

emendatam à superiore, alias relaxabitur Asssecuratus, qui in carcere detinetur, ita de stylo testatur Phæb. 1. p. arist. to 101. in fine, quod speciale est; nam licet pro gravaminum præsentatione sit tempus taxatum per Ordin. in 3. tit. 69. §. 7. & tit. 74. §. 5. & tit. 78. in fine principij, tamen post præsentationem, non est tempus assignatum ad ostendam sententiam emendatam, vulgò melioramento, nec interior, regulariter, potest ad id imponere legem, & obligationem. Speciale quoque est, quod Reus virtute gravaminis detineatur, & suspendatur pronunciatio jubens illum relaxari, contra naturam gravaminum, quæ non suspendunt, juxta dicta supra tract. 1. quest. 6. n. 65.

9 Illa quoque specialitas in impetrantibus Securitates invenitur, ut, si aliam rumpant, quando secundam, vel tertiam petunt, teneantur partibus adversis ad duplicatas retardationis expensas, & debeant ante concessionem, ad magistratus concedentis arbitrium, præstare cautionem de solvendis prædictis retardatis, alias non debet illi concedi Securitas, ita disponente Ordin. lib. 5. hoc tit. 130. §. 2.

10 Illud tandem speciale in Asssecuratis invenimus, scilicet, quod non possunt audiri per procuratorem, sed omnino tenentur personaliter comparere, etiam, si delictum sit leve, in quo alias possent per procuratorem respondere, ita habetur in Ordin. lib. 3. tit. 7. §. 2. & lib. 5. tit. 117. §. 22. Si tamen personaliter adfit Asssecuratus ejus Advocatus auditur, ut sine quæstione videmus observari.

11 Unde inferitur, quod, si Reus forte sit sine culpa, unde nec ipse pronunciat, ac per id non sit carcerandus, licet non compareat, ex dictis supra quest. 11. nec carcerabitur, nec etiam per procuratorem audietur, ex dictis proxime, sed erit in causa subsistendum donec compareat, vel adversario petente

petente procedendum erit ad contumaciam vulgo, à *revelia*, quod in nostra opinione non procedit in Assurato confessativa, iste enim nunquam dicitur esse sine culpa.

¹² Licet autem, ut dictum est, pro Assurato absente procurator non admittatur ad causam principalem, tamen ad allegandum justum impedimentum debentis comparere, non solum procurator, sed etiam quilibet de populo, & mulier, & servus admittetur, ita disponente *Ordin. nostra dict. tit. 7. §. 3. facit Ordin. lib. 1. tit. 91. §. 10. exornat. Barb. ad Ordin. lib. 5. tit. 124. §. 14. verbo, nam se pode livrar.* & in hoc casu si impedimentum probetur, in causa erit subsistendum, donec illud cesset, cum procurator non admittatur in causa pro defendendo impedito, sed solum pro allegando, & probando impedimento, ut contra Reum non procedatur interim, nec pœnas non comparentis incurrat.

¹³ Dubitari tamen potest utrum quando Actor, vel ab homine, vel à jure habet licentiam accusandi per procuratorem: ab homine, quia impetravit Regiam Provisionem à jure v.g. in terminis *Ordinat. lib. 5. tit. 124. §. 16. vers. porè*, quia, scilicet, mulier est, cui conceditur ab illa *Ordin. accusare per procuratorem sine eo, quod personaliter compareat*, dubitari, inquam, potest, an Reus Securitatem habens possit in dicto casu respondere per procuratorem, sine eo quod personaliter compareat. Pro parte affirmativa facit *titulus ff. quod quisque juris*, quem ad casum fere de quo agimus, adducit, & considerat *Valasc. 1. p. consult. 25. num. 7.* resolvens debere Reum uti eodem jure, quo Actor utitur, & non teneri personaliter comparere, quando Actor impetravit provisionem ad accusandum per procuratorem. Facit regula *Non licet de regul. jur. in 6.* quemadmodum per contrarium Actor debet personaliter accusare, licet aliàs

tale sit crimen, quod posset accusare per procuratorem, quando Reus tenetur personaliter comparere, quia impetravit Securitatem pro illo crimine, ita disponente *Ordinat. lib. 5. tit. 117. §. 22.* Unde colligitur æqualitatem servandam inter Actorem, & Reum, & teneri alterum eodem jure uti, quod contra alterum impetravit, & in effectu hanc partem frequentius praxis observat.

Pro parte verò negativa facit, quod personalis comparentia strictius requiritur, quando Reus habet Securitatem, quam quando simpliciter accusatur, & Securitatem non habet, probatur, nam ille, qui pro crimine levi posset respondere per procuratorem juxta *Ordin. lib. 3. tit. 7. §. 2. & lib. 5. tit. 124. §. 14.* si impetrat Securitatem, tenetur personaliter comparere, ex *Ordinat. dict. lib. 5. tit. 117 §. 22.* Urget, quod si Assuratus non compareat personaliter, non poterit impleri præceptum legis jubentis eum carcerari temporibus à jure statutis, secundum latè à nobis scripta supra *quæst. 3. quasi per totam*, cum tamen in impetratione Securitatis promittat, stare in judicio paratus judicis mandato, unde si non resideat, nec adimplebuntur clausulæ Securitatis, nec partis adversæ juri, satis consultum erit. Facit tandem quod, si Reus Assuratus uteretur provisione, & privilegio Actoris, illud ipsi Actori frequenter odium traheret, & verosimilius est non impetraturum dictam provisionem, si sciret Reum Assuratum, ea, quoque utèdo, excusandum esse à comparentia personali, & sic judicium illudere posse, si absens sit, & videat se condemnari.

Ego quidem in prædicta controversia, in primis certum existimo quod, si Actor, ex privilegio ab ipsa lege cōcesso, accuset per procuratorem, ut in specie *Ordin. lib. 5. dict. tit. 124. §. 16. vers. Porè*, non poterit Reus Assuratus uti eodem privilegio, nec excusari à personali

comparentia. Ratio est; nam in hoc casu cessat ratio illa deducta *ex tit. ff. quod quisque juris*, nec potest dici, quod Actor impetravit privilegium, & eo debere Reum uti: nam in dicta specie nullum impetravit, sed lex ipsa proprio motu concessit. Deinde probabilius credo (quiquid praxis observet) neque Reum Asscuratum excusari à personali comparentia, & residentia in judicio, quando Actor impetravit provisionem Regiam ad accusandum per procuratorem; nam, licet aliàs Reus, qui Securitatem non habet prædicto Actoris jure utatur, ut resolvit *Valascus consul. 25. n. 7.* tamen quando Reus Securitatem impetravit (in quo casu non loquitur *Valascus ubi supra*) & cum ea se defendit in judicio, strictius obligatur ad comparentiam personalem, à qua non videtur excusari ex dicta ratione, nec natura, & clausula Securitatum id patiuntur. Ad contraria respondetur illa procedere quando non datur aliquod peculiare impedimentum, specialis vè ratio, quæ non patitur Reum uti eodem jure, prout datur in specie, de qua agimus.

¹⁷ Potest autem, & solet à Rege, ex causa dispensari, & dari provisio, ut saltem ad tempus possint Asscurati per procuratorem respondere, ut supponit

Phæb. 1. p. arrest. 165. & in judicio Ecclesiastico, cum potestas dispensandi in his ¹⁸ competat Episcopis, & eorum Vicarijs, vidi sæpe dispensatum, ut Asscurati per tempus ab esse possent, & per procuratorem audiri, non tamen hujusmodi dispensatio taliter debet extendi, ut possit Reus, præcipuè in causa gravi, absens esse tempore sententiæ præterendæ, per id enim fraudaretur juris intentio, & Reus posset aufugere, si condemnaretur, contra id quod jus præterendit, cautè igitur sunt concedendæ hujusmodi licentiæ.

Quid autem erit dicendum, si de facto ¹⁹ admittatur procurator, quando non debuerat pro Asscurato admitti, nonne valide erunt cum ipso gesta? Verius videtur valere, ex his quæ *Farnat. in praxi crimin. quæst. 99. n. 142. cum sequentibus, Menoch. de arbitr. quæst. 80. n. 123. Cald. de resolutione emphyt. cap. 17. n. 10. cum citatis ab eisdem.*

Illud tandè inter specialitates advertendum ²⁰ est, quod si Asscuratus præsentet in judicio suam Securitatem, & impetret ab illo judice mandatum ne carceretur, per hoc videtur consentire in illum judicem, & non poterit ratione privilegij, vel alia, ejus judicium declinare, testatur *Phæb. 2. p. arresto 162. fine.*

QUÆSTIO XV.

Qualiter sit exprimendum, fatendum, vel negandum delictum, cætera que necessaria in impetratione Securitatis?

SUMMARIUM.

- 1 **P**RO impetratione Securitatis negativè sufficit, exprimere in genere, vel relativè delictum.
- 2 Impugnatur praxis, secundum quã Asscurati carcerantur super conformitate.
- 3 Pro impetratione negativè coarctatæ in specie exprimendum est delictum.
- 4 Similiter exprimendum est pro impetratione confessativa, & debet simul allegari defentio admissibilis.
- 5 Non est admissibilis defentio quæ minuat, sed requiritur, quod in totum excludat delictum.
- 6 Defensio illa, quod quis fecerit in defensionem propriæ vitæ, omni jure est admissibilis.

7 Defen.

- 7 Defensio illa, scilicet, offendisse pro defendendis proprijs bonis admissibilis est, requiritur tamen quod grave damnum timeretur.
- 8 Item pro honore defendendo admissibilis est defensionis causa.
- 9 Generaliter admissibilis est defensio quæ concludit, lege permittente, fuisse delictum commissum.
- 10 Nullum est delictum, in quo non possit allegari, & considerari defensio admissibilis.
- 11 Respondetur quidem objectioni in contrarium.
- 12 Explicatur Ordin. lib. 5. hoc tit. 130. §. 5.
- 13 Non est admittenda defensio conditionalis, scilicet, non comisi delictum, & dato quod comiserim, in necessariam defensionem feci.
- 14 Potest Reus fateri, & negare secundum diversa crimina, & concedenda illi erit Securitas confessativa, & negativa respectu diversorum criminum.
- 15 Petens coarctatam Securitatē qualiter debeat coarctare tempus, & loci distantiam.
- 16 Solet admitti coarctata, etiamsi distantia minima allegetur.
- 17 Non exprimens in impetratione Securitatis, illa quæ si expressa forent, concedens denegaret Securitatem, ea non obstante poterit carcerari.



I circa hanc questionē dubitatur in primis, an, qui impetrat Securitatē negativā, teneatur declarare in specie delictum, pro quo impetrat Securitatē, ex primōdo etiā qualitates, & circumstantias; an verō sufficiat generaliter, & relative crimina exprimere, v.g. dicēdo denunciātū, & querelatum se esse, de criminibus omnibus in jure expressis, & nominatis, vel, ut dici solet, de criminibus omnibus in lib. 5. Ordināt, con-

tentis? In qua dubitatione Securitatem valere, & prædictam generalem expressionem sufficere, iudicatum iterum, atque iterū testatur *Phæb. 2. p. arresto 136.* & merito ex his, quæ ibi, in confirmationem adducuntur, novissime *D. Themo do decis. 72. n. 8.* quibus addo *text. in l. Omnes C. de præscrip. 30. vel 40.* ubi probatur quod tantum valet expressio generalis, quantum specialis. Item quia ratio specialis habet vim expressiois, secundam doctrinam *Baldi in l. Minoribus num. 5. cum sequentibus C. de his quibus ut indignis, late Gaul. lib. 1. observat. 130. num. 2.* & illud dicitur expressum, quod per relationem demonstratur *text. in l. Prætor ait §. si iudex, & in l. In summa ff. de re judic & in l. Sicut scriptum ff. de condit. & demonstrat. Tirag. de leg. conub. glos. 7. num. 182.* cum igitur se referat impetrans ad crimina contenta in Ordinatione, videtur, & idem est, ac ea exprimere ex dicta doctrina, & in effectu salvum conductum generalem servandum esse pro omnibus criminibus, resolvit *Farinat. in præct. crimin. tom. 1. tit. 4. quæst. 29. n. 57.* Facit etiam quia quasi impossibile est scire, vel divinare crimina omnis, quæ petenti Securitatē adversarius imposuit. Et quanvis vic quidam gravissimus, & literatissimus sæpe contra hanc resolutionem exclamare solitus esset, ego tamen consuevi illi satisfacere dicendo, quod superflue requireretur in hoc casu specialis expressio, & declaratio, quia, etiam, si per eam de gravitate, & atrocitate criminis constaret, nihilominus esset concedenda Securitas, ut supra probavimus *quæst. 6.* Unde cum specialis declaratio in his non reddat difficiliorē concedentem, non est cur requiratur, aut ejus defectus officiat, ad notata per *text. ibi, in cap. super litteris de rescriptis,* facit, nam salvus conductus extenditur ad delicta non nominata, si minora sint expressis, ut, cum *Bald. Novello*

Novello, & alijs resolvit Farinat. ubi supra, sed fere semper graviora nominantur, ergo, &c.

2 Ex dictis inferitur non esse bene fundatam praxim, secundum quam solent carcerari habentes Securitates, super conformitate, ut inquirunt, nam cum generalis expressio sufficiat, & hæc semper adsit in securitatibus, non est casus, in quo Securitas possit esse non conformis, unde prædicta praxis non placeat, licet eam suppositively approbare videatur *Phæb 1. p. arrest. 101. & 107. & novissime Themudo decis. 72. n. 1. & 5.* & magis confunditur ex eo quia carcerari solent Rei antequam pronuncietur Securitatem non esse conformem, quod est absurdum, & licet fateamur Securitatem posse esse nullam, quia Rei exprimendas circumstantias, non expresserint, ut diximus *quest. 6. ad finem*, tamen nec antequam pronuncietur pro nulla Securitas, debet Reus carcerari, neque illa solet esse nulla ex defectu expressionis delicti, quia clausula generalis solet excludere hanc nullitatem. Facit præterea, quia cum *l. noviss.* certa tempora, pro carcerando Reo Assurato, assignaverit, non est antea carcerandus, ut decisum testatur *Phæbus arresto 178. vers. ad praxim.* Diximus improbantur similes incarcerationes supra *quest. 3. n. 52.*

3 Prædicta resolutio, de qua supra in principio, ita regulariter procedit, sunt tamen casus, in quibus necessaria est specialis expressio, verbi gratia, si petatur Securitas negativa coarctata, nam cum ista non possit concedi, nisi visa inquisitione super illo delicto, ut habetur in *l. noviss. in §. 1.* rectè sequitur omnino necessariam esse expressionem specialem, cum tamen hujusmodi expressio solum requiratur, ut constet qualis, & super quo crimine formata inquisitio videri debeat pro concessione, non obstat validitati, quod illud

uno, vel alio modo, etiam cum diminutione sit expressum.

4 Quod verò attinet ad Securitates confessativas, dicendum est debere impetrantem exprimere delictum, quod commississe fateatur, & quoniam si simpliciter fateretur, & nihil adderet, quod cum excusare possit, inutiliter concederetur Securitas (cum propterea concedatur, quia impetrans præterit probare, & ostendere, lege permitente, fuisse) debet post confessionem statim allegare expresse, & nominatim causam à jure approbatam, quæ eum excuset à pœna delicti, quod sic fateatur *Cabed. decis. 57. Thom. Vaz statim citandus, Mendez à Castro in praxi 2. p. lib. 5. cap. 1. num. 26.* Unde si ineptam, & in concludentem defensionem alleget, erit rejicienda petitio, & Securitas deneganda, frustra enim concederetur Securitas, & admitteretur defensio, quæ non relevat, licet probetur, argumento *text in l. Ad probationem C. de probat. juncto text in l. Plane, & l. fin ff. de petitione hered. & est de mente illorum DD.*

5 Unde noto, quod non sufficit defensio, quæ minuat delictum, sed requiritur, quod in totum illud excludat, quia aliàs non concludit esse Reum innocentem, vel immunem à pœna, quod expresse requisivit *Constitutio Episcopatus Conimbricensis tit. 31. constitutio 9 §. E se as cartas, ibi, que conclua nam ter no caso culpa alguma, & ibi, Nem admitiram as defezas, que provadas diminuem samente a culpa, mas nam a tiram de todo, diximus supra quest. 3. n. 49.*

6 Sed qualiter, & quando causa defensionis allegata jure aprobeatur, & admitti debeat non est triviale. Dicendum igitur est in primis, licitam jure probatam, & admissibilem esse defensionis allegationem illam, quæ continet impetrantem vulnerasse, vel occidisse adversarium vim vi repellendo, & in propria vitæ, & personæ necessariam, & modera,

moderatam defensionem, quam defensionis allegationem probat, & admittit *Ordinatio lib. 5. tit. 124. §. 8. ibi, em defensionem de seu corpo Thom. Vaz in specie dicta allegatione 67. num. 14. & est de jure ex text. in l. Ut vim 3. ff. de iustitia, & jure, ubi scribentes Clarus in practic. criminal. §. Homicidium à numero 24. Mascard. de probationibus lib. 2. conclusion. 489. per totam, Farinat. in praxi quæstion 125. num. 3. & 10. Molin. de iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 11. a principio, & infiniti, quos citat Barbosa ad Ordinat. lib. 5. tit. 35. in principio num. 14. Debet tamen ille, qui petit Securitatem addere, non aliter potuisse vitare offensionem, quam adversarius in eum irruens parabat, ex doctrina *Jure consulti in l. Scientiam § qui cum aliter ff. ad l. Aquiliam Ordination. lib. 5. tit. 35. in principio Clarus, & Mascard. ubi supra. Farin. in practic. crimin. dict. quæst. 125. Molin. de iustit. tom. 4. tractat. 3. disput. 11. & 12. Notandum tamen quod licet non tam strictè allegentur circumstantiæ, quando peritur Securitas, illa tamen per hoc deneganda non erit, cum prima facie, & in grosso, ut ita dicam, allegetur, & videatur defensio sufficiens, nunquam enim consuevit tempore illo de his dubitari strictè, aut disputari, sed tunc demum, quando causa finaliter judicatur, Reusque est condemnandus, vel absolvendus.**

7 Dubitari potest in specie, de qua agimus, an sit legitima, & admissibilis defensio illa, scilicet, occidisse, vel vulnerasse pro defendendis proprijs bonis, & existimo admissibilem esse *ex text. optimo in cap. 2. de homicidio ibi, Te, tuaque liberando juncta glosa in cap. significatio 2. eodem tit. Farinat. dicta quæst. 125. n. 21. & 180. Covas in clement. Si furiosus 3. p. §. 11. n. 6. Menoch. illustr. cap. 18. n. 6. Mol. de just. tract. 3. disp. 16. n. 1. & bene scripta per Sairum de cons. lib. 6. cap. 17. n. 22. cum sequentibus, & quan-*

vis etiam cõtraria opinio communis sit, ut testatur idem *Sairo n. 22. tamen illud procedit respectu irregularitatis, quæ ex alijs regulis potest incurri in dicta specie, at verò ad propositum non videtur dubitabile, defensionem esse admissibilem illam, de qua agimus Facit decisio, vel arrestum adductum à Cabed. 1. p. arrest 96. ubi asserit fuisse iudicatum concedendam esse Securitatem cum defensione in causa resistantiæ factæ nuntio vulgo *Porteiro*, qui noluit acceptare pignus à debitore oblatum, & volebat per vim aliud apprehendere, quo casu, ex *Ordinatione* ibi allegata, potest impugne ei resisti, quasi, scilicet jam tanquã privatus procedit, & vellit illicite occupare bona aliena, ergo pro defensione bonorum licitum est in valorem violentum offendere, si aliter injuria, & damnum vitari non possit. Requiritur tamen quod grave sit damnum, quod lequeretur in bonis, si vis illa non reppelleretur, *Soares tom. 5. disp. 46. sectione 2. Sairo ubi supra n. 24.**

Idem dicendum videtur, si pro defensione propriij honoris offendatur adversarius, & legitima erit talis defensionis allegatio, cum causa vite, & famæ æquiparentur, *ex text. in l. Justam C de manumiss. vindict. unde quemadmodum pro vite, ita pro honoris defensione adversarium offendere licet, si alio modo repelli non possit. Ita Lessius de iustit. cap. 9. à n. 76. Azor. moral. p. 3. lib. 2. cap. 1. quæst. 18. Farinat. dict. q. 125. à n. 41. Sairo de censur. dicto n. 22.*

Generaliter tandem licita, & admissibilis est defensio, & ejus allegatio, quoties lege permittente delictum dicitur commissum, ita scripsit *Thom. Vaz dict. allegat. 67. à n. 15. qui exemplum ponit in occifore uxoris adulteræ, quod exemplum probatur in Ordinat. lib. 5. tit. 38. §. 3. Item in occifore banniti, quod probatur in Ordination. lib. 5. tit. 127. §. 8. in quibus Ordinationibus permit-*

permittitur occisio uxoris, & banniti, unde legitima erit defensionis allegatio fundata in permissione prædictarum legum; nam concludit Reum occisorem, lege permittente impugne potuisse occidere. Aliud exemplum adducit *Cabed. 1. p. dict. aresto 96.* de quo jam supra diximus.

10 Immo, si rem istam recte prepedimus, nullum datur delictum, in quo non possit peti, & concedi Securitas confessativa cum defensione, quod ex eo patet, nam defensio in hac materia non requiritur, quod sit propria, & vera illa defensio, quæ accidit, quando vis vi repellitur, sed sufficit, & dicitur in proposito defensio, omnis illa causa, & ratio quæ excusat à pæna delicti, ut constat ex dictis exemplis de occisore, banniti, & uxoris.

Defensio autem prædicto modo sumpta, in omnibus delictis potest dari, & considerari; nam licet aliqua crimina videantur nunquam licita esse posse, neque impugne committi, veluti adulterium, perjurium, & similia, quæ, neque mortis metu, licite committi possunt, juxta notata per *text. ibi, in cap. Siquis propter de furtis*, nihilominus tamen, etiam in his, & quibuslibet alijs delictis, possunt dari, & considerari causæ, & rationes excusantes à pæna, & sic defensio admissibilis, nam ad excusandum à pæna adulterij, potest allegari error, scilicet, cognitam fuisse nuptam credendo esse solutam, vel existimando esse propriam cognoscentis uxorem, vel dicendo, quod in lupanari erat, vel passim se venalem exhibebat, quo casu talem mulierem carnaliter cognoscens excusatur à pæna adulterij, juxta *text. & ibi notata in l. Si ea Cod. ad jud. l. de adulter.* Similiter, qui de prejurio accusatur, potest allegare, quo dolo, vel errore deductus, vel ebrius pejeravit. Unde

cum in omnibus delictis possint dari, & considerari causæ, & rationes excusantes, sequitur in omnibus posse defensionem allegari, & sic impetrari Securitatem confessativam cum defensione, si talis causa interveniat, & allegetur, quæ secundum dicta excuset à pæna delicti.

Neque obstat, quod in dicta specie videatur in rigore disputationis negari delictum; nam ille, qui eas vel similes allegat excusationes, negat delicti formalitatem, si enim erravit, vel dolo fecit inductus, cessavit voluntas necessaria ad delictum, *l. Qui in injuria ff. de furtis*, & sic illud negare videtur. Nam respondetur, quod ad effectum, de quo agimus, sufficit fateri factum, vel delictum materiale, licet negetur delictum formale, quod requirit voluntatem, & deliberationem, quod patet ex eo, quod occisio aggressoris propriam vitam defendendo, & defensio, quæ in hac ratione fundatur, est admissibilis, ut constat ex dicta *Ord. tit. 124. § 8. & hoc tit. 130. §. 1.* & tamen in rigore disputationis Reus negat formale delictum commississe; nam in dicto casu ille non deliquit, sed fecit actum sibi permissum immò egit, quod facere tenebatur, non ergo requiritur, quod Reus fateatur formalitatem delicti, idest verè delictum punibile commississe, sed sufficit, quod fateatur delictum materiale, idest, factum illud, quod præ se fert speciem delicti, & alleget causas excusantes, & concludentes delictum punibile, aut formale non commississe. Cum igitur hoc modo possit Reus fateri, & tales causas allegare in omni delicto, non dubitamus, in omni posse peti, & concedi Securitates confessativas, non quidem cum defensione illa vera, quæ sonat inoffensionem pro defensione propriæ personæ, sed cum defensione lato modo sumpta, idest, cum allegatione causa.

causarum excusantium à pœna delicti.
 12 Neque etiam obstat *Ordin. hoc tit.*
 130. §. 5. ubi statuitur, quod non con-
 cedantur Securitates cum defensionibus,
 Reis illis, qui negant delictum, &
 allegant contrarietates veras, eas ap-
 pellando defensiones, vulgò *defezas* de
 qua *Ordin. quest. 6. num. 8.* latius tracta-
 vimus. Nam responderetur in illa *Ordi-*
natione denegari prædictas Securitates
 illis, qui omnino negant non solum
 formalitatem delicti sed etiam materia-
 litatem, corpus, & factum delicti, un-
 de tanquam omnino negantibus non
 debent concedi Securitates cum defen-
 sionibus, quæ proprie sunt contrarie-
 tates, & negationes delictorum, & con-
 cludunt delictum negatum non fuisse
 ullo modo, nec materialiter commisi-
 sum. Ex quo constat quam diversa sit
 species illius *Ordinationis* ab ea, de qua
 proximè egimus.

13 Ex ejusdem *Ordinationis* dispositione
dicto §. 5. credimus, non esse conce-
 dendam Securitatem neganti delictum,
 veluti homicidium, & adjicienti, dato,
 & non concessio quod fecisset in pro-
 priæ vitæ defensionem fecisse, nam il-
 te non directè, & liquide negat, aut fa-
 tetur, & quanvis prædicto modo possint
 formari articuli contrarietatis, ut agnos-
 cit *Clar in præf. crimin. quest. 55. n. 17.*
Farinat. de Reo confesso quest. 81. § 4. n.
142. & sequentibus. Tamen ad Securita-
 tem impetrandam debet Reus ex dis-
 positione dictæ *Ordinationis* negare, vel
 fateri delictum directè, & non cum his
 implicationibus, præcipuè, ut cognos-
 catur, an Securitas debeat esse confes-
 siva, aut negativa, & an hujus, an ve-
 rò illius qualitatis judicari debeat, inter
 eas; namque maxima datur differentia
 ex dictis *quest. 2. & 3.*

14 Adverto tamen quod potest impe-
 trari Securitas insimul confessiva cum
 defensione, & negativa, nempe, si ex-
 primat impetrans aliquod delictum, &

illud fateatur allegando defensionem
 legitimam, & pro alijs omnibus sive
 speciè, sive generaliter expressis, &
 negatis, petat Securitatem negativam;
 & hoc non est inconveniens, sed quo-
 tidianum ita petere, & concedere.
 Neque id lege aliqua prohibetur; nam
 non est una Securitas insimul negativa,
 & confessiva, sed quasi duæ in ea-
 dem charta, una confessiva pro ca-
 su illo expresso, alia negativa pro cæ-
 teris casibus.

Si autem petatur Securitas negati- 15
 va coarctata in casibus à *l. noviss.* præ-
 missis, debet delictum negari, & in
 super adjici, quod, tempore delicti
 commissi, Reus impetrans erat in lo-
 co adeo distante, quod non poterat
 etiam in loco delicti illo tempore com-
 parere, pro quo videnda est *Ordin. hoc*
lib. 5 tit. 124. §. 1. & citati à Barb. ibi
num. 3. optime Paz in praxi 5. partis 1.
tom. cap. 3. §. 5. num. 68. cum duobus
sequentibus, ex quibus colligere po-
 teris qualiter coarctari debeat tempus,
 secundum locorum distantias, quæ vi-
 de pro intelligentia materiæ de qua
 agimus.

Solet tamen admitti coarctata, etiãsi 16
 distantia minima sit inter locum delicti,
 & illum, in quo impetrans dicit se tunc
 esse, vide sententia Senatus de quibus
Phæb. 2. p. arresto 106. Et recte nam
 certum videtur, quod si Reus alleger,
 qua hora delictum contigit, fuisse do-
 mi, nec ab ea exivisse, quia v.g. e-
 rat ludendo, vel cænando cum ami-
 cis, recipiendam esse hanc defensio-
 nem, licet crimen propè fuisset com-
 missum, legemque nostram illam
 non excludere *dicto tit. 124. §. 1.* sed
 exemplum posuisse in eo, qui solum
 allegat, & habet coarctatam illam ibi,
 exemplificatam, si verò illam habeat
 adeo strictam, ut possit probare à lo-
 co etiam vicinissimo non exivisse, ibi
 que sine ulla intermissione fuisse non
 existi.

existimo rejiciendam esse.
 17 Adverto tandem quod si impetrans non exprimat ea, quæ si expressa forent concedens deberet Securitatem

negare, illa non suffragabitur impetranti, & cum ipse huic nullitati det causam, erit, ea rupta, carcerandus, juxta resoluta à nobis suprâ *quest.* 8.

QUÆSTIO XVI.

Qualiter sint formandæ petitiones pro impetrandis Securitatibus, & an requiratur, quod de mandato petentis constet?

S U M M A R I U M.

- 1 **F**ormulæ petitionum traditarum à Caminha, sunt antiquatæ, & insufficientes.
- 2 Petitio pro Securitate impetranda, per quemcunque offertur, & mandatum non requiritur.
- 3 Ponitur forma petitionis pro impetranda Securitate negativa, & explicantur ejus clausulæ.
- 4 Forma decreti Magistratus concedentis Securitatem negativam.
- 5 Ponitur forma petitionis pro impetranda Securitate negativa coarctata, & explicantur ejus clausulæ.
- 6 Magistratus à quo petitur dicta Securitas, quid præmittere debeat, & considerare ad concessionem?
- 7 Tenor decreti, quando conceditur dicta Securitas.
- 8 Ponitur forma petitionis pro impetranda Securitate confessativa, & explicantur ejus clausulæ.
- 9 Magistratus à quo petitur dicta Securitas quid considerare debeat ante cõcessionem?

I



On potuimus excusari ab hujusmodi onere; nã licet formulas petitionum pro Securitatibus impetrandis tradiderit Caminha sub tit. das alle-

Petiçam para carta de Seguro negativa.

3

DIZ N. de tal parte. A q̃ à sua noticia veyo, B. q̃ N. & C. & outras pessoas de que naõ he sabedor, querelaraõ, & denunciaõ

gaçoës judiciais fol. 14. in editione antiqua, tamen illæ sunt antiquatæ, & deminutæ, ut ex infra dicendis apparebit, nec adducit formulam pro impetranda negativa coarctata, quæ tempore illo erat incognita, & postea fuit inventa per leg. novissimam §. 1.
 Ante aliud breviter satisfaciens secundæ quæstionis parti, respondemus hujusmodi petitiones pro securitatibus, solere offerri per quemcunque, sine eo, quod ostendat mandatum illius, cujus nomine petitur, hoc jure utimur, & faciunt illa, quæ in simili de impetratione dispensationis resolvit *Sanct. de Matr. lib. 8. disp. 26 quasi per totam*, & in specie, de qua agimus, alia potest ratio considerari, nam qui petunt Securitates sunt absentes, & nolunt comparere coram officialibus justitiæ, ne capiuntur, at tenerentur coram tabelione comparere ad faciendam in notis mandatum, sive ut dicimus, procurationem, in illis enim facta, ut plurimum requiritur, & id non auderent, & per hoc retraherentur ab impetrandis Securitatibus, quod lex non intendit, immò, quod Rei illis utantur, & cum illis veniant ad judicium propter rationes consideratas supra *quest.* 1.

ciaraõ delle supplicante perante as justiças de tal parte, D & outras deste Reyno dizendo, q̄ em tal dia, E ou tempo que na verdade se achar, o supplicante arremetera com elle, F. & lhe dera duas cutiladas de preposito, & atreyçaõ, & outro sy q̄ o supplicante tinha cometido todos os crimes, G & delictos contheudos, & nomeados em direito commum, Ordenaçoes deste Reyno, & leys extravagantes delle, & bem assy H. chegou a noticia do supplicante q̄ estava culpado nos ditos crimes em devassas, & outros autos ordenados do officio da justiça sem parte, ou com ella. E porq̄ esta sem culpa, & teme ser prezo I. antes da verdade ser sabida, & nega L. haver cometido tais crimes.

Pede a V. M. lhe mande passar sua primeira M. carta de seguro negativa para todos os crimes de que V. M. o pode segurar, N. & recebera justiça, & mercè.

Explicemus clausulas, & advertamus cætera necessaria.

A Diz N. de tal parte, Si sunt plures omnes hic nominantur, possunt enim plures in uno delicto culpati, si vellint, impetrare unam Securitatem, in unoque processu erit omnino causa tractanda *Ordin. lib. 1. tit. 79. §. 31. & lib. 5. tit. 124. §. 11.* quæ procedunt, si omnes ejusdem qualitatis Securitatem petant, alia si unus negativam, alter confessivam petat, vel alia implicatio detur debent fieri separatæ petitiones.

Erunt etiam hoc loco declaranda signa sufficientia ad veram cognitionem, scilicet nomen, & officium, si in eodem oppido sint plures ejusdem nominis, item locus, cujus est incola, sed hæc non sunt strictè accipienda, raro enim ex his resultat nullitas, licet hujusmodi signa omittantur.

B Que à sua noticia veyo, &c. Hæc ponitur licet non habeat impetrans noticiam, sed solam suspicionē, & in dubio ad cautellam, additur generalitas illa, & outras de que naõ he sabedor, ut comprehendatur quisquis denunciaverit.

C Que N. Exprimitur nomē querelatis, vel denunciantis, cum signis ordinarijs.

D Perante as justiças de tal parte. Nominatur judicium, in quo impetrans suspi-

catur se culpatum fuisse, licet autem in hoc erretur non interest, tam propter rei naturam, quam propter clausulas sequentes. Interest autem quod judicium in quo exprimitur culpam formatam fuisse, sit in jurisdictione concedentis, non enim potest Corrector Conimbriensis condere Securitatem pro culpa formata in Visensi provincia, nisi ipse concedens, vel alius ejus subditus cogniturus sit de causa, quæ ad illum sit remittenda ratione privilegij, vel ex alia legitima causa.

Dizendo que em tal dia, Solet exprimi tempus, secundum magis, vel minus, licet hoc, & multa alia non sint de substantia, non enim devinare debet impetrans, quæ adversarius proposuit.

O supplicante arremetera com elle. Hoc F. loco narratur casus illo acriori modo, quo præsumitur adversarium illū proposuisse, sin autem erretur non interest, clausulæ enim sequentes excusant, nec solet officere defectus declarationis, cum pro quibuscunque delictis concedatur Securitas ex dictis quæst. 6. & q. 15. n. 1.

E outro sy, que o supplicante tinha cometidos todos, &c. Hæc clausula utilis est, & solita, per illam enim sanatur alij defectus, qui in casu expresso possent dari, & sufficit hæc expressio ita generalis,

ex dictis *quest.* 15. & excusatur quorundam criminum expressio, quam solent addere aliqui Advocati, superflue quidem, siquidem addenda est clausula generalis.

H *È bem assy chegou à noticia do supplicã. te que estava culpado, &c.* Hæc clausula additur, ut si forte impetrans sit culpatus in aliqua inquisitione, vel alijs actis ex officio, & non ad instantiam partis, profit etiam pro tali culpa Securitas, & ne dicatur petentem restrixisse suam petitionem ad culpas formatas ad instantiam partis.

I *E teme ser prezado antes da verdade ser sabida.* Ista est totalis causa petendæ Securitatis, timor, scilicet, carcerationis. Non est igitur dicendum, ut, aliqui dicunt: *Antes da verdade ser judicialmente sabida*, nam etiam antequam judicialiter constet per summariam probationem, non judicialem, potest Reus carcerari, tempore contrarietatis, Securitate non suffragante, si inveniatur delictum plenè probari, ita disponente *lege novissima*, ut diximus late *quest.* 3.

L *È nega haver cometido os tais crimes.*

Hæc clausula explicat naturam Securitatis petitæ, & negativam esse demonstrat.

M *Primeira carta.* Sin autem jam primam, vel secundam impetrasset, debet dicere, secundam: vel tertiam, juxta dicta *quest.* 11. & si jam tres habuisset, & ha-

beat provisionem Regiam pro concessione quartæ, id exprimere debet.

De que V. M. o pode segurar. Cum in N petitione exprimat, quod petitur Securitas pro omnibus criminibus in jure cognitis, additur hæc clausula, ut restringat prædictam generalitatem [prout de necessitate restringitur] ad illa crimina, pro quibus Magistratus ille, à quo petitur, potest Securitatem concedere, nam ut supra vidimus *quest.* 4. non omnes pro omnibus criminibus concedunt, licet nullum sit crimen, pro quo non sit concedenda, si non ab hoc, ab illo tamen Magistratu.

Magistratus à quo ista petitur Securitas, si non adsit causa, ex qua deneganda, juxta dicta, & declarata supra *quest.* 6. petitione visa, sine eo quod videat aut examinet acta sive culpas (ad negativas enim Securitates acta non videntur, ut diximus *quest.* 3.) ponit decretum.

Despacho.

Passe primeira (vel secunda, aut tertia, si talis petatur) *negativa.*

Et non adjicit diem, & horam, ut aliqui, adhuc hodie faciunt, nam id solum erat necessarium quando decreta illa vulgò, *os Passes* defendebant Reos per triduum, quod hodie sublatum est per *l. noviss.* §. 5. & diximus supra *quest.* 7.

Petiçãõ para carta de Seguro negativa coarctada.

Hæc petitio formatur illo eodem modo, quo negativa, usque ad versiculum, & *porque está*, exclusive, ubi adduntur sequentia, omissis illis, quæ ibi, pro negativa sunt scripta.

E por quanto ao tempo, & hora A que se diz aconteeço nesta Cidade de Braga, elle supplicante estava na villa de Vianna foz de Lima, & abi andou passeando pella menhãa, & à tarde com outras pessoas no campo do forno da dita villa, como provarã em seu livramento, & não era possivel que estivesse em Braga na mesma tarde, em que se diz o caso aconteeço, pelo que o supplicante he sem culpa, & nega haver cometido o tal delicto assima declarado, & os mais de que se lhe pode haver formado culpa, & teme ser prezado antes de mostrar que está sem ella.

Pede

Pede a V. M. lbe mande passar sua primeira carta de seguro negativa coarctada B. para o dito caso assima recontado, & negativa simplex para todos os mais casos de que V. M. o pode segurar, & R. I. & M.

A *Ao tempo, & hora &c.* Taliter formanda est coarctata, ut illa probata, naturaliter sit impossibile, allegantem fuisse præsentem in loco delicti, de qua relate diximus *quæst. 15.*

B *Coarctada para o dito caso assima recontado, &c.* Coarctata solum petitur pro casu expresso, pro quo allegatur coarctata, pro alijs generaliter, & ad cautelam petitur negativa simplex, & in eadem Securitate sic exprimitur, quando conceditur.

6 *Cæteræ clausulæ sunt declaratæ supra, ad petitionem pro negativa.*

Magistratus, à quo petitur dicta Securitas coarctata primo considerat, an sit casus, in quo imposita sit pœna mortis, vel mutilationis membri; pro dictis tantum criminibus potest concedi coarctata, intelligo ad hoc, ut habeat suam vim principalem, & valet ut confessativa secundum dispositionem dictæ *leg. noviss. §. 1.* Si enim petatur ad hoc, ut valeat, ut simplex negativa, tunc nec restringenda est ad certa delicta; nec inquisitio prius videnda, ut diximus *quæst. 8. n. 6. & 7.* Sed tamen quando petitur coarctata, intelligitur

petita cum illa virtute à lege concessa, scilicet, ut valeat tanquam confessativa. Si igitur casus fuerit talis, in quo possit concedi cum sua principali virtute, ut dictum est, debet præterea considerare Magistratus an aliquid adsit ex illis, quæ adnotavimus *quæst. 6.* pro denegandis Securitatibus, & si nihil horum adsit, debet Magistratus ille advocare ad se inquisitionem, vulgo *a devassa, que do caso se tirou* [si tamen querela data sit non verò formata fuisset inquisitio, concedenda erit Securitas coarctata sine eo, quod videantur culpæ] juxta dicta supra *quæst. 5. num. 16. & quæst. 3. n. 41. & 47.* Visaque per se, vel in Senatu (si Senator sit) inquisitione, juxta dicta *quæst. 4.* si in inquisitione non de negetur illa coarctata, quam allegat petens Securitatem, juxta dicta citato loco, tunc demum ponit decretum.

Despacho.

Passa primeira coarctada para o caso recontado, & negativa simplex para os mais.

Cætera sunt declarata supra.

Petiçãõ para confessativa com defeza.

Hæc petitio formatur illo eodem modo, quo formata est supra negativa, usque ad versiculum, & porque está sem culpa exclusive, ubi, sic proseguenda est. Os quais crimes todos o supplicante nega, samente confessa haver dado ao dito N. as ditas cutiladas em sua necessaria, & permitida defença. A Por quanto estando o supplicante ao tempo, que o caso assima recontado acontecio, à porta de sua caza manso, & pacifico o dito N. levando da espada arremeteo com elle supplicante, atirandolhe muitos golpes, & estocadas, & defendendo o supplicante sua propria vida, & pessoa lbe deo as ditas feridas. E porque teme ser prezo antes de mostrar em juizo B esta sua legitima defeza.

Pede a V. M. lbe mande passar sua primeira carta de seguro confessativa com defeza para o dito caso recontado assima, & para os mais de que V. M. o pode segurar negativa C. & R. I. & merce.

A *Em sua necessaria defensão.* Necessario, idest addendum, nam si fateretur delictum, & non allegaret defensionem, non esset concedenda Securitas, ut patet, & diximus *supra quæst. 15.* Modus allegandæ defensionis, & qualis sit receptibilis diximus latè *suprà dicta quæst. 15.* Pure autem debet fateri delictum, non conditionaliter, scilicet, *em caso que lhe desse as ditas feridas, seria em sua necessaria defensão,* ex ijs, quæ diximus *dicta quæst. 15. num. 13.* Sin autem taliter allegetur defensio, ut etiam si probetur, non releuet, erit rejicienda petitio, nec Securitas concedenda ex *dictis dicta quæst. 15. num. 2.* At si concedatur, & concedi non debuisset succedent *dicta quæst. 8.*

B *Antes de mostrar em juizo esta sua defeza.* In hac Securitate hæc clausula aptior est, nam de veritate facti non dubitatur, sed defensione allegata Re-

us se immunem ostendere prætendit. Unde petit Securitatem, ne carceretur antequam eam ostendat, vel in probatione deficiat.

E para os mais negativa. Ita petuntur, & conceduntur Securitates, ut agnoscit *Caminha in formula petitionis ab eo adducta dicto loco fol. 15.*

Cætera sunt explicata ad formulam petitionis pro negativa.

Magistratus autem, à quo hæc Securitas petitur, si non adsit causa ex qua deneganda sit, iuxta *dicta quæst. 6.* illam concedit non visa inquisitione, ut de negativis, diximus nisi casus sit homicidij, in quo tenetur ante concessionem videre inquisitionem per se, vel in Senatu, si Senator sit, & tunc concedit, si inquisitio non deneget defensionem allegatam iuxta *dicta quæst. 4. n. 3. & 18.* & quæ in simili diximus de coarctata.

QUÆSTIO XVII.

Quænam ineptæ, quænam verò sint aptæ Securitatum clausulæ?

SUMMARIUM.

- 1 **F**ormulæ Securitatum sunt diversæ, secundum diversa judicia.
- 2 Clausula principalis Securitatum non debet opponi in alia forma, quam qua apponitur in Ordinatione, scilicet, que naõ seja prezo atè tanto se mostrar porque o deva ser.
- 3 Admonentur scribæ ne adjiciant, atè tanto ser processado, & judicialmente mostrado, ut aliqui adjicere solent.
- 4 *Dicta clausula non est apponenda in Securitatibus confessatis.*
- 5 Traditur forma clausulæ principalis apponendæ in confessatis.
- 6 Traditur clausula apponenda in Securitatibus negativis coarctatis.
- 7 Arguitur tanquã inepta clausula illa adjici solita. Ao juiz de tal parte se sospeito naõ for, & sendo sospeito ao juiz, ou Vereador mais velho do anno passado, &c.
- 8 Qualiter se gerere debet Affecuratus in se presentando, quando Judex cui cognitio competebat, suspectus fuerit.
- 9 Reprobatur illa clausula, com a parte citada dentro de dous nove dias.
- 10 Item clausula illa. Naõ consentiraõ que lhe seja feito mal, ou defaiguizado.
- 11 Item illa. E naõ levantará mão de sua causa, & livramento.
- 12 Citatio partium adversarum, proprijs compe.

competebat judici de causa cognoscenti.
 13 Reprobatur etiam illa clausula.
 Etta lhe naõ valerà, se os feridos
 querelosos estiverem em perigo de
 morte.



1 **U**M in lege aliqua non sit expressa Securitatum forma, tam varia illa est, quã sunt judicia, & notarij. & quanvis aliquando hæc varietas non tãgit rei substantiã, sæpe tamen contrarium accidit, ultra quàm quod est incivile rem in judiciis adeò frequentatam ineptitudinibus laborare.

2 Advertimus igitur, plures clausulas inepte, aut etiam inciviliter solere apponi in Securitatibus. Et primo agendo de clausula illa principaliori, ex qua tota virtus Securitatum descēdit, scilicet, *Naõ seja prezo atè tanto, &c.* Dico hanc clausulam nullo alio modo debere apponi, nisi illo, eisdemque verbis, quibus repetita invenitur in *Ordin. hoc tit. 130. sæpe dicto §. fin.* scilicet, *Que naõ seja prezo athe se achar contra elle tanto porque o deva ser.*

3 Caveant igitur notarij, ne alio modo eam scribant, neque dicant, ut solent, *que naõ seja prezo atè tanto ser processado, & judicialmente mostrado, &c.* nam quãvis nihil amplius processatũ sit, adsit in inquisitione, vel alio sumario jam tẽpore concessionis, probatio sufficiens ad pãnã, licet non sit judicialis, sed sumaria, Reus carcerandus erit tempore contrarietatis, quo tempore judicialia non sunt facta, & fiunt postea tempore probationis ex *l. noviss. §. 18. & deducitur ex Ord. lib. 3. tit. 62. §. 1.* & nihilominus, ut dicebamus, tempore receptionis contrarietatis Reus carcerandus dicitur in *dicto §. 4. leg. novissimæ*, si adsit contra eum delicti probatio, ergo debet carcerari per probationem summariam, illa enim tẽpore illo, ut est notissimum, facta non

est judicialis, & sic nullatenus illo modo est scribenda clausula prædicta.

Cavere quoque debent notarij ne prædictam clausulam pro Securitatibus negativis optimam, & lege approbatã adjiciant in Securitatibus confessativis, illis enim non convenit, nec habemus legem illam approbantem pro confessativis, unde non debemus dicere illis convenire, ex regula *text. in l. illam C. de collat. & quidẽ Ordin. in dict. §. fin.* eam admittens in negativis videtur rejicere in alijs, argumento *text. in l. Si inter me, & te, ibi, Ergo eo ipso, ff. de exceptione rei judicate*, quanvis enim non negamus, quod dicta clausula secundum suam generalitatẽ, de qua supra *quæst. 3. n. 15.* etiam convenire possit hujusmodi Securitatibus confessativis, attamen pro illis est maxime vaga, & lege non approbata.

Est igitur pro confessativis ponenda clausula, quam aliqui ponunt, licet alijs verbis. *Que naõ seja prezo atè constar que naõ lhe compete a defeza que allega*, quæ clausula semper convenit; nam declarat Reum posse carcerari tẽpore receptionis contrarietatis per *l. novissimam §. 3.* si tunc judicetur non posse ei competere defensionem, & quando ex illa causa tunc non sit carcerandus, posse carcerari tempore conclusionis in causa, si tunc constet in probatione defensionis defecisse, quæ præcipue firma sunt, re-tẽta nostra opinione, de qua supra *quæst. 9.* ubi resolvimus confessionem factam in Securitatis impetratione plene delictum probare. Unde si deficit Reus in probatione defensionum allegatarum condemnatur, etiam si aliàs non probeatur delictum, & sic semper recte apponitur dicta clausula in confessativis.

Pro negativis coarctatis etiam potest competere dicta clausula negativarum secundum suam generalitatem, de qua *dicta quæst. 3. n. 15.* proprius tamen videtur pro hac Securitate, clausula. *Que naõ seja prezo atè cõtra elle ser tãto processado,*

Jado, & mostrado porque o deva ser. Diximus processado, quia habens hujusmodi Securitatem, quam aliàs non rupit, non potest carcerari, nisi quando jam causa discussa inventum fuerit illum esse in causa condemnationis, quia, scilicet, delictum probatur, & coarctata per Reum allegata non probatur legitime, antea autem non potest carcerari, ut diximus supra *quest. 3. num. 40.*

7 Deinde ineptitudine laborat clausula illa, quæ adjici solet, *Ao juiz de tal parte, se suspeito naõ for, & sendo suspeito ao juiz, ou Vereador mais velho do anno passado, naõ sendo outro sy sospeyto, & sendo a dous homens bons, & de boas consciencias.* Neque enim [ut aliqui perperam existimant] per hanc clausulam poterit Reus causam advocare ad alium judicem, & eam extrahere ab ordinario, & aliàs competenti, ex eo solum, quod asserat sibi suspectum, & quod sibi id concedatur, nam neque concedens Securitatem id potest concedere, neque velle videtur, ad summum potest esse sensus, quod, si judex ordinarius, & aliàs competens, sit suspectus, sine dubio, & pro suspecto jam datus, & judicatus, tunc cognoscant judices nominati in dicta clausula, sed etiam in hoc casu ineptissima est, nam per eam non poterit Asscuratus directè ire ad illos substitutos, neque arbitri illi poterunt cognoscere, nisi ex ordinarij, & suspecti judicis mandato, & ab eodem, juramento sibi delato, ut colligitur ex *Ordinat. lib. 3. tit. 21. §. 19. & tit. 24. §. 1.* & ex rationabili praxi, aliàs enim omnia confunderentur, si liceret propria auctoritate ire ad illos substitutos in locum suspectorum. Et ineptius adhuc apponitur illa clausula, quando dirigitur Securitas ad judices foraneos, nam si ipsi suspecti sint, non cognoscet de causa senior Decurio, neque duo arbitri, sed unus arbiter *Ord. dict. tit. 24.*

§. 1. Tandem quia sæpissime accidit nullum ex illis judicibus, sed alium diversum, ratione privilegij cognoscere debere, unde dicta clausula omnino exulari debet, & solum apponenda illa, scilicet, *ou aos juizes que do caso, conforme a direito, devem conhecer,* quæ clausula omnes comprehendit.

Dices qualiter, si judex competens⁸ suspectus fuerit, se gerere debet Reus ad se præsentandum? Respondetur id propriè ad materiam nostram non pertinere, sed dico obiter, debere Reum cù protestatione ne interim tempus elaboratur, accedere ad judicem, & proponendo causas suspicionis petere, quod in causa non procedat, & sic similiter, si dicatur incompetens prosequendo suspicionis causam, vel incompetentiæ ordinario modo, interim enim, quasi impedito, non curret tempus se præsentandi, ex regulis vulgaribus.

Ineptissima etiam videtur clausula⁹ illa, scilicet, *& se apresentar à com a parte citada dentro em dous nove dias, &c.* Nescio sane, qua ratione per hujusmodi circuitum assignentur decem, & octo dies, vel quare simpliciter non dicatur quindecim, decem & octo, vel viginti dies? Nonne sumus in conditionibus, quæ pro duobus, vel pluribus noveniis fiunt, ne si per deceniū, & ultra fiant, dominum utile transire videatur, in accipientem, ex *Ord. in lib. 3. tit. 47. in principio?* Jubeatur igitur exulare talis ineptitudo.

Superfluè etiam, & insipide adjicitur¹⁰ clausula illa, *& naõ consentiraõ que lhe seja feito algum mal, ou desaguizado,* sunt enim repetitiones excusatae, & non convenientes hujusmodi Securitatibus, in quibus solum conceditur Reo, quod possit secure venire ad judicium, sine eo, quod carceretur donec, &c. Illa verò quæ pertinent ad incolumitatem personæ non conceduntur per hujusmodi Securitates, sed per illas, quæ regales dicuntur, de quibus agitur
in

in Ordinatione hoc lib. 5. tit. 129 per totum, & lib. 1. tit. 7. §. 20. & nos diximus supra quæst. 2.

11 Item excusari debet clausula illa, quam in aliquibus Securitatibus vidi scriptam, scilicet, *& não levantará a mão de sua causa, & livramento*; nam ad id præcavendū datur remediū ordinariū, si enim Reus sit absens, & non comparer, recusatur, ut aiunt, & habita Securitate pro rupta, carceratur, ut diximus late supra quæst. 10.

12 Excusata quoque erat clausula illa, quæ adjungi solet in Securitatibus ad citandas partes adversas; nam hæc citatio propriè decernenda erat per judicem causæ, cui hæc directe competunt, & judici concedenti Securitatem solum incumbere assignare terminum pro præsentatione, & ea facta judici de causa cognoscenti cetera omnia expedire, & si id observetur cessabunt inconvenientia, & implicationes; nam aliquando citatur pars offensa prima die, aliquando ultima, & in neutro casu declaratur quando comparere debeat ad accusandum, vel sit ab accusatione repellendus, si non compareat: nam in Securitatibus non adjicitur, aut declaratur intra quem terminum pars offensa debeat comparere ad accusan-

dum; quod omnino necessarium est, & semper aliàs fit, nec etiam si vellet concedens Securitatem hoc exprimere convenienter, ut plurimum, ad implere posset, nam non illi constat ubi partes offensæ comorentur quantumque tempus illis conveniat assignari, ad hoc ut compareant ad accusandum, quæ omnia judici de causa cognoscenti magis liquent, & ideo illi hæc sunt relinquenda.

Aliam clausulam vidi in quadam¹³ Securitate scriptam ab scriba Correctionis Vimaraniensis anno Domini 1638. *& com declaraçãõ, que està lhe não valerá se os feridos querelosos estiverem em perigo de morte, de cujus clausulæ justitia semper dubitavi, nam ante mortem non impeditur validitas Securitatis à Præside Provinciæ concessæ, si verò mors sequatur, tunc evanescere incipiet, cum Præsides Provinciæ non possit in illo casu concedere, nec dicta clausula conveniens est, non enim pendere debet ab illo; an scilicet sit in periculo; nam per quem, idest judicandum, aut discutiendum? Solum ergo rectè adjici potest. E se o ferido morrer está lhe não valerá dahi por diante, juxta dicta quæst. 10; número. 39.*





TOMUS PRIMUS

DE

JURE LUSITANO

TRACTATUS TERTIUS

DE INQUISITIONIBUS.

Ad Ordinat. lib. 1. tit. 65. §. 31. & 39. & alijs locis.

Præfatio in tractatum.



*D*E inquisitionibus, vulgò Devassas, in hoc tractatu de jure Lusitano agimus, non solum quia difficilis sit materia, & Doctorum generis durum os, ut ait Sccacia de judic. lib. 1. cap. 69. n. 1. sed ex eo præcipuè, quia illa, quæ in hac re legibus, & consuetudine apud nos observantur, à jure communi, & DD. traditionibus, usibusque aliarum Provinciarum adeo deviant, ut merito dici possit, rem istam jure tantum nostro constare, & sic ad Juris Patrij tractatum pertinere. Nam, si rectè advertimus, inquisitiones generales, vel particulares super criminibus contingentibus, nullo textu, quem viderim, fieri jubentur, apud nos vero res ista pluribus Ordinationibus definita, certisque regulis stabilita est, quod neque in jure communi invenitur, immo quasi ad arbitrium scribentes referunt casus, in quibus formanda est generalis inquisitio, ut videre est per glosam, & Bart. in l. 2. §. Si publico ff. ad leg. Juliam de adult. neque text. capitalis in l. Congruit ff. de officio præsidis clare disponit, inquisitiones generales esse faciendas sed tantum, quod bonus Præses debet conquirere facinorosos homines, ut illis Provincia purgetur, quod quantum distet ab inquisitione, quæ fit interrogando testes, nemo videt. Et minus in textu aliquo invenitur, quod quando contingerit homicidium, seu aliud crimen, inquirit judex, quis illud commiserit, & solum id fit ex æqua Doctorum opinione, & consuetudine, aut ex particularibus Regnorum constitutionibus. Immo, si ad formam inquisitionum generalium aliarum Provinciarum attendimus, inveniemus eas à nostris omnino dissimiles esse, nam in Italia fiunt per edicta, & bona promittendo præmia, vel comminando pœnas illis, qui denunciaverint delinquentes, ut testatur Sccacia de judic. dict. lib. 1. cap. 69. num. 2. sentit Farinat. in pract. tom. 1. de inquisitione quæst. 1. n. 4. apud nos verò interrogando testes juramento adhibito. Deinde inquisitiones generales, de jure communi, regulariter sunt præmissæ, non solum de jure Canonico, secundum Baldum per text. ibi in cap. 1, de officio Ord.

Dec.

Dec. in rubric. de judic. num. 68. & 69. & alios, quos citat. Farinat. ubi proxime num. 8. *Sed etiam de jure civili, Matanta cum Bart. quem refert dict. tit. de Inquisitione num. 6. Et quanvis aliqui repugnent, tamen de consuetudine fatentur omnes licere in omnibus delictis* Farinat. supra num. 10. *At de jure nostro, regulariter sunt prohibita; Ordin lib. 1. tit. 65. § 31. in principio, & §. 69. Unde fit consequens nullatenus jus nostrum in materia de qua agimus, cum jure communi concordare, & multum ab usibus aliarum Provinciarum nostræ inquisitionum consuetudine discordare, & sic constat materiam istam optime nostro convenire instituto.*

Quoniam verò nec nostri moris est ea, quæ rectè sunt ab alijs dicta transcribere, sed tantum quæ vel perperam, vel involute sunt tradita, pro ingenij viribus, vel rectius, vel ordinatius tradere, hic de illis tantum agemus quæstionibus, quas, vel perperam ab scribentibus definitas, vel omissas, & in praxi frequentes existimamus.

QUÆSTIO I.

Quot species Inquisitionum in Jure Patrio inveniantur: qua ratione inventæ: & quare Devassas appellantur?

SUMMARIUM.

- 1 **D**Uæ species Inquisitionum in jure nostro inveniantur: altera quæ dicitur generalis: altera specialis, sive particularis.
- 2 Generalis Inquisitio in Jure Patrio dicitur omnis illa, quæ formatur super incerto delicto, id est, non occasione alicujus delicti, quod contigisset, quanvis contra certam personam formetur.
- 3 Generalis inquisitio apud DD. frequentius dicitur illa, quæ contra incertam, & specialis, quæ contra certam personam formatur.
- 4 Non de sunt DD. qui dicant utrunque nomen specialis, scilicet, & generalis Inquisitionis convenire Inquisitioni, quæ generalis est respectu criminum, specialis respectu personæ.
- 5 Quocumque ex dictis modis apte denominantur Inquisitiones generales, sive speciales.
- 6 Inquisitio specialis in Jure Patrio dicitur illa, quæ formatur super certo delicto, quod contigisse constat, licet contra
- 7 dictam personam formetur.
- 8 dictam Inquisitionis speciem generalem frequentius appellant Doctores.
- 8 Utrouque modo apte denominatur Inquisitio prædicta, secundum diversos respectus.
- 9 Inquisitiones fuerunt inventæ, ne, cessante accusatore, delicta remanerent impunita.
- 10 Processus per viam Inquisitionis est processus per viam justitiæ ex officio.
- 11 Impugnatur praxis, secundum quam Judices aliqui recipiunt querimoniam sive querelam partis offensæ, & secundum eam interrogant testes in Inquisitione, contra eam tantum personam, de qua offensus conqueritur.
- 12 Processus ex officio justitiæ, & ad partis instantiam sunt inter se diversi, & cumulari simul non possunt.
- 13 Pro querelis offensorum scribendis habet notarius librum, juxta dispositionem Ordinationis.
- 14 Inquisitio quare apud nos appellatur, Devassas?

I PRIORI quæstionis parti satisfaciendo, dicimus quod in Jure nostro Patrio duæ tantum species Inquisitionũ, idest *devassas* inveniuntur; altera appellatur generalis; altera verò specialis live particularis. De generali agit *Ordinatio lib. 1 tit. 65 sub inscriptione, Devassas geraes à §. 39. usque ad §. 67. & tit. 58. §. 31.* cū quatuor sequentibus, & alijs locis per discursũ, præcipuè quæstione sequenti refendis. De particulari verò, sive speciali Inquisitione agit *Ordinatio dicto lib. 1. tit. 65. sub inscriptione. Casos de devassa §. 31. & duobus sequentibus, & alijs, locis infra citandis præcipuè quæst. 3.*

2 Generalis inquisitio illa apud nos dicitur, quæ formatur certis temporibus, inquirente iudice an aliquis commiserit crimina illa, de quibus interrogat, & generalis dicitur, quia generaliter fieri debet per iudices illis temporibus præscriptis. Quæ inquisitiones fiunt licet nullatenus constet, vel suspicetur crimina illa, super quibus inquiritur fuisse ab aliquo commissa, in quo defferunt ab specialibus, quæ, ut infra dicemus, solum formantur, quando ad notitiam iudicis pervenit fuisse commissa crimina illa, super quibus tenetur inquirere, quando contingunt.

Et maxime notandum est quòd prædictæ Inquisitiones dicuntur generales, etiamsi contra certam, & nominatam personam formentur, ut constat ex *Ordinatio hoc tit. 65. à §. 39. & tit. 58. §. 34. dicto lib. 1.* ubi generalis Inquisitio appellatur illa quæ formatur lingulis annis contra ministros justitiæ, qui certi sunt, & idem est quærere, utrũ tabellio, vel custos carceris talia crimina commiserint, ac quærere, eorum nominibus expressis, an illa crimina commiserint? Idem probatur ex *Ordinatio hoc tit. 65. §. 66. & eodem lib. 1. tit. 68. §. 14.* in quibus, & alijs cum huiusmodi Inqui-

sitiones formentur contra certam personam, tamen generales appellantur. Quod procedit ex eo quod Legislator noster eas solum Inquisitiones speciales appellandas duxit quæ formantur occasione delictorũ contingentium, veluti super homicidio Titij, vulnere illato de nocte, furto facto Seio, & cæteris similibus delictis contingentibus de quibus *dicto §. 31.* Cæteras autem omnes Inquisitiones, quæ formantur, non quidem propter notitiam alicujus criminis, quod contingisse dicitur, sed interrogando, & inquirendo an aliquis crimina illa expressa commiserit, generales appellavit quanvis contra certas personas formentur.

Neque obstat, quod secundum scripta per *Sacciam, & ab eo relatos, de iudic. lib. 1. cap. 83. num. 1. vers. Sed quicquid,* illa Inquisitio, quæ formatur contra certam personam, dicatur specialis, quanvis super incerto crimine inquiretur. Nam respondetur primo, neque in opinione omnium Doctorum prædictã Inquisitionem specialem simpliciter appellari; nam plures asserunt dici generalem respectu criminis, specialem verò respectu personæ, ut videre est, per ea, quæ tradit *Præceptor Combricensis. Petrus Cabral cum relatis ab eodem in coment. ad text. in cap. qualiter, & quando num. 12. de accusat. & non defertur Saccia dicto loco.* Secundo respondetur prædicta nomina Inquisitionum fuisse inventa a Doctoribus, non a iuribus, & sic liberum fuisse scribentibus, secundum diversos respectus denominare speciales Inquisitiones, & Legislatori nostro placuisse, speciales Inquisitiones eas denominari, quæ super delictis formantur, quando in notitiam iudicis pervenit, quod aliud quod ex illis, quæ in Ordinatione sunt expressa, fuit commissum, cæteras vero Inquisitiones denominandas esse generales, quia non super specialibus, casibus,

casibus, & delictis contingentibus formantur, sed generaliter certis, & determinatis temporibus, & non occasione alicujus delicti, quod contigisse dicatur.

- 6 Specialis Inquisitio illa apud nos dicitur, ut supra jam diximus, quæ formatur super certis delictis, quæ contigisse dicuntur, inquirente iudice, quifnam comiserit crimen illud, quod commissum fuisse dicitur, veluti quando contingit homicidium ruptura carceris, resistētia, vel aliquod ex cæteris delictis expressis *Ordin. hoc tit. 65. §. 31. & inferius latius recensendis quæst. 3.*
- 7 Neque obtat, quod apud Doctores prædicta Inquisitioni species denominetur generalis, si generaliter inquiretur de delinquirente, licet de certo, & terminato crimine, ut videre est per scripta à *Farinat. tom. 1. tit. de Inquisit. quæst. 1. n. 4. fine, & per Secaciam dict. c. 83. n. 1.* qui dictam Inquisitionem appellat specialem tantum, respectu criminis, generalem verò, respectu personarum. Nam respondetur, ut supra, omnes prædictas denominationes rectè fieri, secundum diversos respectus, & Legislatori nostro placuisse denominandas esse Inquisitiones à delictis, ita ut dicantur generales illæ, quæ formantur generaliter certis temporibus, sine eo, quod aliquod delictum contigisse dicatur. Speciales verò illæ, quæ formantur super certis delictis, quæ contigisse dicuntur. Quemadmodum per contrarium nec errarunt illi, qui existimaverunt contrarium; nam cum [ut dictum est] hæc nomina tribuantur à Doctorebus, nec in textu aliquo inveniuntur, liberum cuique est, secundum diversos respectus nomen hoc aut illud tribuere. Manet igitur apud jus nostrum duas tantum species Inquisitionis inveniri specialem, scilicet, quæ formatur in casibus, & pro delictis contingentibus expressis in *Ordinatione*, de quibus

omnibus dicemus *infra quæst. 3.* & generalem, quæ formatur super criminibus incertis, id est, de quibus non constat contigisse, visum tamen fuit necessarium quærere, & investigare, an aliquis, vel certæ personæ illa commiserint, de qua Inquisitione generali agemus *quæst. sequenti.*

Ad secundam quæstionis partem dicimus, Inquisitiones fuisse inventas ne delicta remaneret impunita contra rationem, & dispositionem *text. in l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. cum vulgaribus*, quam rationem expressit *Ordin. dict. lib. 1. tit. 65. §. 31.* Quæ tamen ratio solum militat in delictis maioribus, & perniciosioribus, quibus respublica offenditur, & sic non pro omnibus, sed pro aliquibus tantum concessit *Ordinatio nostra*, & statuit Inquisitiones formati, quæ omnia quæstionibus sequentibus recensentur, & quidem jam, jure communi attento, de Inquisitionibus generalissimis pro omnibus delictis dubitaverant Doctores referendi *infra quæstione 2.* an licita essent, ubi latius de hac redicemus. Cum igitur aliqua delicta, quæ puniri convenit, aliquam particularem personam non offendant, vel si offendant, illa ab accusatione desistat, vel cum offensore colludat, & sic cesset accusator, rectissime jus ubique observatum, & *Ordin. nostra citatis locis* dispositum, quod justitia ex officio procederet, processus enim per viam Inquisitionis ex officio est, ut latè probat *Paz in præxi quinta partis tom. 1. cap. 1. n. 1. Farinat. tom. 1. de Inquisitione quæst. 1. num. 3.* & est notissimum, ut sic, invento malefactore possit iudex (accusatore cessante) illum punire ex officio, sic similiter conveniens visum fuit Inquisitiones formari contra ministros, & officiales justitiæ, informante se iudice ex officio, an commiserint crimina illa, de quibus in dicta *Ordin. à §. 39.* ut sic, si in illis deprehensi inve-

invenirentur, puniri possent.

11 Hinc obiter infero contra praxim, quam ab aliquibus iudicibus vidi observari, solent enim aliqui, quando contingit homicidium, vel crimen aliud accipere ab offensis denuntiationem, sive querimoniam, & de ea facere terminum in principio Inquisitionis, vulgò *devassas*, & postea interrogare testes etiam à parte nominatos contra denunciatos illos, ommittendo Inquisitionem, idest interrogationem generalem. Ex quo capite impugnamus dictam praxim non autem ex eo, quia sit interrogatio specialis contra certam personam, quia hanc licere credimus, contra communem, etiam si non præcedat infamia, ut infra *quest. 9.* latè probavimus. Improbamus ergo dictam praxim. Primo ex eo quia sic inquirentes ommittunt interrogationem generalem, & se convertunt ad specialem contra illas tantum personas, quæ interrogatio licet in nostra opinione licita sit, tamen non potest licere interrogare specialiter tantum, sed omnino necessarium est addere, nec committere generalem interrogationem, nam Inquisitio est processus ex officio iustitiæ ad inveniendos criminosos, quem partis error, vel malitia impedire non potest, ut sentit *Scacia de jud. lib. 1. cap. 85. n. 50.* cum alijs infra citandis. Atqui si derigatur interrogatio adversus illum tantum, quæ offensus nominavit, non tenebuntur testes verum prodere delinquentem, si alius non nominatus sit, siquidem non interrogatur quis comiserit crimen, sed an comiserit Titius, de quo comisisse testis nescit, ergo non debet fieri interrogatio tantum de personis à partibus nominatis. Secundò, quia processus ad instantiam partis, est omnino diversus à processu ex officio iustitiæ, ut advertit *Julius Clarus recept. sent. §. fin. quest. 3. n. 7.* *Paz in praxi dict. cap. 1. n. 1.* *Scacia ubi proxime,* & probatur ex *Ordin. lib. 5. tit. 130.*

§. 4. ubi supponitur super homicidio datam fuisse querelam à parte & formatam Inquisitionem ex officio. Unde illæ duæ viæ separatæ, & se non contingentes, non debent commisceri, & una 13 altera confundi. Tertio quia pro querelis datur liber diversus, in quo scribi debent juxta *Ordinat. lib. 1. tit. 79. §. 29.* non igitur est scribenda in Inquisitione, querela partis. Quarto, quia aliàs sequerentur ex Inquisitione, quasi ex querela effectus *Ordin. lib. 5. tit. 117. §. 18. & 19. & tit. 124. §. 22.* Neque agnosceremus an tanquam querela, aut tanquam Inquisitio esset regulanda. Ex quibus nullatenus accipi debet in actu Inquisitionis, querela, sive, ut dicunt, *queixa da parte.* Poterit tamen iudex verbalem partis informationem recipere, ad omnia recte dirigenda, forte enim inserviet ad detegendum facilius delinquentem, ut colligitur ex *Ordinat. ita intelligenda lib. 1. tit. 7. §. 25.* Quæ dicta sunt probat eruditissimus Senator Aulicus D. Joaõ Pinto Ribeyro, post hæc scripta visus, *na Relaçãõ 3. à num. 51.*

Ad tertiam quæstionis partem dicen- 14 dum videtur, ideo apud nos appellari *devassas*, Inquisitiones, de quibus agimus quia testes in illis, interrogantur sine citatione partis, & idem esse dicere *Inquiriçõens devassas*, [ut loquitur *Ordin. dict. lib. 1. tit. 65. §. 69. & tit. 58. §. 31.*] ac dicere non judiciales, quam explicationem probat optime *Ordinat. lib. 3. tit. 62. §. 1. ibi, que foraõ tiradas devassamente sem as partes serem chamadas nem citadas.* Colligitur etiam ex *Ordinatione lib. 5. tit. 126. §. fin. vers. & sendo, ibi, & se provara contra elle pro devassa, ou Inquiriçãõ judicial ibi, & tit. 122. §. 4. ibi, alguma devassa, ou inquiriçãõ judicial, & lib. 2. tit. 1. §. 27. ibi, ou por alguma inquiriçãõ devassa, ou judicial* In quibus *Ordinationibus* ponuntur tanquam *contra-ria devassas, & inquiriçõens judiciaes,* quasi

quasi illæ judiciales non sint, & id significet *devassas*. Et ita intelligenda videtur *Ordinat. lib. 5. tit. 130. §. 4.* ubi disponitur, quod in casu homicidij Præses Curialis debet injungere judici loci, in quo contigisse dicitur, quo ei remittat Inquisitionem vulgò *devassa*, super illo casu formatam, & querelam, si pars offensa querelaverat, interrogatis testibus in querela nominatis, *devassamente*, idest sine citatione partis, ita enim interrogantur, & postea fiunt judiciales, vel repetuntur, ut est notum per *Ordinationem dicto tit. 62. §. 1. & reformationem just. §. 18.* aliàs non probant ex vulgato *text. in cap. Significavit de testibus*, & est in praxi tritum.

Verum, licet ex dictis constet Inquisitiones, quas *devassas*, appellamus, opponi judicialibus, & sæpe accipi nomen *devassas*, vel *devassamente*, pro non judicialiter idest, sine citatione partis factis Inquisitionibus, vulgò, *Inquisitionens*. Tamen non adhuc constat, quare adeo diversum nomen, scilicet, *devassa*, sit impositum Inquisitionibus generalibus, aut particularibus. Pro cuius rei cognitione advertendum est, quod verbum, *devassa*, & *devasso*, sig-

nificat apud nos illud, quod publicum, & parens est, ita enim dicimus aliquem in crimine *devasso*, quasi publicus, & frequens illius patrator. Ita etiam dicimus domum aliquam, vel locum esse *devasso*, quando significare volumus patentem esse, & aliorum inspectioni subiectum qui dicuntur *devassar o dito lugar*, idest, detegere, & propalam videre, quæ in eo sunt, vel aguntur. Deinde advertendum est, officium, & effectum Inquisitionis esse, invenire, & detegere delictum, & delinquentem antea incognitum, & redere apertum, & publicum, quod antea opertum, & occultum erat, ut dicemus *quæst 9. num. 23.* Dicitur ergo *devassa*, idest, detegens ab officio, & effectu per quandam Rethoricæ tropum, quæ dicitur Mitonimia, prout mors dicitur palida, juxta illud *Orationis, Palida mors æquo pulsat pede, &c.* ab effectu, quia mortuos palidos reddit, vel ab officio, prout dicimus tonsorem illum, qui tondet: Medicum illum, qui medetur, &c. Ecce nominis ratio. Aliam prædicti nominis rationem conciderat. *D. João Pinto Ribeyro dict. Relação 3. n. 44.* quæ in aliquibus à prædicta non omnino discrepat.



QUÆSTIO II.

In quibus casibus possint, & debeant, Jure nostro attento,
Inquisitiones generales formari.

S U M M A R I U M.

- 1 **I**nquisitiones generales, apud nos sunt regulariter prohibita.
- 2 Suspectum est, quod aliqui afferunt Inquisitionem, scilicet generalem, per viam regula licitam esse.
- 3 Plures sunt apud nos casus in quibus formari debet Inquisitio generalis.
- 4 Judices locorum tenentur quolibet anno inquirere super iudicibus prædecessoribus cæterisque ministris justitiæ, an commiserint crimina contenta in capitul. hujus Ord. §. 39.
- 5 Judices foranei prædictis Inquisitionibus non subjiciuntur.
- 6 Ministri, & officiales justitiæ qui sunt subiecti syndicatui, sive residentiæ videntur etiam subiectos esse prædictis inquisitionibus generalibus.
- 7 Contrarium est verus, subduntur tamen prædicti officiales Inquisitionibus generalibus formatis per Correctores.
- 8 Impugnatur assertio Phœbi dicitis in distincte, officiales subiectos residentiæ, non esse subiectos Inquisitionibus generalibus.
- 9 Officiales qui non sunt subiecti residentiæ, subduntur duabus Inquisitionibus, scilicet formatæ per iudicem, & formatæ per Correctorem.
- 10 In prædictis Inquisitionibus solū inquirent iudices de culpis commissis per officiales anno præterito, & antecedente.
- 11 Item inquirere tenentur iudices, eodem tempore, an aliquis vendiderit, emerit, vel pignori dederit res aliquas Ecclesiarum.
- 12 Item an aliquis sine licentia Regis, hospitio receperit moniales, etiamsi illæ habuissent licentiam suorum superiorum ad exeundum à suo monasterio.
- 13 Item an aliquis usus fuerit aucupio perdicum cum illa per dica quæ dicitur boi, in principijs expressis, hac Ordin. §. 65.
- 14 De alijs modis aucupij, & temporibus prohibitis, alio tempore formatur diversa Inquisitio, de qua infra n. 24.
- 15 Item inquirere debent iudices in prædictis Inquisitionibus generalibus, an Perfecti arcium, vulgò Alcaides mores, & Ordinum Commendatarij pascantur pecus suum in terris perfecturarum, vel commendarum.
- 16 Item iudices locorū expressum in Ord. lib. 5. tit. 75. §. 1. contra illos qui secant arbores, de quibus ibi.
- 17 Item inquirere debent iudices in eadem Inquisitione generali contra eos, que habent domos expositas ad ludendum.
- 18 Item contra incestuosos cum illis, cum quibus nubere intendunt.
- 19 Sin autem habeant, vel impetrent dispensationē antequam condemnentur, substituitur, in forma Ord. lib. 5. tit. 17. §. 5.
- 20 Item contra blasphemantes.
- 21 Si blasphemia fuerit hæreticalis, ad Inquisitores pertinet cognitio.
- 22 Illa blasphemia est hæreticalis, quæ continet errorem contra Fidem.
- 23 Item inquirere debent iudices in dicta generali Inquisitione contra eos, qui minutis pilis utuntur, vulgò, atiram communiam.
- 24 Mense Junij, & Decembris tenentur iudices inquirere super venationibus, & piscationibus prohibitis.
- 25 In dicta Inquisitione à furtiori comprehenduntur, qui aucupium perdicum exercent cum illa per dica, quæ dicitur boi.
- 26 Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.
- 27 A principio Junij, & saltem usque ad finem Augusti, & quoties in eorum notitiã pervenerit, tenentur iudices inquirere super ducibus pecus extra Regnū.
- 28 Mense

- 28 Mense Martij & Setembris, tenentur iudices inquirere super ementibus panem ad revendendum.
- 29 In eadē inquirere debent super ementibus vinum, aut oleum ad revendendum.
- 30 Mense Januarij, & Julij inquirere debent iudices contra Sutores excedentes taxam calceamenti.
- 31 Ediles in mensibus Junij, & Decēbris inquireunt contra Conductores, & Juratos facientes conventiones cum paribus super pœnis non dum iudicatis.
- 32 Conductores illi qui appellantur Rendeyros do verde, alijs Inquisitionibus generalibus formatis cōtra officiales justitiæ, non subdūtur, tales enim non sunt.
- 33 Corretores, quolibet anno in locis suæ Provinciæ, inquireūt super illis criminibus jam supra enumeratis quæ hic repetūtur.
- 34 Super ministris ecclesiastici judicij non inquireunt, nisi super eo quod taxam scripturarum excedant.
- 35 Item inquirere debet Corrector, quolibet mense, super Comētariensibus, vulgo Carcereiros, in forma Ord. hic citatę.
- 36 In locis ubi sūt monialiū monasteria inquirere debent Corretores, an aliquis cū moniali habeat illicitam conversationē.
- 37 Item in locis ubi sunt portus maritimi, super illis, qui extrahunt à Regno, aurū, argentum, vel pecuniam auream, vel argenteam.
- 38 Corretores locorum hic nominatorum inquirere debēt, mense Martij, & Septēbris super illis qui emunt panē ad revendendum, vel impediunt, vulgō atrevelsam pam que vai pera lisboa.
- 39 Auditores Ordinum, & Dominorum in quorū terris Corretores non exercent jurisdictionem, debēt formare prædictas Inquisitiones Correctoribus competētes.
- 40 Præsides Curiales Criminales inquireūt in Curia super officialibus justitiæ, eo modo, quo aliās iudices inquirere diximus.
- 41 Item quolibet sexto mēse inquireunt super Comētariensi Curia, & custodibus ejusdem carceris, an panem, vinum, vel

aliud carceratis vendant.

- 42 Reçtor justitiæ inquireit super omnibus officialibus Domus Supplicationis, quolibet anno.
- 43 Gubernator domus Portuensis similiter inquireit.
- 44 Aliæ Inquisitiones generales formātur aliquando, per decretum Regis jubentis inquirei sup̄ alijs criminibus.
- 45 Nullæ aliæ Inquisitiones generales apud nos, formari possunt.
- 46 Prædictæ Inquisitiones, si formatæ sint per iudices Ordinarios remitti debent ad Corretores intra mensem.
- 47 Sin autem sint formatæ per iudicem Criminales Ulyssiponensem, debent remitti ad Præsiam Curialem.



Diximus, & probavimus questione præcedenti, Inquisitiones generales vulgō Devassas geraes, appellari in nostra Ordināt. illas omnes, quæ nō sūt pro certis delictis quæ cōtinge dicātur, quomodo formari debet. Quo supposito quæstioni respōdēdo dicimus, & advertimus primo, Inquisitiones generales per viam regulæ prohibitas esse quod apud nos certū est, ex Ord. lib. 1. dicto tit. 65. §. 31. & §. 69. & in Regno Neapollit etiā secundū Marant. 6. p. tit. de Inquisitione. n. 31. & 40. & in Regno Castellæ secundū Paz in Praxi 5. partis tom. 1. cap. 1. n. 4. & de jure cōmuni glos. & Bart. in dict. l. 2. §. Si publico ff. ad l. Jul. de adulter. cum alijs relatis à Farin. de Inquisitione quæst. 1. n. 9. tom. 1. qui enumerando casus in quibus potest formari Inquisitio, sentiunt regulam esse in contrarium, licet Maranta dict. loco n. 6 obiter dicat, regulariter licitam esse, & Farin. cit. loco n. 10. cum multis, dicat, quod hodie de consuetudine, pro omnibus delictis proceditur per viam Inquisitionis, quod suspectum videtur, etiam in Inquisitionibus specialibus, quatenus sunt

processus formati ad puniendos Reos, ut dicemus *infra quæst.* 9. de quibus Inquisitionibus loqui videtur, nam neque iudex ex officio procedit ad puniendum Reum pro quocunque delicto, sed pro aliquibus, secundum dispositionem *Ordinationis lib. 5. tit. 122.* ex quibus apud nos, maxime suspecta redditur prædicta *Formatij assertio.*

3 Sunt tamen apud nos exceptæ à regula plures Inquisitiones generales faciendæ, quia bono Reipublicæ regimini conveniens visum fuit, ut illæ formatæ, inter concessas igitur primum locum habet, illa Inquisitio, quæ formatari jubetur in *Ordinatio lib. 1. dict. tit. 65. §. 39.* quolibet anno, super iudicibus, aliisque ministris, & officialibus iustitiæ, de quibus in *Ordin. dict. §. 39. & §. 50. & §. 55. & §. 62.* super capitulis in eadem *Ordinatione* expressis, quæ Inquisitio formanda est per iudices quolibet anno, ab officio incæpto intra decem dies.

Primò autem dubitatur: utrum huius *Ordinationis* dispositio locum habeat interris, in quibus iudices sunt foranei, & quidem quatenus attinet ad Inquisitionem, vulgò *devassa*, faciendam super iudicibus extra quæstionem esse videtur non habere locum hanc *Ordinationem*, quia, nec quolibet anno creantur iudices foranei, ut successores de antecessoribus secundum hanc legem inquirent, neque illi similibus Inquisitionibus subiciuntur, sed syndicatui, vulgò *residencia*, ex quibus, & alijs colligitur legem istam, in hac parte non habere locum in iudicibus foraneis, sed in ordinarijs. Neque obstat *Ordinatio*, hic injungere iudicibus Civitatum, ut de præcedentibus inquirent, & ita videri de foraneis loqui, cum illi, & non Ordinarij in Civitatibus judicare soleant. Nam responderetur primò etiam in Civitatibus veluti in Bracharensi, & fortè alia, iudices Ordinarios esse. Secundo

illud præludium non solum pertinere ad Inquisitiones faciendas super iudicibus, sed etiam super alijs officialibus iustitiæ, de quibus *Ord. infra §. 50.*

Secundo quaeritur, utrum iudices, tã Ordinarij quam foranei debeant inquirere super officialibus & ministris contentis *dict. §. 50. 55. & 52.* si de illis debeat syndicari, & residentie subiecti sint, quales sunt Alguaselli, sive *Membreros*, & tabelliones, qui coram iudicibus foraneis interviunt; isti enim, & alij, & aliqui iudices orphanorum, & corum scribæ syndicatui, & residentie sunt subiecti. Ratio dubitandi movetur per quasdam leges extravagantes, & provisiones particulares, de quibus agit quædam provisio, quæ modo inserta invenitur ad finem *Ordinationis* in qua inscribitur, *Leys sobre se devassar dos officiaes de justiça, p' esto que a' m' residencia.* In prædicta igitur quæstione, pro parte negativa, scilicet, iudices non debere inquirere contra officiales residentie subiectos stat adnotatio *Phæb. 1. p. ar. st. 154.* ubi nulla lege allegata, nec terminis illius decisionis declaratis, assertum generaliter de officialibus residentie subiectis non posse inquireri in generalibus, & ordinarijs Inquisitionibus. Idem quæque erat statutum olim per provisiones Regis Sebastiani, de quibus fit mentio in dicta provisione inserta ad finem *Ordinationis*. Pro contraria parte stat generalitas *Ordinationis* & dicta provisio, quæ inscribitur *so. bre devassar dos officiaes de justiça p' esto. q' dem residencia*, in qua mentio etiam fit de alia lege Henrici Regis, in qua disponebatur, quod omnino inquireretur etiam de his officialibus, revocatis provisionibus Regis Sebastiani in contrarium.

In hac dubitatione existimo partem negativam esse veram scilicet, iudices non posse inquirere de officialibus, de quibus syndicari solet, non quidem ex ratione allegata à *Phæbo dicto Aristo 154.* sine, quia scilicet, non potest his in eodem anno

anno quis inquiri de eodem delicto, pro quo dicto citat *l. fin.* intendendo citare *leg. penultim. ff. nautæ Caupon*, quæ ad eam propositum dicit, quod non debet sæpius de unius hominis admisso queri, & relicta disputatione, certum est nullum esse inconueniens, quod sæpius inquiratur de aliquo, nam ipsa *Ordinat.* jubet iudicibus inquirere super officialibus, ut hic, & idem jubet Correctoribus, ut *in dict. tit. 8. §. 34.* & ita aperte in uno anno duæ fiunt Inquisitiones super officialibus justitiæ, & statim in alia specie firmabimus. Ratio igitur, & fundamentum est, quia dicta provisio in fine *Ord.* inserta tanquam mediam viam eligens inter provisiones Regis Sebastiani, & legem Hærici Regis disponit, quod hujusmodi officiales, qui subiecti sunt residentiæ sint etiam subiecti Inquisitionibus generalibus formatis per Correctores, in quo potestatem inquirendi contra eos iudicibus denegare videtur, argumeto *text. in l. Maritus Cod. de procurat. text. in l. unic. §. Sin autem C. de caducis tollendis.*

8 Ex qua resolutione, & verbis prædictæ legis, siue provisionis inserta ad finem *Ordinationis* inferitur non esse tantam dictam generalem, & indistinctam assertionem *Phæbi dicto arresto 154.* quatenus dicit indistinctè, officiales subiectos residentiæ immunes esse ab Inquisitionibus generalibus, nam ex *dictæ legis* expressis verbis, & ex ipsius inscriptione contrarium colligitur, & officiales residentiæ subiecti, subduntur etiam Inquisitionibus generalibus factis per correctores, licet non subdantur etiam Inquisitionibus factis per iudices, quia lex prædicta illos subijciendos tantum Inquisitionibus ordinarijs factis per Correctores, ab illis, quæ formantur per iudices, eos excusasse videtur, ut supra diximus. Unde sine dubio procedit *Arestum 159. adductum à Phæbo 1. parte*, ubi iudicatum fuit non posse iudices inquirere contra iudices orphanorum, qui

residentiæ sunt subiecti: ab Inquisitione enim iudicum sunt exempti, non verò ab Inquisitione Correctoris, immò huic subiecti remanent (licet de illis syndicari debeat) ita expresse disponente dicta provisione ad finem *Ordinationis inserta sunt* igitur subiecti duobus Inquisitionibus illi, de quibus syndicatur (non loquimur de iudicibus foraneis, sed de cæteris officialibus, ut in principio ad monuimus) scilicet, syndicatui, & Inquisitioni, quolibet anno, in correctione factæ. Illi verò de quibus non syndicatur, sunt subiecti Inquisitionibus generalibus tam formatis per iudices, quam per Correctores. Concludimus igitur, officiales justitiæ subiectos residentiæ non subijci Inquisitionibus per iudices, bene tamen subijci Inquisitionibus per Correctores formatis.

Tertio dubitatur, an in casibus, in quibus iudices, vel Correctores possint inquirere de ministris, vel officialibus justitiæ in suis generalibus, Inquisitionibus debeant inquirere de culpis, quomodo cunque commissis per eosdem, aut à certo tantum tempore. In qua dubitatione *Ordin. hoc §. 62. fin.* disponit iudices solum posse inquirere de culpis commissis ab officialibus anno præterito, & ei antecedente.

De Correctore autem inquirente super eisdem justitiæ ministris, vel officialibus non omnino similiter disponit *Ord. dict. lib. 1. tit. 8 §. 34.* ibi *& na dita inquirição pergũtar à somete pellos erros, & culpas q̄ os ditos officiaes tiverem cometido na quelle anno em q̄ se tira a devassa, & no outro atras, & mais nam.* Ecce differentia; nam Correctores inquirunt de culpis illius anni, & præcedentis, iudices verò de culpis anni præcedentis, & alterius anni illi antecedentis. Sin autem rectè advertatur in idem fere recidit; nam cum iudices ordinarij incipiunt ferme exercere suum munus in principio anni, pro duobus

bus precedentibus inquirunt, nam in principio sui muneris teneantur has Inquisitiones generales formare, dicto §. 30. & sic computando annos pro ut incipiunt in mente Januarij, & finiunt mense Decembri, inquirunt de culpis duorum annorum, Correctores verò, cum non habent tempus præfinitum ad faciendas suas Inquisitiones, siue Correctiones, & eas forment quando contingit in anni circulo, eos ire ad loca sua suæ Provinciæ ad hunc effectum, non computatur, annus prædicto modo, sed a tempore Correctionis, siue illius Inquisitionis formatæ, ita ut à duobus retro annis inquirat, non quidem, ut si forment Inquisitionem mense Januario 1643. debeat solum inquirere de culpis commissis illo anno 1643 & anno 1642 quia sic de uno fere solo anno inquirere, sed debet inquirere de commissis duobus abhinc annis, idest à mense Januario 1641 usque ad præses tēpus in quo fit Inquisitio, scilicet mense Januarij 1643 & sic videntur procedere dictæ Ordinationes.

11 Secundo formari debet eodem tempore, & per eosdem iudices, quodlibet anno, Inquisitio, idest in eadem Inquisitione generali facta per iudices in principio anni, debet inquiri, an aliquis vendiderit, emerit, aut pignori dederit res aliquas ecclesiarum *Ordin. dict. tit. 65. §. 63.*

12 Tertio inquiritur, etiam in eadem Inquisitione generali. Utrum aliquis sine Regis licentia, hospitio receperit moniales aliquas, etiam si ipsæ haberent licentias superiorum ecclesiasticorum ad exeundum à monasterijs ex legitimis causis, velut propter infirmitatem, ex qua ratione ad tempus solet licentiæ concedi *Ordinat. dict. tit. 65. §. 64.*

13 Quarto inquirere debent iudices in dicta generali Inquisitione, de illis qui utuntur illo modo siue pedica aucupij perdicum, qui dicitur *boi*, vulgò

dos que caçam perdizes com boi. Ordin. hic §. 65. At quia visa *Ordin. lib. 5. tit. 88.* quasi per totam, res ista redditur confusa, & Inquisitiones super aucupijs prohibitis, alijs temporibus formandas esse videtur, de qua *Oram. dicemus infra n. 24.* Pro intelligentia advertendū est, quod *Ordin. dict. tit. 88.* loquitur de aucupijs generaliter ratione temporis, vel modi prohibitis. At *Ordinat. hoc §. 65.* loquitur tantum de aucupio perdicum, cum pedica illa quæ dicitur *boi*, & de certis tantummodo Provincijs.

Dicendum igitur est, quod ad Inquisitionem generalem, quæ fit in principio 14 anni, solum pertinet aucupium perdicum cum pedica, illa, quæ dicitur *boi*, in Provincijs expressis in *Ordin. dict. lib. 5. tit. 83. §. 1.* Cætera autem aucupia, & venatione; siue piscationes temporibus certis, vel modis certis prohibita pertinet ad Inquisitionem, quæ diverso tempore formatur, secundum *Ordinationem dicto tit. 88.* de qua infra *num. 24.* De prædicto igitur modo aucupij perdicum, qui prohibitus est toto anni tempore in Provincijs nominatis *dict. tit. 88. §. 1.* inquiritur in generali Inquisitione de qua agimus. De cæteris verò, alijs anni temporibus.

Quinto in eadem Inquisitione facta 15 per iudices in principio anni inquiritur, an Præfecti arcium vulgò *Alcaydes mores*, aut Comendatarij Ordinum, pecus suam pascantur in terris suarum præfecturarum, vel Comendarum, ita disponente *Ordinat. hoc tit. 65. §. 66.*

Sexto in eadem Inquisitione genera 16 li facta per iudices in principio anni inquirunt iudices contra illos, qui secant arbores, illas de quibus *lib. 5. tit. 75. §. 1.* sed hæc Inquisitio non fit per omnes iudices Regni, sed per iudices locorum expressorum in *dicta Ordinat.*

Septimo inquiritur iudices in eadem 17 Inquisitione, in principio anni formatâ contra eos, quia habent domus ad luden,

ludendum expositas, vulgo *contar os que dam tabulagem*, ex dispositione *Ordinat. lib. 5. tit. 81. §. 4.* de quibus etiam Correctores inquirunt, de quo infra.

18 Octavo in eadem Inquisitione eodem tempore formata inquirunt iudices contra eos, qui incestum commiserunt cum consanguineis, vel affinibus, cum quibus, secundum famam, nubere intendunt, vulgo, *com que estam consertados para casar* ita disponente *Ordination. lib. 5. tit. 17. §. 5.* & notandum, quod non contra quoslibet incestuosos, sed contra prædictos jubet inquirere *Ordinatio* nostra, quasi ex illa ratione, quia maior occasio in his datur, & facilius persistunt in concubitu, & incestu, sine metu infamiae resultantis, quasi illam evadant, quia nubere inter se intendunt, & in effectum non esse casum inquirendi, vulgo, *devassar*, habere rem cum consanguineis, vel affinibus, nisi quando cum illis nubere intendunt incestuosi, est *arestum 72. Cab.*

19 2. p. Sin autem habeat dispensationem non proceditur, & si antequam condemnentur, eam impetrent, subsistitur in causa, secundum formam, & ordinem assignatum per *Ordin. dict. §. 5.*

20 Nono in eadem generali Inquisitione inquirunt iudices contra blasphemantes, ita disponente *Ordinat. lib. 5. tit. 2. §. 3.*

21 Nota autem, quod si blasphemia sit hæreticalis, cognitio privativè pertinet ad Inquisitores hæreticæ pravitatis, ut advertit, *Barb. in remiss. ad dictum §. 3.* addo *Fr. Ant. de Sousa in phorism. Inquis. lib. 1. cap. 19. per tot.* Quænam autem blasphemia hæreticalis dicatur, dicam esse quæ continet errorem contra

22 Fidem, *Sanct. ad præcepta Decalogi lib. 2. capite 32. num. 36. Eymericus 2. p. direct. quæst. 41. num. 1. & 2. ubi Penha com. 66.* Tenetur igitur iudex remittere ad Inquisitores culpas, quas in suis Inquisitionibus generalibus invenerit, contra blasphemantes, hæreticaliter, &

Inquisitores eas poterunt ab illis, & Ordinarijs ad se advocare, ut asserit, *Souza dicto loco n. fin. agens de Inquisitore generali*, qui similem potestatem Inquisitoribus delegavit.

Decimo, in eadem Inquisitione in principio anni formata inquirunt iudices contra eos, qui minutis pilis plúbeis utuntur, vulgo, *que uzam de munição meuda, & de pelouros, que nam sam de meida da sua espingarda*, ita disponente *Ordin. lib. 5. tit. 80. §. 15.*

§. 1.

De alijs Inquisitionibus generalibus quas tenentur iudices formare certis alijs temporibus.

Undecimo, tenentur Iudices mense Junij, & Decembris formare Inquisitiones contra exercentes venationes, aut piscationes prohibitas, ita disponente *Ordin. dict. lib. 5. tit. 88. §. 13.* quæ autem venationes, & piscationes, & cum quibus instrumentis, quibus vè temporibus sint prohibita habetur late in prædicta *Ordinatione*. Notandum verò est, quod licet supra dixerimus, & in generalibus Inquisitionibus in principio anni faciendis inquirendum de illis, qui aucupium perdicum exercent cum illa perdica, quæ dicitur *boi*, at solum in expressis Provincijs inquirendum esse tamen, quando tempore prohibito ea inventione utuntur, in omnibus provincijs puniendi veniunt, siquidem puniuntur illi, qui aucupia temporibus illis prohibitis exercent inventione minus odiosa, non debent ergo inducta ad augmentum operari diminutionem, argumento *text. in l. legata inutiliter ff. de admendis legatis*. Est igitur sensus prædictarum *Ordinationum*, quod in aliquibus Provincijs dicto tit. 88. §. 1. nominatis, semper sit prohibitum aucupium perdicum cum perdica appellata *boi*, & sic, quod iudices illarum Provinciarum, in quibus absolute prohibitum est toto anni tempore inquirent in generalibus

- ralibus Inquisitionibus, an aliquis tali utatur aucupio. Mense autem Junij, & Decembris inquirunt, tam illi, quam alij Regni judices contra exercentes venationes temporibus prohibitis, quæ Inquisitiones à fortiori compræhendunt exercentes temporibus prohibitis aucupium perdidicum *com boi.*
- 27 Duodecimo, judices foranei tenentur formare Inquisitionem quolibet anno, à principio mensis Junij, & saltem per mensem Augusti, contra eos, qui pecus extra Regnum ducunt, vel ad id favorem, aut auxilium quoque modo præstiterunt, ita disponente *Ordin. lib. 5. tit. 115 § 25.* Et quanvis illa *Ordinatio.* solum de judicibus foraneis loquatur, tamen infra §. 27. idem ordinarijs judicibus injungit, qui tamen non per se illas Inquisitiones pronunciant, sed remittunt Correctoribus, vel Auditoribus, ut ibidem disponitur; non solum autem prædictis temporibus est formanda prædicta Inquisitio, sed quotiescunque pervenerit ad notitiam judicis, hoc crimen per aliquos fuisse commissum, ita disponente *Ordinat. dict. tit. 115. §. 26.*
- 28 Decimo tertio, formare quoque tenentur judices Inquisitionem, quolibet anno, Mense Martij, & Septembris, contra eos, qui emunt panem ad revendendum, ita disponente *Ordin. lib. 5. tit. 76. §. 10.*
- 29 Decimo quarto, eodem tempore, & simul in eadem Inquisitione de qua proxime, debent etiam inquirere judices contra eos, qui emunt vinum, aut oleum ad revendendum *Ordin. dicto lib. 5. tit. 77.*
- 30 Decimo quinto, tenentur quoque judices formare Inquisitionem, mense Januarij, & Julij, contra Sutores excedentes taxam calceamentorum, ita disponente *Ordin. lib. 1. tit. 66. §. 33.*
- §. 2.
- De alia Inquisitione generali formanda per Ediles.*
- 31 Decimo quinto Ediles in mensibus Junij, & Decembris tenentur formare Inquisitionem contra Conductores, & Juratos, vulgò, *sobre os rendeyros, & jurados*, qui tunc interserviunt, & super illis, qui ante præsentibus, proxime interservierunt, inquirendo, an fecerint conventiones cum partibus, quæ damna dedere, ante quam poenæ sint illis per sententiam impositæ, ita disponente *Ordinat. lib. 1. tit. 68. §. 14.* Notandum tamen est conductores illos, qui appellantur *Rendeyros do verde*, alij Inquisitionibus formatis super officialibus justitiæ non subjici, officiales enim justitiæ non sunt, ita sæpè decisum testatur *Cabedo 1. p. stylo 5. inter aliquos postos post arresto pag. 58.*
- §. 3.
- De alijs Inquisitionibus generalibus formandis per Correctores, aliosque Magistratus.*
- Correctores quolibet anno quando ad loca suarum Provinciarum deveniunt pro facienda correctione, & Correctores Ulyssiponenses à principio Junij inquirunt super aliquibus criminibus, de quibus jam supra diximus judices quoque inquirere, ideo, ea hic summam tangemus, cum enim in hac quaestione agamus de enumerandis Inquisitionibus generalibus in hoc Regno formandis, eas, quæ sunt ejusdem speciei, licet sint faciendæ per alios judices, iterum non adnumeramus. Inquirunt igitur Correctores super judicibus Ordinarijs, & Orphanorum, aliisque omnibus justitiæ officialibus inferioribus, juxta dispositionem *Ordinat. lib. 1. tit. 58. §. 34.* Immo licet judices (ut supra num. 7. resolvimus) non inquirant de officialibus, de quibus syndicatur, tamen Correctores de illis etiam inquirunt, ut ibi diximus, & exprimitur in dicta provisione, sine lege ad finem Ordinationis insertæ. Non tamen inquirere possunt de alguacellis, vulgò *meirinhos*, ecclesiasticis, nec de scribis ejusdem

eiusdem auditorij, nisi super eo quod excedant taxam scripturarum, *Cabed. 1. parte decis. 202. & decis. 14. num. 17.* Item etiam inquirunt super illis, qui pecus extra Regnum ducunt, vulgò *dos passadores*, & eis auxilium, vel favorem præstantibus *Ordinat. dict. tit. 58. §. 35.* de quibus, ut diximus, *supra num. 27.* iudices quoque inquirunt. Item existimo etiam inquirere debere super exponentibus domos suas ad ludendum, vulgò *dos que dam tabulagem*, nam *Ordinat. dict. lib. 5. tit. 82. §. 4.* dicit, quod magis Magiftratus, vulgò *os Fulgadores*, inquirant tempore suarum Inquisitionum generalium, unde videntur etiam comprehendi Correctores, præcipuè cum in omnibus casibus, de quibus supra, quando intelligit iudices, & non Correctores formare debere. Inquisitiones, de quibus agit, dicit semper *os Juizes*, non verò, *& os Fulgadores*, & probatur quia Correctoribus Civitatis Ulyssiponensis in jungitur, ut his in anno de hoc crimine inquirant, *lib. 1. tit. 49. in principio.* Nunc videamus de alijs speciebus, in quibus formari debet Inquisitio, & eas prosequamur.

35 Decimo sexto, formare debet Corrector Inquisitionem, quolibet mense super Comentariensibus, vulgò *Carcereiros*, an dona recipiant à carceratis, vel ab aliis eorū causa, & respectu, & ne illis imponant compedes, vel catenas secundum delictorum merita *Ord. dict. 58. §. 31.*

36 Decimo septimo, debet Corrector, in locis ubi sunt monialium monasteria, inquirere, utrū aliqui habeant conversationem illicitam cum monialibus, aut cum eis sint diffamati *Ord. dict. tit. 58. §. 32.*

37 Decimo octavo, inquit Corrector, in locis suæ provinciæ, in quibus sunt maritimi portus, super illis qui extrahunt a Regno aurum, aut argentum, vel pecuniam auream, vel ar-

genteam *Ord. dict. 58. §. 65.*

Decimo nono, Correctores de *San. 38* *tarem, & Thomar*, & Auditor de *Setuval* in mensibus Martij, & Setembris, inquirere debent super illis, qui emunt panem ad revendendū, vel impediunt vulgò *atravessam pam que vai para Lisboa*, in forma *Ordinat. dict. tit. 58. §. 35.*

39 Quas Inquisitiones diximus formari debere per Correctores, formandæ sunt per auditores Ordinum, vel dominorum in quorum terras Correctores non intrat, quarum aliquas esse agnovit *Ordinat. lib. 5. tit. 122. §. 9. & melius lib. 1. tit. 58. §. ad finem*, & hoc jure utimur, nam hæ Inquisitiones formantur per Auditores Illustrissimi Brachar. Primatis, & plurium dominorum, in quorum terras Correctores non intrant per correctionem, non obstante, quod per viam regulæ *Ordinat. lib. 2. tit. 25. §. 8.* Auditores dominorum non habeant potestatem excedendi correctionem, plures enim ex prævilegio, vel antiquissimo usu illam exercent.

40 Correctores, sive Præsides Curiales criminales inquirunt in Curia super officialibus justitiæ, eodem modo quo aliàs, inquirere iudices, diximus supra ita disponit *Ord. lib. 1. tit. 7. §. 21.* quam videre oportet, ad intelligendum qualiter se gerere debeant, quando jam invenerint Inquisitiones super officialibus formatas, per iudices, vel Correctores. Inquirunt etiam quolibet sexto mense, super Comentariensibus Curia, & 41 *custodibus eorundem carcerum*, an vendant panem, vinum, aut aliud carceratis, per se, aut interpositam personam *dict. §. 21.*

42 Rector, vulgò *Regedor*, inquit de omnibus officialibus domus supplicationis, quolibet anno juxta *Ordinat. lib. 1. tit. 1. §. 21.*

43 Governator domus Portuësis, vulgò *Governador do Porto*, similè debet formare Inquisitionem super officialibus illius

illius domus nam; licet id non exprimat in eo, tamen quia in *Ordinat. lib. 1. tit. 35. §. fin.* dicitur eum uti debere eadem jurisdictione, & eam exercere, secundum dicta de Rectore domus supplicationis, de quo est expressum *dicto tit. 1. §. 32.* debere formare illam Inquisitionem, extra quæstionem, videtur, eadem formare debere Gubernatorem Portuensem.

44 Aliquando tandem jubet Rex formari aliquas Inquisitiones super alijs criminibus per particulares provisiones, ut annis præteritis vidimus super peccatis publicis.

45 Prædictæ Inquisitiones generales in Regno nostro formantur, & aliæ formari non possunt, ut supra in principio quæstionis probavimus.

46 Ad calcem adverte, quod si Inquisitiones generales supradictæ super officialibus justitiæ formatæ fuerint per

judices Ordinarios, debent remitti ad Correctores intra mensem, qui procedere debet contra officiales culpatores, quam remissionem jubet fieri *Ordinat. dict. lib. 1. tit. 65. §. 71.* & quidem prædictum §. loquitur tantum de iudicibus Ordinarijs ex eo patet quia in §. statim sequenti disponit, quod prædictæ Inquisitiones, de quibus agitur in hac *Ordinatione* fiant etiam per iudices foraneos, quasi dispositiones, de quibus supra solum de iudicibus Ordinarijs intelligerentur, apertius quæ dicta sunt colliguntur ex *Ordinatione lib. 5. tit. 88. §. 14. & tit. 125. §. 27.* recenter advertit *D. João Pinto Ribeyro dicta Relaçam 3. num. 16.* Sin autem formatæ fuerint per unum ex iudicibus criminalibus Ulyssiponensibus in forma *Ordinat. hoc tit. 65. §. 68.* debent tradi uni ex Præsilibus Curialibus criminalibus, ita disponente *Ordinatione citata proxime.*

QUÆSTIO III.

In quibus casibus, & super quibus nam delictis, speciales, sive particulares Inquisitiones, apud nos, formari possint, & debeant?

SUMMARIUM.

1 **S**peciales Inquisitiones illæ, apud nos, appellantur, quæ formantur super certis delictis contingetibus.

2 Ad Inquisitiones de quibus agimus solent requiri per *DD.* quod prius constet de corpore delicti.

3 Defenditur raro, aut nunquam prædictum requisitum necessarium esse.

4 Inquisitio alia est tantum informatio assumptio. Alia verò est processus ex officio ad Reum puniendum.

5 Quando crimen super quo est inquirendum vestigia relinquit, debet iudex ire ad illa inspicienda.

6 Quod tamen si iudex omisit, non per id invalida est Inquisitio.

7 Iudex nõ debet de jure nostro, recipere prohibitiones super corpore delicti antiquæ

incipiat inquirere, vulgo devassar, sed sufficit quælibet notitia sive informatio.

8 Idem verius de jure cõmuni probatur.

9 Requisitum necessariũ ad aliquẽ actum sufficit intervenire, quanvis agens de interventione notitiam non dum habeat.

10 Respondetur sũdamẽtis cõtrariæ partis.

11 Respondetur ad text. in l. 1. §. Item illud ff. de Sen. Conf. Syllan. & exponitur quid cautum sit illo Senatus Consulto.

12 Probatio plena corporis delicti, tunc a *DD.* requiri videtur, quando inquiretur, id est proceditur judicialiter ex officio ad Reum puniendum.

13 Quando delicta corpus non habent cessat prædictum requisitum.

14 Quan?

- 14 Quando delictum etiam corpus habes, plene probatur, non potest corpus non probatum esse.
- 15 Resolvitur tunc tantum plenam probationem corporis delicti requiri, quando delictum ipsum plene probatur, & de ipsius corporis existentia, vel non existentia potest liquide, & sine difficultate constare.
- 16 Inquisitio formari debet jure nostro attempto super homicidio contingenti.
- 17 Quando aliquis fuit occisus, non quando mortuus id est, sine scelere defunctus, formanda est dicta Inquisitio.
- 18 Praxis servanda in visitatione corporis occisi.
- 19 Si dubitetur an mors fuisset scelere illata, sunt adhibendi periti, & adhuc stante dubio, Inquisitio est formanda.
- 20 Quando corpus jam videri non potest, est nihilominus formanda Inquisitio si dicatur scelere interentum.
- 21 Potest corpus exhumari ad examinanda vestigia, & signa quæ judicent fuisse scelere interentum.
- 22 Inquisitio super homicidio non potest fieri vivente offenso, licet læthaliter appareat percussus.
- 23 Si post formatam Inquisitionem super vulneribus, decedat ex illis vulneratus, non est formanda de novo Inquisitio super morte.
- 24 Inquisitio formari debet, quando mulier aliqua conqueritur se per viam carnaliter fuisse cognitam.
- 25 Licet mulier ita oppressa non conqueratur, verius videtur judicem habitam notitia debere inquirere.
- 26 Etiam si mulier vi cognita serva sit.
- 27 Pro conatu sine effectu non est formanda Inquisitio in casu de quo tractamus.
- 28 Si vis conditionalis, & non præcisa fuisset, videtur non esse Inquisitionem formandam.
- 29 Verius est contrarium.
- 30 Lucretia per vim conditionalem, non præcisam à Traquino fuit oppressa.
- 31 Quare Lucretia, quæ postea se ipsam interfecit, non antea mori potius, quam copulæ se traderet.
- 32 Inquisitio formari debet, quando contigerit incendium scelere factum, sive excitatum.
- 33 Requiritur, quod scelere, & non sufficit, quod casu sit exortum, in dubio tamen formanda erit Inquisitio.
- 34 Requiritur etiam, quod ex incendio damnum resultasset.
- 35 Inquisitio formanda est quando contigerit fuga incarceratorum.
- 36 Etiam si carcer non sit ruptus.
- 37 Inquisitionis intentio in hoc casu est venire in cognitionem culpæ, non solum auferentium, sed fautorum, & comentariensis.
- 38 Si aperte constet incarceratos aufugisse propter incendium exortum, vel fluvij inundationem, vel similem justam causam, Inquisitio non est formanda.
- 39 Neque formanda Inquisitio si aliquis aufugiat à domo propria sibi pro homagio assignata.
- 40 Qui indictis terminis aufugiunt à domo propria puniuntur tantum pro temeritate judicis præcepti si acti.
- 41 Inquisitio formari debet, quando contigerit ruptura carceris.
- 42 Quando dicatur carcer ruptus explicatur.
- 43 Etiam si in carcerati non aufugiant, pro sola ruptura, formanda est Inquisitio.
- 44 In dicta Inquisitione etiam investigatur de fautoribus.
- 45 Non omittenda Inquisitio quavis dicatur in carceratū potuisse in pugne aufugere, & vincula rumpere, quia injuste detinebatur.
- 46 Inquisitio formati debet, si contigerit falsæ monete fabricatio.
- 47 Quid sit falsæ moneta traditur.
- 48 Pro moneta tonsa, vel rasa id est cerceada, ou raspada, verius videtur non esse formandam Inquisitionem.
- 49 Pro moneta falsa, quæ tamen non imitatur formam monetarum hujus Regni, non est formanda Inquisitio.

- 50 Pro falsæ monetæ fabricatione, licet illa minimi sit valoris, Inquisitio formari debet.
- 51 Expendentes falsam monetam prædictæ Inquisitioni subjiciuntur quia contra eos præsumitur de fabricatione nisi à principio constare posset solum expendisse, non fabricasse.
- 52 Opem fabricari præstantes, ad hanc Inquisitionem pertinent.
- 53 Inquisitio formari debet pro resistētia.
- 54 Resistētia, & offensio justitiæ licet sæpe simul concurrant, tamen inter se differunt, & qualiter.
- 55 Explicatur Ordinatio lib. 5. tit. 50. ne ex ea cum dictis implicatio sequitur.
- 56 Resistētia committitur non solum cum armis, sed etiam solo verbo, quod de jure nostro certum videtur.
- 57 Ministris non portantibus insigna sua, impugne resistitur.
- 58 Non tamen existimamus omittendam Inquisitionem ex dicta ratione.
- 59 Advocato non fieri resistētiam decisum est.
- 60 Viatoribus vulgo caminheiros, resistētiam fieri decisum est.
- 61 Intelligenda videtur decisio in viatoribus qui mittuntur pro executionibus justitiæ, non privatorum.
- 62 Scribente, vulgo, subscrevente resistētiam fieri decisum est. At videtur intelligenda decisio de illo, qui chartam habet illius ministri.
- 63 Resistētiam fieri officiali justitiæ offenso ratione officij post illud finitum judicatum fuit.
- 64 Pro dicta specie resistētiae, si ve potius offensionis Inquisitionem formari non debere, existimamus.
- 65 Inquisitio formari debet pro offensione justitiæ.
- 66 Circa hujusmodi Inquisitionem videntur da sunt, & observanda pro simili casu resistētiae supra proxime dicta.
- 67 Inquisitio formari debet, quando contigerit carceris privati crimen.
- 68 Quando committatur carceris privati crimen.
- 69 Ordinatio nostra conformis est juri communi quatenus disponit carcerem privatum committi ubicunque aliquis in voluntarie detineatur.
- 70 Non est autem juri conformis quatenus requirit detentionem per 24. horas.
- 71 Officialis justitiæ detinendo aliquem extra carcerem publicum, privati carceris Reus efficitur.
- 72 Detinens aliquem ex justa causa, ut tradat Curiae, non committit hoc crimē.
- 73 Etiam si detineat ad dictum effectum, non ex causa propria, sed publica.
- 74 Refertur casus in quo privatus detinuit quosdam aggressores, & fuit laudatus.
- 75 Neque hoc crimen committit Pater qui incarceratum detinet filium, si ve dominus servum correctionis causa.
- 76 Inquisitio pro dicto crimine tunc formari debet, quando aliquis sine justa causa fuerit detentus ultra spacium 24. horarum.
- 77 Inquisitio formari debet, quando contigerit furtum.
- 78 Requiritur, quod ascendat ad valorem marci argenti, vulgo de hum marco de de prata id est 2600. reis.
- 79 Pro furto, quod à furto non incipit formanda non est dicta Inquisitio.
- 80 Commodatarius aufugiens secum ferēs rem commodatam, vel depositarius desitum, committit furtum.
- 81 Furta illa, quæ non incipiunt à furto, multum differunt à furto proprio contra.
- 82 Non requiritur ad Inquisitionē de qua agimus quod cōstet de furto, cōtra Barb.
- 83 Ordinatio hic disponens super cujuscuque quātitatis furto fieri Inquisitionem, si proponatur in deserto loco factum, intelligitur de rapina, id est violenta extortione, non de simplici furto.
- 84 Raptor est magis improbus fur, & acrius punitur.
- 85 Ad instantiam partis interrogari possunt octo testes, & relati ab eis super furto ascendente ad valorem ducentorum regalium.

- 86 Inquisitio formari debet super productione armorum facta in Ecclesia, sive provisione, vel ubicunque Sacratissimū Eucharistiæ Sacramentum fuerit, etiamsi proculsi aliqua non sequatur.
- 87 Nam videtur formanda Inquisitio, nisi pro productione armorum, quæ evaginantur.
- 88 Contrarium verius existimamus.
- 89 Mens legis attendenda est licet verba alium sensum habere videantur.
- 90 Verbum, arrancamento, aptum est ad significandam quamcunque productionem, & elevationem armorum, etiamsi non evaginentur.
- 91 Impugnatur Emmanuel Barbosa, asserens citatæ Ordinationis pœnas non incurrere, qui gladio evaginato extra Ecclesiam, intravit in illam.
- 92 Arguitur de ineptitudine idem Barb. asserens non incurrere pœnas Ordinat. citatæ qui in Ecclesia verba injuriosa in alium profert.
- 93 Ordinatio citata nullo modo, prædictum casum comprehendere poterat.
- 94 Quid si brevis cultellus evaginetur. Remissive.
- 95 Non est locus Inquisitioni si evaginatio fiat festivitatis causa, vel alia justa.
- 96 Inquisitio formanda est super productione armorum facta in Curia.
- 97 Quid nomine Curia intelligatur?
- 98 Productio armorum facta in Palatio Regis, in Curia sine dubio facta dicitur.
- 99 Item si fiat in Civitate, sive oppido in quo Rex residet.
- 100 Item si fiat in Civitate, sive oppido ubi residet Supplicationis domus.
- 101 Hodie ex duplici capite Curia dicitur Ulyssiponensis Civitas.
- 102 Ad propositum Curia non dicitur locus intra leucam à Civitate, sive oppido ubi residet Rex.
- 103 Ad propositum Curia non dicitur Ulyssiponensis Civitas, si in ea, nec Rex, nec supplicationis domus resideat, quanvis, quoad pœnas pecuniarias etiam in dictis terminis dicatur Curia.
- 104 Curiam dicit Civitatē Ulyssiponēsem, de Santos o velho até Santos o novo, e até o chafaris de arroyos, decisum fuit, sed explicatio est adhibenda.
- 105 Productionem armorum factam in mari proximo, non dicitur factam in Curia decisum est.
- 106 Inquisitio est formanda licet arma, quæ evaginari non solent, extrahantur, vel elevantur.
- 107 In principio, armorum nomine non veniunt lapides, vel fustes.
- 108 Comprehenditur tamen cutellus, secundum decisionem citatam.
- 109 Immeritò desiderat Phœbus, quod declaretur non comprehendi illos qui cutellos se defendunt, nam defensio quicunque armorum genere impugne agitur ex Ordinat. citata.
- 110 Facienda est differentia inter cutellorum species, ita ut non comprehendantur illi, qui ad domesticos usus adduci solent.
- 111 Comprehenduntur fœminæ producentes arma in Curia, & ita decisum.
- 112 Non comprehenduntur productiones armorum intra domum factas decisum est.
- 113 Non comprehenduntur producentes arma in Curia, ad necessariam defensionem, vel ad alios pacificandos.
- 114 Neque generaliter producentes arma ad finē licitum, vel non ad offendendum.
- 115 Reprehenditur Mendes à Castro, dicens hanc Ordinationē correctione indigere, & restringi debere ad casum in quo quis in flagranti comprehenditur.
- 116 Inquisitio formari debet super vulnere facta noctis tempore.
- 117 Ratio quare super voluntatibus simplicibus nocte, & non die factis sit inquirendum.
- 118 Tempore crepusculorum dubitari solet an dies, an nox dicatur.
- 119 Diem solum esse dum sol est super horizontē aliqui asserunt.
- 120 Crepusculum si sit in tali statu, ut homo facile recognosci possit, pertinet ad

- diem, in proposito, aliàs si facile recognoscitur homo jam non possit, pertinet ad noctem.
- 121 Pro minimo vulnuscule non est formanda Inquisitio de qua agimus.
- 122 Ord. cit. ibi, ora a ferida se ja grande, ou pequena, non est intelligenda, quando, leve adeo est vulnus, ut tale dici non possit. Neque formanda est Inquisitio pro contusionibus id est pizaduras, ou nodos.
- 123 Inquisitio formari debet pro vulnere in facie insticto.
- 124 Faciei nomine comprehenditur frons, oculi, nasus, os, mala, & mentum.
- 125 Non est formanda Inquisitio pro minimo vulnuscule, id est gravicatura, vulgo arranhadura.
- 126 Inquisitio formari debet pro lesione in membro, id est aleijam.
- 127 Quid membri nomine intelligatur.
- 128 Membrum late sumptum comprehendit illas partes quæ pertinet ad decorem.
- 129 Manus, pedes, oculis, sine dubio membra sunt.
- 130 Digitum non esse membrum verius est.
- 131 Inquisitio, de qua agimus incipienda est quando tandem aparuerit membrum ineptum remanet, vulgo fica aleijado.
- 132 Inquisitio formari debet pro vulnere insticto cum ictu balistæ, scolpetæ, sive archibusij.
- 133 Non si percussio fiat cum ipsa scolpeta, sive balista.
- 134 Si cum jactu, vulgo, tiro, brevioris scolpetæ, vulgo pistoiete, fiat percussio, videtur non esse locum Inquisitioni.
- 135 Contrarium verius existimamus.
- 136 Magis, vel minus non constituunt specificas differentias.
- 137 Respondetur aresto Phœbi, quod videtur contrarium probare.
- 138 Pro ictu, vulgo, tiro, prædictorum instrumentorum videtur Inquirendum etiam non secuto vulnere.
- 139 Verius est non secuto vulnere, non est Inquisitioni locum.
- 140 Inquisitio formanda est pro coadunatione personarum vulgo assuada.
- 141 Quid sit assuada?
- 142 Apud nos solū punitur coactio personarum extranearum, non domesticarum.
- 143 Ut dicatur, assuada, debet coadunatio fieri appensate ad offendendum.
- 144 Non sufficit quod casualiter coadunatio fiat, & explicatur quando contingat.
- 145 Coactis hominibus aliquid facere dicitur, qui alterum secum adhibet.
- 146 Cum turba hominum aliquid facere dicitur ille, qui decem, aut quindecim cogit.
- 147 In proposito verius videtur requiri, quod cogantur decem, aut plures.
- 148 Coadunatio id est assuada, punitur licet effectus non sequatur, nec a domo exeat cæsus ille.
- 149 Etiam in casu prædicto Inquisitioni locum esse verius videtur.
- 150 Inquisitio formari debet pro damno dato in horto, vel pomario.
- 151 Reperitur quod conqueratur pars, & octo tantum testes interrogari debent. Et requiritur, quod damnum sit datum non casu, vel culpa aliud agendo sed mere ad damnum inferendum. Si olera, vel poma furto subtrahantur, non erit locus dispositione Ordinat. citatæ.
- 152 Neque si damnum in segete datum dicatur.
- 153 Inquisitio formanda est pro pecude ad alium Regnum transducto.
- 154 Inquisitio, quæ apud nos dicitur specialis, in nullo alio casu, ultra enumeratos supra formari potest.
- 155 Gravitate casus postulante, potest in Senatu revalidari Inquisitio formata casu, in quo illi locus non erat.
- 156 Solet aliquando Rex concedere specialiter, quod in alijs casibus formetur Inquisitio, requiritur tamen provisio ipsa manu Regia signata.



Inquisitiones speciales, five particulares illæ apud nos, dicitur, ut supra *quæst.* 1. admonuimus, quæ formantur super delictis contingentibus, veluti super homicidio, furto, incendio, vel alio delicto, quod contigisse dicitur, de quibus late dicemus per totam *quæstionem.*

- 2 Cum igitur super delictis, quæ cõtingunt formari debeant, primũ requisitum, quod peti solet à DD. illud est, quod scilicet, constet de corpore delicti, ita asserunt omnes fere de hac re scribentes, quorũ principales tantum referam. *Maranta de Ordin. judic. 6. p. tit. de Inquisit. n. 17. Cabr. commun. tit. de Malefic. conclus. 17. Clar. recept. lib. 5. §. fin. quæst. 4. n. 3. Gom. var. tom. 3. cap. 9. num. 1. Farin. in pract. crim. 1. tom. quæst. 2. de Inquisition. per tot. Paz. in praxi 5. parte tom. 1. cap. 3. §. 1. n. 1. qui plures citant. Fündatur in regula text. in l. Divus ff. de test. tam milit. glos. verbo, Legitime, in cap. Ad dissolvendum de desponsat. impub. ubi probatur, quod quando lex aliquid disponit respectu certæ rei, debet prius de illa constare, ut dispositio locũ habeat. Adducunt etiam *textum* quem magni ad hoc faciunt in l. 1. *vers. Item illud ff. de Senat. Cons. Sillan.* cujus verba sunt: *Item illud sciendum est, nisi constet liquem occisum, non haberi de familia quæstionem, liquere igitur debet scelere interentum.**

- 3 Verum, si recte distinguatur, constabit raro, aut nunquam esse necessarium prædictum requisitum, quod Doctõrum de more, antiquiores transcribendo, sine disputatione, frequentissime commendant. Et primò certum videtur illud requisitum peti non posse nisi in delictis relinquentibus vestigia, veluti homicidio, incendio, amputatione membri, vel simili, quod sentit aperte *Clarus dict. §. fin. quæst. 4. num. 3. & fatetur Farinat. dict. quæst. 2.*

de Inquisit. n. vers. Et licet, & latius num. 13. licet alij immeritò involvant, quod ex infra dicendis apertius constabit.

Distinguendum deinde est, & facienda differentia, inter Inquisitionem illam, quæ nihil aliud est, quando assumptio informationum inquirendo testes, quisnam commiserit delictum illud, quam Inquisitionis speciem ab aliã diversam esse agnovit *Clar. pract. dict. §. fin. quæst. 6. num. 4. & quæst. 20. numer. 2. & 3. Scaccia de judic. lib. 1. cap. 84. num. 3. & cap. 86. num. 15. & 16. & nos dicemus quæst. 9. num. 9.* quæ Inquisitionis species est illa, de qua hic agimus, & apud nos dicitur *devassa.* Et inter Inquisitionem illam, quæ est processus formatus, & ordinatus, ad Reum auditum, & citatum ex officio puniendum, quæ Inquisitiones specie apud nos dicitur. *Accusação por parte da justiça.* Et quanvis novũ fortasse videatur hujusmodi dictum tamen infra *quæst. 9.* per totam, illud verum esse, & tutissimum demonstrabimus, probantes hanc esse veram, & propriam Inquisitionem, de qua jura, & DD. ut plurimum loquuntur, & intelligi debent.

Agendo igitur de priori specie Inquisitionis, de qua hic tractamus, scilicet, de Inquisitione quatenus est informationum assumptio de criminoso, vulgo *devassa,* vel primò quæritur utrum quando crimen, super quo est inquirendum, vestigium reliquid, debeat judex antequam incipiat Inquisitionem ire ad illud visendum? Et certum est quod debet ire, vel mittere, si impeditus sit, & tabellio debet describere signa omnia, per quæ possit constare de forma delicti, & facti, ex quibus postea nõ minimæ utilitates sequuntur, & veritas elucet. Quæ dicta sunt scribunt, & commendant omnes fere criminalistæ, ut cum multis *Farinat. dict. tit. de Inquisit. quæst. 2. num. 4. Paz. in praxi 5. partis tom. 1. dict. cap. 3. §. 1. num. 2. & 3.*

prosequitur latius *Secacia de judic. dict. lib. 1. cap. 83. à num 3. Clar. dict. § fin. c. 4. num. 4.*

6 Sin autem quæretur, an sit invalida, vel ommitenda Inquisitio, si iudex, vel per impotentiam, vel negligentiam non visitavit, neque inspexit per se, neque per alium, corpus delicti, quod jam videri non potest? Respondemus negativè, nam etiamsi necessarium esset, quod præcederet Inquisitionem probatio corporis delicti [de quo inferius, dicemus] tamen delicti corpus probatur per testes, ut asserunt *Bossius & Gandinus relati per Farinat. dicta quæst 2. num. 6. vers. Lique de. Secacia dicto cap. 83. num. 11.* ridiculosum esset dicere, quod per hoc quod iudex non inspexit corpus delicti, esset ommitenda, vel invalidanda Inquisitio.

7 Aut secundo quæritur, Utrùm ante quam iudex procedat ad inquirendum, vulgò, *a devassa do caso*, debeat [quando delicti corpus non inspexit, nec per visum de illo in actis constat] testes recipere, per quos de corpore delicti constet quod idem est, ac quætere an ante Inquisitionem, debeat fieri summarium, per quod constet de corpore delicti.

In qua quæstione negativam partem veram esse existimamus, non solum de Jure patrio, quo attento apertius pars ista probatur, sed etiam de jure communi. Et quidem de Jure Regio, probatur, solam notitiam, & informationem qualem sufficere, per *Ordinat. lib. 1. hoc tit. 65. §. 31. ibi, Tendo in. formação, ou sendolhe dito por alguma pessoa, ou pela mesma parte, & ibi, Tendo noticia, que em seus julgados são cometidos, & lib. 5. tit. 95. §. 5. ibi, Tanto que del. tiver informação, & sic praxis observat, neque in Ordinatione aliqua requiritur summarium testitium, vel plena, aut semiplena probatio corporis delicti, ad procedendum ad Inquisitionem,*

de qua agimus, unde sine lege illam requirere non debemus ex *text. in l. illam Cod. de collat.* Quæ legis nostræ dispositio, & praxis confirmatur ex his quæ statim de jure communi addemus.

Idem ergo credimus dicendum, jure 8 communi attento. Primo quia Inquisitio, de qua agimus, est summaria informationum assumptio, & fere extrajudicialis informatio, ut non immerito scribit *Paz in praxis 5. part. tom. 1. c. 3. §. 1. num. 4.* at ad unum summarium, non debet aliud præcedere ne detur processus in infinitum. Secundo, quia ille, qui culpatus fuerit, non adhuc vexatur, nec molestatur in illa interrogatione testium, neque per illam ulli adhuc infertur injuria, unde nihil interest quod de delicto non constet, nam si justum sit quod de illo prius constet, id requirendum est, quod tunc constet quando Reus ponendus est, vel saltem trahendus ad iudicium, non autem antea, quando iudex nihil adhuc facit, nisi recipere informationes. Tertio, quia per ipsos testes, qui in Inquisitione, vulgò *Devassa* interrogantur, liquere solet etiam de corpore delicti, si ergo liquet bene est, si non liquet solum iudicis labor fuit, qui frustra formavit Inquisitionem super delictos, de cujus corpore non aparuit. Quarto quia quando aliquid requiritur tanquam circumstantia necessaria ad aliquem actum, veluti mandatum ad contrahendum matrimonium, vel mors beneficiati ad conferendum alteri illud beneficium, tamen si hæc jure intercesserunt, etiamsi agenti, de illis adhuc non constet, valide contrahit, vel confert beneficium, ut in utroque exemplo probat *Gratia de beneficijs parte 7. cap. 2. num. 4.* sic in proposito, licet requireretur, quod probatio delicti præcessisset, si non præcessit valida erit Inquisitio, si postea appareat, ejus tempore delictum vere præcessisse, & patratum fuisse, de ejusque

ejusque corpore liqueat.

Et in effectu ad Inquisitionē, de qua agimus non requiri, quod præcedat probatio corporis delicti, sed sufficere quamlibet denunciationem, quamlibet vè querelam, scripsit *Secacia de judic. dict. cap. 83. numer. 11. vers. quid dicendum. Idem Secacia cap. 71. n. 3. à vers. Si verò, optime Clar. dicto §. fin. quæst. 4. n. 2.* ubi dicit quod ad effectum torquendi, & puniendi debet prius constare de corpore delicti, ad effectum vero inquirendi sufficit querela, vel denunciatio.

10 Ad fundamenta supra adducta n. 2. quibus contraria pars probari videbatur, respondetur. Ad primum de *text. in l. Divus ff. de testamento militis cum similibus*, verum quidem esse debere prius constare de illo propter, quod, vel cujus ratione aliquid disponitur, & sic constare debere militem esse, qui fecit testamentum, ut militaria privilegia illi possint competere, at in specie, de qua agimus id solum posse concludere, quod debeat constare de delicto, ut aliquis possit de delicto puniri, quod nemo inficiatur, non autem sequitur, quod ad accipiendas informationes de corpore delicti, & delinquentis est necessarium, quod præcedat probatio corporis delicti. At, ut diximus, Inquisitio de qua tractamus, nihil aliud est, quam informationum assumptio ergo, &c. Quemadmodum nemo dicet, quod ad inquirendum, & accipiendas informationes an testamentum militis sit, requiritur probatio, quod testamentum sit militis, id enim esset quærere principium principij. Requiritur ergo probatio qualitatis tempore decisionis, quod etiam in nostra specie admittimus, non verò tempore accipiendarum informationum. Quæ dicta sunt præcipuè locum habeant, quia in nostra specie non adest *textus*, qui re-

quirat ad Inquisitionem, delicti corporis probationem, qui si ad effectum, adhuc intelligi posset, de Inquisitione, quæ est processus ad Reum puniendum, de qua Paulo infra dicemus.

Ad text. autem in l. 1. §. Item il. l. 1. ff. de Senat. Consult. Syllan. faciè respondetur, advertendo, quod illo Senatus Consulto cautum est, servos illos ultimo supplicio esse afficiendos, qui domino occiso, opem nè occideretur non tulerunt, cum potuissent, tenentur enim dominum defendere etiam cum aperto vitæ discrimine, aliàs ultimo supplicio subjiciuntur. Quando igitur constat dominum fuisse occisum, habetur quæstio de familia servorum, qui torquentur, ut fateantur an ipsi, vel alij servi videntes, aut scientes dominum esse in vitæ periculo, opem non tulerint, ne occideretur. Quo supposito ait *Jure Cons. in dict. vers. Item* prius debere constare dominum fuisse scelere interceptum: ut servi exponantur tormentis, & merito; nam si ab alio non fuit violenter occisus, vel se ipsum occidit, tali modo, quod servi non potuerunt impedire, vel naturali defunctus est morbo, cur servi torquendi? Recte igitur requiritur, quod prius constet de violenta occisione, quàm servi torquantur. Solum ergo deduci potest ex dicto textu quod nemo est torquendus, vel aliàs puniendus de homicidio, nisi prius de illo constet, neque sufficere, aliquem inveniri mortuum, sed debere constare fuisse occisum, ut aliàs dicit *text. in l. Proinde in principio ff. ad leg. Aquil.* Non autem deducitur ex dicto *text.* quod quando dicitur dominus occisus, non potest quæri, & accipi informatio an fuerit, & per quæ occisus, an servos haberet, qui presentes essent illo tempore? Imò hanc informationem, necessario accipiendam esse

esse supponit *textus*, & ad eam non requiri, quod prius constet de occisione, nam immò si constaret, excusata esset dicta informatio. Sic in proposito dicendum est similiter ad Inquisitionem quatenus est assumptio informationum de delicto, & delinquente, non esse necessarium aliam præcedere, neque id deduci ex dicto *textu*, qui, ex eo non potest adduci ad causam, de quo tractamus, quia in eo non deciditur, quod ad querendum, & investigandum delinquentem, requiritur plena delicti corporis probatio, sed tantum deciditur, quod ad torquendos servos [qui non occiderunt] debet constare, non solum mortuum, sed occisum fuisse dominum. Concludimus igitur, neque de Jure Regio, neque de communi requiri ad Inquisitionem, quatenus est informationum assumptio, idest, *devassa*, corporis delicti plenam probationem, sed posse judicem, & debere Inquisitionem formare, ubi primum de crimine habuerit notitiam, sive informationem, quæ sibi probabilis videatur.

Ad auctoritatem DD. respondetur illos fere omnes, qui rem istam melius percipiunt, loqui de alia Inquisitionis specie, de qua statim dicemus.

Videamus nunc de alia specie Inquisitionis, quæ est processus formatus ex officio ad Reum puniendum, & idem, quod apud nos accusatum pro parte justitiæ, ut latè probabimus, & explicabimus *quest. 9.* per totam. An ad hæc præcedere debeat plena probatio corporis delicti? Et quidem DD. rectius intelligentes, pro dicta Inquisitionis specie, & non alia, videntur requirere corporis delicti plenam probationem, ita sentire videtur *Farinat. dicta questione 2. fere per totam*, ubi in principio quærit, an sit formanda Inquisitio contra aliquem, nisi constet de corpore, &c. & sic aperte loquitur

de ista Inquisitionis specie, per quam proceditur Judicialiter ex officio contra certam personam, non verò de illa Inquisitione, quæ dicitur *devassa*, nam ista non formatur contra aliquem, sed generaliter interrogando quis fuerit delicti patror, idem sentit, pluribus alijs locis, quærens an sit carcerandus, vel torquendus, aut puniendus Reus, si de corpore delicti non constet. *Idem sentit Clarus dict. § fin. q. 4. n. 1. & 2. Secacia de judic. dict. lib. 1. cap. 83. num. 11 & 17.*

Et quidem in hac specie rectè videtur requiri, quod probetur corpus delicti, antequam Reus carceretur, vel in judicio ex officio justitiæ accusetur; nam ista accusatio ex officio non proponitur contra Reum, nisi contra eum, præcedant culpæ, sive indicia, probata in summario aliquo [quidquid aliud sit in accusatione] differentiarum rationem dicemus infra *quest. 9. numer. 64.* At dum corpus delicti non probatur (& quidem plene, ut scribit *Farinat. dict. quest. 2. numer. 6. Secacia dict. cap. 83. numer. 11.*) non videtur posse aliquem delinquentem dici, est enim corpus delicti cardo processus, ut ait *Secacia de judic. lib. 1. cap. 71. numer. 3.* Cum igitur in hac specie jam Reus in judicio vexetur, justum videtur, quod ad hanc Inquisitionem, quæ est processus formatus ad Reum puniendum, non procedatur nisi prius plenè constet de corpore delicti.

Cæterù si res ista attente consideretur, adhuc videtur prædictum requisitum, vel non tute, vel superflue, & ineptè peti. Nam primo in pluribus delictis probatio corporis delicti non distinguitur à probatione ipsius delicti, inter quæ, differentia est consideranda, nam sunt aliqua delicta, quorum corpus probatur separatim à delinquente, imò à delicto; nam potest probari Titium mortuum esse, at potest contingere, neque occisorem aut occi-

occisionem probari posse. Per contrarium sunt aliqua delicta, veluti injuria verbalis, hæresis, vel blasfemia, quæ stare non possunt, nec eorum corpus, etiam imaginarium probari potest separatim à delicto, nam si dico hæresim, vel blasfemiam commissam fuisse necessariò dico aliquem delinquentem, sive notum, sive ignotum, & me eum vidisse, aut audivisse. In his igitur, & similibus non potest habere locum prædictum requisitum, quia eadem probatio, quæ datur de delicto, datur etiam de corpore delicti, neque potest probari delinquens quin probeatur delictum.

14 Secundo, neque etiam quando delictum habet corpus, si delictum plene probetur, potest dici, aut contingere corpus non probari, si propriè loquamur: nam si dicimus homicidium, aut incendiùm plenè probari, necessariò supponimus, etiam probari corpus delicti, nam qui dicit vidisse occisorem, necessariò dicit vidisse occisum, nam si non adest occisus, non potest dari occisor, & sic in similibus. Quod rectè advertit *Follerius in pract. verbo capitulat informationem num. 4.* Unde non est tutum, quod scribit *Clarus dicto §. fin. quest. 66. in principio*, ubi dicit, quod etiam si multi testes deponant de visu contra aliquem de homicidio, non tamen poterit puniri, nisi constet de cadavere. Tutum in quàm, non est dictum hoc, nam ibi, intelligit omnino debere comparere, vel cognosci cadaver, quod est falsum nam potuit in mare projici, vel jam putrefactus, aut à feris esse devoratus, potuit etiam perigrinus esse, & non cognosci, & per hæc non debet occisor, qui fuit visus hominem quendam occidere, justum evadere supplicium; quod *DD.* fatentur, & ipse *Clarus agnovit dict. §. fin. quest. 4. num. 4.* Sin autem intelligit, quod testes non probant ho-

minem occisum, idest loqui impropiè, nam si supponit vidisse testes homicidium, necessariò supponit vidisse corpus hominis occisi, & non solum hominis mortui.

Existimo igitur solum tunc requiri¹⁵ plenam corporis delicti probationem, quando delictum ipsum non est plene probatum [si enim hoc probatur plenè, etiam plenè probatur delicti corpus, ut supra probavimus] & insuper tale est delictum, cujus corpus potest liquide probari, & sine difficultate potest apparere, an tale delicti corpus intervenerit, vel non. Veluti, quando dicitur Titium esse occisum, talem domum incensam, talem arborem caesam, his enim casibus, & similibus injustum est, quod procedatur contra aliquem vexando eum ex officio, nisi prius liquidè constet de corpore delicti, de quo sine difficultate potest constare, prius igitur de hoc liqueat, & deinde agatur de procedendo contra delinquentem, contra quem indicia inveniuntur, quod sentire videtur *Farin. dict. quest. 2. numer. 10.* sed in alijs involuit. Non autem, quæ proxime diximus, locum habere possunt, quando difficultas datur in inveniando, vel plenè probando delicti corpore. Nam fingere, quod inveniuntur indicia urgentia maritum scilicet, occidisse uxorem, cujus corpus jam putrefactum est, vel matrem necasse partum, eumque in mare projecisse. Sanè temerarium esset asserere per hoc, quod plene, & liquide non probatur corpus delicti, non esse procedendum contra eum, qui sic indiciatus est, & ut dicimus culpatus, Idem à fortiori est dicendum, quando tale est delictum, quo corpus non habet, neque vestigia relinquit, ut sæpissimè est furtum, violenta mulieris oppressio, & multo magis hæresis, & similia, in quibus plurimi Doctores fatentur non esse neces-

necessarium requisitum supradictum, aliquos citavimus supra num. 3. & sic videmus in praxi sine questione procedit contra eos, qui de criminibus sunt indiciati, licet corpus habeant, & de eorum corpore plenè non constet, & non immerito; nam ubi primum non potest probari corpus delicti jam constat difficilis esse probationis, in quibus terminis, per indicia, & conjecturas probari potest ut scribit *Clarus dict. §. fin. quest. 58. num. 2. & quest. 66. in principio, Farinat. dict. quest. 2. nu. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quest. 58. num. 2.* Et in effectu per indicia ugentia fuit accusatus, & tandem de collatus ille, de quo *Phæb. 1 p. arrest. 151.* Quod ergo dicitur procedendum non esse contra aliquem, etiam indiciatum, & culpatum, quando non constat plene de corpore delicti, intelligendum est, quando sine difficultate liquere potest an corpus delicti extet, vel extaverit, non autem in alijs terminis, in quibus indicia tantum inveniuntur, quibus intervenientibus, debet, & solet procedi contra indicatum.

Enumerantur, & explicantur casus in quibus jure nostro, speciales Inquisitiones formandæ sunt.

Jam igitur deveniendo ad casus, in quibus formandæ sunt, de jure nostro Regiõ, Inquisitiones super delictis contingentibus.

16 *Primus casus est. Homicidium, Ordinatio hoc tit. 65. §. 31. ibi. sobre as mortes, idest super occisionibus; nam, ut patet, non est formanda quando aliquis moritur, sed quando occiditur, ita ut de occiso, non de mortuo constare debeat, ut aliàs dicit *Jure cons. in l. Proinde 25. ff. ad legem Aquil.* sufficit tamen quod corpus delicti præ se ferat scelere commissum fuisse, ut aliàs requirit, *text. in dict. leg. 1. §. item illud ff.**

de Senat. Conf. Syllan. licet casu posset occidi, vel in se ipsum sæviendo, dum judici tamen de hoc non constat, Inquisitio rectè formatur super illo homicidio, quod per se fert, ex modo vulnerum, vel alijs indicijs apparentibus, scelere fuisse commissum. Si tamen notorium sit hominem fuisse intereptum à fulgure, vel simili causa, non erit procedendum ad Inquisitionem, ut ex *Bossio notat. Farinat. dicto tit. de Inquisitione dicta quest. 2. num. 1. Scaccia dict. cap. 83. num. 5.* ubi dicit, quod prætor, qui in tali casu inquireret, indigere potius eleboro, quam prætura, & hoc jure utimur, si enim notoriū est hominē in fluvium, vel puteum incidisse, & præfocatum fuisse, vel bello occisum, vel simili casu, ad Inquisitionē non proceditur, quando tamen res non est maxime notoria, judicibus consulere, ut aliquibus testibus interrogatis, redigerent ad scripturam mortem sine scelere contigisse, ne aliàs dicatur negligenter, vel malitiose ommisise Inquisitionem illius delicti, & exponantur pœnis *Ordinat. lib. 1. tit. 58. §. 34. & hoc tit. 65. §. 69. & tit. 68. §. 15. cum alijs.*

*Praxis igitur est, quod habita notitia homicidij, judex in cujus territorio dicitur commissum, vadat ad corpus visendū, & inspiciendum, vel mittat officialem, ut testatur *Farinat. dict. quest. 2. num. 4. Clarus dict. §. fin. questione 4. num. 4.* (licet apud nos dubitari possit an liceat alteri delegare, de quo infra) *Paz in praxi 5. partis tom. 1. cap. 3. §. 1. num. 2. Scaccia dict. cap. 83. num. 12. & 13.* secundum quos debet notarius redigere in acta signa vulnerum, & an punctim, vel cæsim sint illata, idest, *se são cutiladas, se estoquadas* quo loco, & parte corporis, an sint profunda, quo genere armorum videantur illata, quæ alia signa extent, si aliter quam vulneribus mors dicatur illata, & adhibendi sunt medici, & chirurgi, si dubitetur an vulne-*

vulnera sint mortalia, item recognoscendus est occisus, si de hoc inveniri possint testes, multaque alia utilia, ex quibus postea resultat clarior veritatis indagatio, prædicti Doctores, & ab eis relati advertunt.

19 Sin autem dubitetur, an mors scelere fuisset illata, an non, veluti quia dicitur fuisse aliquem venenatum, vel strangulatum, aut suffocatum, & de hoc dubitetur, quia in his vestigia non sunt clara, immò maximè dubia esse solent, sunt prius adhibendi periti, qui suum proferant iudicium, an scelere sit mors secuta, ut scribit *Secacia dict. cap. 83. n. 3. Farin. dict. quest. 2. à num. 29.* Si tamen adhuc res dubia maneat, procedendum erit ad Inquisitionem, nam per testium dicta poterit veritas elucescere, & probari delictum, & delinquens, & id velle videtur *Secacia ubi supra n. 10. Farinat. supra* qui licet ad propositum, de quo agimus nihil explicet, tamen quatenus in his terminis procedendum esse dicit, si iudex habeat conjecturas, vel præsumptiones, videtur supponere has conjecturas ex informationibus acceptis à testibus esse eruendas, & sic supponit Inquisitionem esse formandam, & sane ego nescio qualiter constare debet, vel conjecturari, an scelere fuissent commissa talia dilecta, nisi inquirendo an aliquis illud commiserit, si enim de delinquente probationes, vel conjecturæ inveniuntur, apparet, vel præsumitur scelere commissum, secundum qualitatem probationis.

20 Quod si notitia pervenit ad iudicem, quando jam videri non potest corpus occisi, quia scilicet jam humatus, & putrefactus est, vel ex alia causa inspicere non potest, videlicet, quia in nemore dicitur occisus, & à feris devoratus, vel quia occisor, in mare illud projecit, vel ex alia quacumque causa inspicere non possit, iudex, facto per scribam termino notitiæ ad cum per-

venit, formare debet Inquisitionem, quanvis non præcedat corporis occisi inspectio, ita sentiunt *Secacia dict. cap. 83. num. 11. vers. Quid dicendum Clarus dict. §. fin. quest. 4. num. 4. ibi, si id fieri potest,* qui non requirunt inspectionem, nisi quando possibilis est, & merito aliàs absurdum esset, quod remaneret impunita homicidia, licet rectè probari possent, quod nemo asserit, imò contrarium volunt prædicti cum *Farin. supra num. 10. & 28.* ubi solent, quod potest puniri ille, qui occidit, & proicit in mare occisum, item ille, qui occidit aliquem, cuius nomen ignoratur, quæ sunt apertissima, & non videntur alia indigere probatione.

Potest autè, & solet ex humani corporis ad cidenda signa, vel vulnera teste *Phæbo 1. p. arest. 151. Cabed. 1. p. decisione 174.* ubi ait quod iudex ecclesiasticus non potest id prohibere, ab eo tamen petendam licentiam sentit *Secac. dict. cap. 83. num. 11.* At necessariam non esse asserit novissime post hæc scripta *D. Themudo 2. p. decis. 131. numer. 5. & 6.* Ad procedendum autem ad Inquisitionem, de qua agimus, non est necessarium, quod apertè constet de corpore delicti, idest occisi, sed habita, quali notitia, sive informatione iudex debet procedere ad Inquisitionem, in qua, ut plurimum liquidatur delictum, & corpus delicti, cuius probatio non debet præcedere ad hanc Inquisitionem, ut supra à *num. 3.* late probavimus, fate-mur tamen quod male aget iudex, qui ante eam non inspexerit per se, vel officialem corpus occisi, si inspicere possit, ut supra sæpè diximus.

Dubitari potest, an si aliquis lætè liter sit percussus adhuc vivus, possit hæc Inquisitio, de qua agimus formari, quasi super occiso, cui dubitationi facile respondetur non posse juxta *Tiraguel. Gramat. Perez, & alios relatos per Barb. in remiss. ad Ordin. hoc tit. 65.*

§. 31. numer. 5. sentit *Ordinat. hoc tit. 65.*

§. 38. est tamen advertendum, quod si talis percussio facta sit de nocte, vel in facie, vel cum jactu, idest, *tiro*, *balistæ*, *scolpetæ*, aut *archibufij* fuerit inflata erit apud nos Inquisitio formanda, non tanquam super homicidio, sed tanquam super vulneribus illis qualificatis, super quibus inquiri jubet *Ordin. dict. §. 31.*

13 Maior igitur dubitandi ratio potest esse, an si facta jam Inquisitione super vulnere [quia scilicet, ut proxime diximus de nocte, vel in facie, vel cum scolpeta, balista, aut archibufio fuit vulnus illatum] decedat vulneratus, sit de novo alia formanda Inquisitio super morte, non obstante, quod jam sit formata super vulnera, ex quo mors secuta fuit? Ego quidem omisis generalibus rationibus quibus suadetur non esse aliam Inquisitionem formandam, si quidem, etiamsi post mortem formetur Inquisitio, quod in illa interrogatur directe est quis vulnera inflixerit, quod jam interrogatum est in Inquisitione super vulnere, pro eadem parte considero *Ordinat. lib. 1. tit. 7. §. 25.* ubi disponitur, quod Præsides Curiales possint committere iudicibus locorum, vel inquisitori, idest, *a hum enqueredor*, interrogationem testium, hoc est Inquisitiones formandas super percussionibus, idest, *sobre os ferimentos*, nisi vulnera sint læthalia, tali enim casu, sicut in casu mortis Inquisitionem committere non possunt; ex qua dispositione recte colligitur Inquisitionem factam super percussionibus læthalibus valere, & vim suam habere, etiam mors sequatur, nec ea sequuta aliam esse formandam, si alia esset formanda, nullum inconveniēs esset, quod Præsides committeret Inquisitionem super percussionibus, cum post mortem ipse per se (ut tenetur) aliam debere formare, quia tamen eadem Inquisitio debet vim suam habere,

re, etiam morte secuta, advertit Legislator, quod per se Præsides Inquisitionem expediat, quando vulnera fuerint læthalia. Sequuta tamen morte ex vulnere debet in actis ipsius Inquisitionis super vulnere jam formatae, fieri terminus, adhibitis medicis, vel chirurgis, ut constet vulneratum decessisse ex illo vulnere, & sic Inquisitio illa, quæ erat super vulnere remanet Inquisitio super morte.

Secundus casus in quo debet formari Inquisitio ex dispositione dicti §. 31. ille est, quando scilicet *mulier aliqua conqueritur se per vim ab aliquo fuisse carnaliter cognitam.* 14

Dubitatur tamen primo, an necessarium sit, quod mulier ita vi oppressa conqueratur, an verò habita aliàs notitia hujus casus debeat iudex formare Inquisitionem? Et pro parte negativa facit ista *Ordinat. hoc §. 31. ibi, que se queixarem.* Contraria tamen pars suadetur, & verior videtur ex *Ordin. lib. 5. tit. 18 §. 1.* ubi disponitur, quod eadem pœna mortis afficiatur committēs hujusmodi violentiam, etiamsi ex post facto mulier consentiat, immò etiamsi contrahat matrimonium cum oppressore, in quibus terminis dubium non est quod mulier non proponet querelam, idest, *naõ se queixará.* & nihilominus imponitur eadem pœna, ergò ex eadem ratione dicendum est ad puniendum ex officio prædictum crimen formandam esse Inquisitionem, habita de eo notitia, aliàs puniri non posset, neque exequi pœna imposita etiam quando mulier tacet, & non conqueritur, immò expresse consentit post factum *Ad Ordinat. hoc tit. §. 31. ibi, que se queixarem,* respondetur legem illã loqui in casu frequentiori; nam ut plurimum res ista omnino ignoratur nisi mulieres conquerantur, quando autem lex aliquid disponit in casu magis frequenti non videtur excludere casum 15
in

in quo datur eadem ratio, licet de illo, ex eo, quod sit minus frequens, non loquatur, notant *DD. per text. ibi in l. Damni infecti ff. de damno infecto l. unica vers. Sponsam C. de raptu virg. Valasc. tom. 1. cons. 8. num. 2. Sanch. de matr. mon. lib. 9. disp. 14. num. 16.*

26 Ex dicta ratione, infertur, quod sit formanda Inquisitio, etiam si mulier vicognita, serva sit, vel publicè corporis sui quæstum facit, in quibus casibus prædicta *Ordinat. lib. 5. tit. 18. in principio* eandem pœnam imponit, ac si mulier ita vilis non esset, addito solum temperamento, quod in prædictis casibus, Rege in consulto, non fiat executio unde etiam in hoc casu formandam Inquisitionem existimo, ductus ejusdem rationibus, quibus usus sum casu præcedenti.

27 Dubitatur secundo an sufficiat conatus, licet effectus non sequatur? Hanc quæstionem movet *Barb. in remiss. ad hunc §. 31. num. 8. & allegatis DD. qui tractant: an conatus sit punibilis, refert in Senatu Portugalesi judicatum, in hoc casu non sufficere conatum, ut possit querela recipi, vel Inquisitio formari. Postea tamen contrarium judicatum audivisse. Ego sane existimo rem istam in dubium revocari non posse, nec ullo modo Inquisitionem pro tali conatu formandam esse, nam *lex ista hoc §. 31. ibi, q̄ dormiraõ com ellas, & dist. lib. 5. tit. 18. §. 1. ibi, despois do feito consumado* aperte excludunt conatum, imò *Ordinat. dist. tit. 18. §. 2. sine*, satis declarat non eandem pœnam, sed aliam secundum juris regulas, imponendam hujusmodi delictum perficere conantibus, & extraordinariam debet esse resolvit cum alijs *Peguera crimin. decis. 7.* Omitto allegare *DD. & disputare quæstionem, an conatus punibilis sit, & quando; nam nostri instituti est hæc brevissimè resolvere, nostro jure probare, non immorando circa ea, quæ de jure com-**

muni sunt certa, & aliis recte tradita, sed circa illa tantum, quæ peperam, vel insufficienter ab eis sunt scripta, & ad materiam, de qua agimus oportet aliter explicari.

Dubitari tertio potest, & maiore cum 28 ratione, an si vis præcise non intercesserit, sed conditionalis tantum, ita ut metu illato, morte, scilicet, aut alio gravi malo comminato coacta sit mulier copulæ se præbere, debeat super tali casu Inquisitio formari? Pro negativa parte facit, quod iste casus non est expressus in *Ordin. & ut supra quæst. 2. in principio* firmavimus, Inquisitio non potest formari nisi in casibus expressis, quod aperte disponit *Ordinat. hoc tit. 65. eodẽ §. 31. & infra §. 69.* Deinde facit quia in dicto casu mulier consentit, voluntas enim coacta, voluntas est, ex *text. in l. Si mulier §. Si metu coactus ff. quod metus causa, & in l. Si privatus 17. ff. qui, & à quibus cap. Merito 15 quæst. 1. Sanch. de Matrimon. lib. 4. disp. 1. n. 3.* ubi dicit, quod facta per metum sunt voluntaria, licet conditionaliter involuntaria, atqui, quando mulier aliquo modo consentit, cessant pœnæ in hoc casu impositæ, ut habetur in *Ordin. dist. lib. 5. tit. 18. §. 1. ibi, sem darem ao feito algum consentimento voluntario, ergo &c.*

Contrarium tamen dicendum existimo, 29 & super hoc casu tanquam comprehenso in hac *Ordin.* Inquisitionem formari debere, nam verbum illud *forçosamente*, non excludit, imò includit casum, de quo agimus, violenter enim dicitur fieri non solum illud, quod per vim absolutam, sive præcisam fit, sed etiam, quod fit per vim conditionalem *Sanch. ubi proxime num. 1.* Deinde quia vim præcisam sæpe vitare potest foemina robusta, at verò metus mortis, vel alterius mali gravis, magis cogit. Et sic raptus crimen, non solum commissum dicitur, quando quis rapitur per vim absolutam, sed etiam si per conditionalem, de

de qua agimus, id est, metu gravi incusso sentit *Sanch. dict. tract. de matrim. lib. 7. disp. 12. num. 5.* Facit illud de testabile Romanis exemplum Tarquini opprimentis Lucreciam, quæ oppressio non fuit [ut vulgò creditur] per vim præcisam, & absolutam, sed per conditionalem, id est metu incusso, ut verius testatur. *Appianus Alexandrinus. Deleguerre civili degli Romani lib. 2. §. Doppole discordie.*

31 Quia tamen curiosi dubitare poterunt qualiter Lucrecia non potius morti, quam copulæ se obtulerit, siquidem ejus castitas adeò comendatur, & postea se ipsam interemit, advertendum duxi, quod secundum dictum auctorem, & alio, Tarquinius non solum comminatus fuit Lucreciæ mortem (hanc enim ipsa libenter subijcet) sed addidit occisurum insimul cum illa, & in eodem lecto positurum servum sic occisum, & famam sparsurum eos in copula reperisse, & ideo occidisse. Quod memorix suæ malum, timens Lucrecia, consentit voluntati Tarquini, ne tamen dubitaretur invitam fuisse violentam, ipsa [vocata familia sua] rem patefecit, & statim, pugione ad pectus admoto, se ipsam interfecit.

Ad propositum revertendo, concludo etiam in dicto casu Inquisitioni locum esse. Neque obstant considerata in contrarium. Nam ad primum respondetur hunc casum esse expressum in *Ordinat.* siquem comprehenditur in illo quem exprimit, ut supra probavimus: Ad secundum respondetur, quod quanvis metu exorta voluntas, sit voluntas, tamen non est libera, sed satis coacta, unde ille coactus consensus non excusat à pena, quam incurrit ille, qui metum intulit, & ita incutientes metum, & eo adhibito consensum extorquentes, secundum varias negotiorum formas in jure puniuntur, ut notat *Glos. verbo, reddatur, in leg. si per*

impressionem Cod. de his quæ vi, & neminem dubitare reor, quod non committit levius crimen graslator, qui scolpeta ad viatorem directa illi mortem minatur nisi bursam tradat, quam ille, qui per vim absolutam illam extorquet.

Tertius casus, in quo Inquisitio for. 32 mari debet ex dispositione Ordin. dict. §. 31. est, quando contingit, aliquod incendium scelere factum, vulgò fogo posto.

Declarandum est primò, ut hujus 33 Ordinationis dispositio tunc procedat, quando non casu, malitia incendium fuerit exortum, ita colligitur ex hac *Ordinatione* in verbo, *posto* similis *lib. 5. tit. 86. §. 3. ibi, o que puzer fogo, & §. 5. ibi, & se no por do fogo, & ita advertit Barboza in remiss. ad dictum Ordinationem num. 7.* Verum mihi videtur necessario adhibendam distinctionem, ita, ut, si constiterit aperte, casu fuisse incendium excitum, non sit formanda Inquisitio, sin autem de hoc dubitetur debeat formati, & ex ea apparebit veritas, ut in simili resolvimus supra *num. 19.*

Declarandum est secundo, ut tunc 34 procedat *dict. Ordin.* dispositio, de qua agimus, quando scilicet, ex incēdio alicui damnū resultaverit, ita declarate *Ordinat. dict. lib. 5. tit. 86. §. 2.* ubi solum quando damnus fuerit datum per incendium, super illo jubetur inquiri, clarius *§. 4.* ubi disponitur, quod Inquisitio non formetur, quando ex incendium damnus non resultaverit.

Quartus casus, in quo formanda est, Inquisitio, ex dispositione dictæ Ordinat. §. 31. est quando contingit fuga carceratorum, vulgò fugida de prezos.

Notandum est, quod licet statim a. 35 gat Legislator de ruptura carceris, non tamen requiritur, ut Inquisitio formetur, quod ultra fugam detur carceris ruptura, imò ex fuga sine ruptura (& è converso, ut statim dicemus, ex ruptura sine fuga) erit formanda Inquisitio.

nam, ut ex contextura hujus *Ordinatio-*
nis apparet, dicti casus ponuntur tan-
quam separati, & unus ab alio inde-
pendens.

37 Notandum est secundo, quod pro-
dictæ Inquisitionis intentio videtur esse
multiplex, scilicet devenire in cog-
nitionem an aliquis fugæ causam dede-
rit, an, & in quali culpa Comenta-
riensis fuerit, & tandem quinam ex car-
ceratis aufugerint, isti enim, etiamsi
nulla rupta, nulla, vel adhibita vi au-
fugerint, tamen extraordinaria pœna
afficiuntur, ita disponente *Ordin. lib. 5.*
tit. 48. §. fin. Farin. cum multis in pra.
etic. crimin. tom. 1. tit. 4. quæst. 30.
n. 162.

38 Notandum tertio, quòd si constet
aperte, carceratos aufugisse propter ius-
tam causam, veluti quia incendium fuit
exortum, vel aqua carcer inundabatur,
& ex dictis causis, vel alijs similibus in
periculo erant carcerati, qui, ut illud
vitarent, aufugerunt, non erit forman-
da Inquisitio, quia nec talis fuga punibi-
lis est argumento *text. in l. Si quis fumo §.*
fin ff. ad l. Aquil. & in l. Habitationes §.
fin ff. de locato, resoluti in specie Maschar.
de probationibus lib. 2. conclus. 820. n.
12. Duenhas regula 393. cum alijs

39 Notandum tandem hujus *Ordin. dis-*
positionem locum non habere, quan-
do aliquis aufugerit à propria domo,
vel loco sibi assignato ad homagium,
vulgò nos *prezos em omenagem. Ordinatio*
enim loquitur de carceratis, qui proprie
sunt illi, qui in veris carceribus, non fi-
ctis detinentur. Cum igitur verba sint
in potiori significato accipienda ex re-
gula *text. in cap penult. de sententia excom.*
municat. de veris carceratis tantum est
intelligenda ista *Ordinatio*, quod magis
suadetur ex eo quod *Ordinat. lib. 5. dict.*
tit. 48. per totam, sæpe repetit. *fugir da*
prizam, ou da cadea, unde de his tantum
agere, non videtur dubitandum.

40 Faciunt scripta per *Farin. dict. tit. 4.*

citata quæst. 30. num. 54. & 172. ubi re-
solvit hujusmodi aufugientes, à domo
propria non esse puniendos, nisi, ad sum-
mum pro temeritate, & iudicis præce-
pto fracto. Multa circa hanc materiam
dici possent, sed brevitari consulimus,
& solum tractamus ea, quæ pertinent ad
cognoscendum an casus sit in quo debe-
at formari Inquisitio.

Quintus casus, in quo debet formari
Inquisitio ex dispositione *Ordin. hoc §.* 41
31. est quando contingit *ruptura carce-*
ris, vulgò quebrantamento de cadea.

Sed ante aliud videre est, quando
dicatur carcer ruptus? Et quidem, apud 42
nos constat, ex *Ordinat. lib. 5. dict. tit.*
48. §. 1. ibi, quebrando as portas, ou ferrolhos
da prizam, ou furando as paredes, ou telha-
dos, ou quebrando os forros das cadeas em
que estiver prezo, ou tomando por força as
chaves, & abrindo, &c.

Deinde advertendum est, quod, ut
supra in casu præcedenti adnotavimus, 43
non requiritur, quod duo illa simul con-
currant, scilicet, fuga carceratorum, &
ruptura, sed sufficit alterum, & sic, con-
tingente ruptura carceris, sine fuga ali-
cujus carcerari, nihilominus formanda
est Inquisitio. Ratio, est nam frangentes
carceres eadem pœna afficiuntur, etiam
si fuga non sequatur *Ordin. dict. tit. 48.*
§. 1. ibi, & posto que o prezo nam seja tira-
do, licet Farin. dict. quæst. 30. à n. 25. de-
fendat mitiorem pœnam impunendã effectu
non secuto.

Quæ quidem Inquisitio in dicto casu 44
formata, non solum tēdit ad cognoscen-
dum, an carcerari ipsi carcerē ruperint,
sed an alij non carcerati pro carceratis
extrahendis. Et an aliqui cōsilium, opē,
aut favorem ad rupturam illā dederint,
hi enim eadem pœna puniuntur in *Or-*
dinat. dict. tit. 48. §. 1. ibi, ou der ajuda Fa-
rin. dict. quæst. 30. n. 97.

Neque omittenda est Inquisitio ex 45
eo, quod dicatur carceratum frangen-
tem carceris justè potuisse, illis fractis,

aufugere, quia injustè detinebatur. Quia carceratio iusta præsumitur ex regula text. in cap. In præsentia de renunciatione, Reminald cons. 135. num. 21. volumine 1. unde, in dubio, neque ex hac, neque ex simili causa omittenda est Inquisitio, ex illa namque, vel ex defensione Rei constabit excusatio, non tamen per id asserimus, quod si notoriè constet rupturam carceris, vel aliud quodcumque crimen scelere non fuisse commissum, formandam esse Inquisitionem, sed asserimus esse formandam, quando delictum apparet; excusatio tamen notoria non est.

46 Sextus casus, in quo formanda est Inquisitio, ex dispositione Ord. dict. §. 31. est fabricatio falsæ monetæ, vulgò moeda falsa.

47 Quid autem sit falsa moneta declarat Ordin. lib. 5. tit. 12. ibi, *Moeda falsa he toda aquella que nam he feita por mandado do Rey, por qualquer maneyra que se faça ainda q̄ seja feita daquella materia, & forma de q̄ se faz a verdadeira moeda q̄ o Rey manda fazer.* Covarr. in tractat. numismant. cap. 8. num. 1. Cabedo decis. 45. 2. p. quæ lex cum loquatur ampliatiè in illis verbis, *ainda que seja feita daquella materia, &c.* à fortiori sentit etiam falsam esse illam monetam, quæ ex alia materia viliori, quæ argentum, aut aurum imitetur, fuerit fabricata, imò hæc prior est, & frequentius talis esse solet falsa moneta, nam qui illam cudunt, nisi ex falsa materia cudent, lucrum prætentum non extrahent ex tam periculoso facto, & in effectu monetam fabricatam ex falsa materia falsam esse, scribit Covas dict. cap. 8. num. 2. Clarus in præct. §. falsum num. 37. & sanè, quod attinet ad Inquisitionem formandam (de quo solum agimus) frequentius super hac specie monetæ falsæ formanda erit, nam moneta iusti ponderis, & materiæ, formæque ordinariæ, non prestat occasionem inquirendi, quia cog-

nosci non poterit, nisi alià ad iudicem perveniat notitia aliquo loco cudi falsam monetam, casu non occasione ipsius monetæ, sed informationis formabitur Inquisitio.

Dubitari tamen potest primo, an⁴⁸ si inveniatur moneta raza, idest, *raspada*, aut tonsa, idest, *cerceada*, formari debet Inquisitio, ut possit inveniri delinquens, vel talem monetam expendens, nam, & iste tenetur, ut infra dicimus? Et quidem videtur formandam esse Inquisitionem, talis moneta, falsa dicitur, Clarus dict. n. 37. Cov. dicto cap. 8. num. fin. & colligitur ex leg. Quicumque ff. de falsis cum alijs, item ex Ordin. dict. tit. 12. §. 4. ubi etiam hoc casu pœna mortis, & confiscationis bonorum imponitur. Cæterum contrarium credo; nam aliud est fabricare falsam monetam, aliud verò tondere, idest, *cercear*, quam differentiam rectè agnovisse videtur Legislator noster dicto tit. 12. ibi, *dos que fazem moeda falsa, & dos q̄ cerceam a verdadeira*, ex cujus tituli contextura colligitur diversitas dictorum criminum, quam etiam ostendit propositio, & quæ inter diversa ponitur, ut notatur in rubric. ff. de jure, & facti ignorantia. Cum igitur delictum sit diversum, & de sola falsa moneta *Ordinatio nostra hoc §. 31.* loquatur, non videtur extendenda ad dictum casum, si in eo gravis, aut gravior pœna sit statuta. Ad contraria respondetur leges illas imponere pœnas tondentibus monetam, non tamen eos appellare falsæ monetæ fabricatores. Eodem ferè modo respondetur ad auctoritates Doctorum, quorum dicta non cludent contrarium nostræ resolutioni.

Dubitari secundo potest, an⁴⁹ formari debeat Inquisitio, si inveniatur aliqua moneta fabricata, quæ non imitetur hujus Regni monetæ, sed alterius, vel

vel nullius, ita ut notorie constet fabricatorem noluisse cum tali moneta aliquem in Regno decipere, quia scilicet, omnino diversæ formæ eam formavit? In qua quæstione resolutivè dico non esse formandam Inquisitionem, cessant enim leges rationes, quia iste nullum nostræ Reipublicæ infert damnum, aut Regis injuriam, neque falsa dici potest illi moneta, quæ veram imitari non potest, & sic tales monetas fabricantes non esse puniendos tanquam falsæ monetæ fabricatores resolvunt *Alexander Afflictus, & Hypolitus*, quos refert, & sequitur *Cov. dict. cap. 8. n. 3. vers. excusatur: sent. tit. Dicimus tract. criminali lib. 7. cap. 27. n. 12.* addens tamen hunc extraordinaria pœna posse puniri, non immerito est enim res malè exempli, si autem moneta illa, licet aliterius Regni, tamen in hoc quali modo admittatur, & recipiatur, fabricatorem à pœna falsi non excusarem, ut dicto loco innuit etiam *Covarr.* Cû igitur in specie dictæ quæstionis falsa moneta fabricata nō propriè dicatur, Inquisitioni locū non esse in prædicta specie existimo.

50 Dubitatur tandem, an si inventa fuerit falsa moneta minimi valoris, aut illam fuisse fabricatam notitia ad judicē perveniat, debeat inquisitionem formare? Pro parte negativa stat autoritas *Tiraqueli, Farinacij Menochij, & aliorum quos citat. Barb. ad Ordinam. lib. 5. dict. tit. 12. n. 3.* qui asserunt excusari à pœna fabricatorem falsæ monetæ, si illa sit minimi valoris. Ceterū quicquid sit de pœna, ego credo omnino esse formandam Inquisitionem, nam licet, si a principio posset constare fabricatas fuisse tantum duas, aut tres monetas minimi valoris, v.g. *duas, ou tres moedas de cobre*, posset forte omitti Inquisitio, quasi non fuisset inventa pro re tam parvi momenti in qua cōsiderabilis pœna non esset imponēda juxta illorū DD. autho-

ritatem, tamen, quia à principio de hoc non constat, & potuit fabricator maximam quantitatem cudere, neque præsumitur illas tantum cudisse, quæ apparent, & tandem quia illa DD. assertio tota non est, stante generalitate nostræ *Ordinationis, & l. Castellæ 9. tit. 7. part. 7. ibi, de oro, o plata, o otro metal qualquiera que sea*, existimo omnino formandam esse Inquisitionem.

Non quærimus hic, utrū formanda sit Inquisitio contra excedentes falsam moneta; nam clarum est quod formari debet, non specialis contra eos, sed propter moneta falsam ex dictis, & in hac poterunt culpam expendentes, contra hos enim præsumitur de fabricatione falsa *Cov. dict. cap. 8. num. 4. Clarus dict. §. falsam num 38.* ex quo capite illa culpa huic Inquisitioni pertinet, non verò si posset constare ipsos non fabricasse, nam si solum expenderent, etiam scienter licet pœnis subicerentur, quas assignant dicti DD. tamen non possent dici fabricatores falsæ monetæ, & sic culpa illa non posset pertinere ad hanc Inquisitionem, nec illa formanda esset.

Ad hanc tamen Inquisitionem pertinebunt auxiliantes favorem, aut opem præstantes fabricationi falsæ monetæ, hi enim non impropiè fabricatores ipsi si dici possunt, & ut tales, eos ponit *Ordinat. dict. §. in principio, agnoscit Thom. Vaz allegat. 13. n. 44.*

53 *Septimus casus*, in quo debet formari Inquisitio, ex dispositione *dict. §. 31. est Resistencia*, pro cujus rei intelligentia.

54 Noto primo, quod *resistencia*, & *offensio justitiæ*, quanvis sepe simul cōcurrant, tamen sunt inter se diversa, & possunt separatim intervenire, quod probatur ex hac *Ordinatione* quæ tanquam diversa ea recenset, *ibi moeda falsa, resistencia offensa de justicia, carcer privado, &c.* & colligitur ex *Ordinatione lib. 5. tit. 49. §. 8. ibi, q resistir, ou offender, & videtur eā esse*

esse differentia, quod scilicet, resistentia tunc propriè dicitur, quando curia, sive, ut nos dicimus, officiales justitiæ, aliquid exequi volunt, & vi impediuntur. Offensio autem officialium justitiæ, quando, etiam si, nihil tunc exequi vellint, tamen ratione officij sui, veluti, quia sententiam contra aliquem protulerunt, vel citationem, aut executionem fecerunt, injuria afficiuntur, vel offenduntur. Unde existimo improprie loquuntur fuisse *Phœb. 1. p. arresto 113.* ubi dixit, offensionem factam officiali justitiæ, ratione officij, etiam post illud finitum haberi pro resistentia; nam secundum prædictam distinctionem, resistentia non potest propriè esse, sed offensio officialis justitiæ, quando ille nihil exequens offenditur.

55 Noto secundo dispositionem hujus *Ordinationis* videri implicare cum dispositione *Ordin. lib. 5. tit. 50. quasi per totum*, ubi disponitur, quod quando officiali justitiæ fuerit facta aliqua injuria, vel offensio, judex statim fieri jubeat de hoc actum per scribam, & interrogatis testibus, parte citata, summarie procedat contra Reum, in quo aliam viam diversam ab Inquisitione assignare videtur ad hujusmodi crimen probandum, & puniendum. Respondendum existimo, quod quando delinquens certus est, de illo constat, utendum est dicta via ad illum puniendum, in quo casu excusata est Inquisitio, cujus primevum officium est invenire delinquentem. At quando resistentia deciditur facta, & non constat, vel non satis, quis fuerit resistens, vel offendens justitiæ, erit formanda Inquisitio in forma hujus *Ordinationis*.

56 Nunc sciendum est resistentiam multis modis committi, nempe cum armis, & sine illis, & solo verbo injurioso contra judicem, vel officialem justitiæ prætendentem apprehendere aliquem, vel jubentem aliquid fieri, *Ordin. lib. 5. dict.*

tit. 49 in principio, ibi, Querendoos prender, ou mandandolhes fazer cousa, q̄ toque a seu officio, & infra ibi Resistir com armas, & paulò infra. & se resistir, nam tirando armas, ou lhe d'ffer palavras injuriosas sobre couzas de seu officio. Sentit Farinat. in præct. criminali tom. 1. tit. 4. quæst. 32. n. 24. 27. & 28. Debet tamen de jure, deveniri ad aliquem actum manualementem, ut possit dici resistentia, ita *Lucas de Penha in l. prohibitum ad fin. n. 20. Cod. de jure fisci.* Quod quidam apud nos intelligendum est regulariter, non generaliter; nam *Ordinatio* nostra ubi supra solis verbis resistentiam fieri posse dixit, & hoc est apud nos observandum. Quocumque igitur ex dictis modis resistentia contingat, erit formanda Inquisitio juxta dispositionem hujus *Ordinationis* §. 31. & juxta declarata supra n. præcedenti.

Dubitari tamen potest, utrum si constet ministrum justitiæ, cui facta dicitur resistentia, tunc non gestasse insignia sua, quòd apud nos virga est, id est *se ao tempo nam levanta vara*, an nihilominus, sit formanda Inquisitio propter resistentiam? Ratio dubitandi est, quia impunè resistitur ministris non portantibus insignia *Bart. in l. prohibitum n. 1. C. de jure fisci lib. 10. Bobadilha in politica lib. 1. cap. 13. n. 50. Farinat. qui plures de more citat dict. quæst. 32. n. 37.* 57

Verum licet Reus possit forsan, ex dicta ratione se defendere, tamen nullatenus omittenda erit Inquisitio, nam potuit optime Reus judicem, vel officialem cognoscere, etiam si casu non gestasset insignia, & poterunt ex Inquisitione omnia aliter, quam proponuntur constare, & sic nullatenus omittenda Inquisitio ex dicta, vel simili causa. 58

Quoniam verò, ut resistentia fieri dicatur oportet, quod ille, cui resistitur, sit minister justitiæ in dubiù revocatur. Utrū Advocatus sit justitiæ minister, ita ut illi resistentia fieri dicatur, si occasione officij 59

officij sui laudabilis offēdatur, vel illud agere impediatur? Et pro negativa parte decisum testatur *Phæb. 2. p. arrest. 103.* ubi tamen (propriam causam agens) adducit exempla, in quibus propter minimas injurias. Advocatis factas, maximæ pœnæ impositæ fuerunt.

60 S miiter fuit dubitatum, sed dissimiliter judicatum de viatoribus, vulgo *Caminheiros*, quos officiales esse justitiæ, & illis resistantiam fieri, decretum testatur *Phæbus dict. 2. p. arresto 147.* & non immerito, nam *Ordin. lib. 4. tit. 104. §. 1. in fine* eos inter officiales justitiæ recenset. Quod tamen de illis tantum intellego, qui mittuntur ad executiones, & negotia justitiæ, non privatorum, hi enim sunt tantum partium procuratores, & nihil habent, ex quo dicantur officiales justitiæ imò illi solum videntur officiales justitiæ dici posse, qui provisionem, aut chartam officij habent, vel saltem per cameras, aut aliàs sunt legitime electi ad illud munus, quod non obscure colligitur ex prædicta *Ordination. dict. tit. 104. §. 1. ibi officiales deputados pera ser. vir. &c.* ergo debent esse legitime deputati ad hujusmodi ministerium, sentit *Phæb. arresto 170. dict. 2. p.* ubi in casu, de quo statim, arguit illum habendum pro ministro justitiæ, *por q̄ se lbe passa carta*, Facta igitur resistantia viatori, vulgo *caminheiro* juxta suprâ declarata, formanda erit Inquisitio.

62 Fuit etiam dubitatum de scribente, vulgo *sobescrvente*, an esset justitiæ officialis, & ei fieret resistantia? Et fieri judicatum testatur *Phæb. dicto arresto 17.* Intelligendum tamen puto de illo tantum qui habet chartam officij legitime concessam, ex dictis in casu præcedenti, & ita in hoc scire videtur *Phæb. dicto loco*, ubi reddit rationem: quia habent chartam, & juravit in Cancellaria. Facta igitur huic resistantia. Inquisitio formanda erit.

63 Tandem fuit quæsitum, an diceretur

resistentia, offensio facta officiali post finitum officium, ratione, & occasione officij, quod gessit? Et affirmativè refert judicatum *Phæb. 1. p. arresto 113.* Ego quidem jam supra admonui post officium finitum non posse propriè dici, resistantiam, quia illa propriè tunc contingit, quando officiali aliquid exequenti resistantia fuit facta, & si postea offendatur, offensionem, non resistantiam debere dici fateor, quod ad effectum, de quo agimus, scilicet formandi Inquisitionem differentia non datur, nam ut in sequenti casu dicemus, super offensione æquè formatur, ac super resistantia.

Verum in casu proposito, licet Re 64 us puniendus sit tanquam resistentem, vel offendens justitiæ, tamen Inquisitionem non esse formandam in dicto casu existimo: nam cum ille, qui offensus dicitur, jam non sit officialis justitiæ, jam non potest dici offensio justitiæ, ut verificentur in eo verba hujus *Ordinat. §. 51.* & multa sunt liquidanda cum prima facie, non appareat resistantia, ac ita ad Inquisitionem non esse procedendum, in dicto casu reor.

Octavus casus, in quo debet Inquisitio 65 formari, ex dispositione dictæ *Ord. §. 31.* est *offensio justitiæ.*

Jam supra in casu præcedenti admonuimus, posse contingere offensionem justitiæ sine resistantia, & differentiam inter utrumque casum assignavimus, quia tamen maximam inter se habent cognationem, & aliqui ex nostratibus de utroque casu promiscuè loquuntur, videnda sunt pro hoc casu octavo omnia, quæ pro præcedenti dicta sunt.

Nonus casus, in quo debet formari 67 Inquisitio ex dispositione *Ordinat. hoc §. 31. & Ordinat. lib. 5. tit. 95. §. 5. est carcer privatus.*

Quando autem privati carceris crimen committatur expressit *Ordinatio.*

dict. tit. 95. in principio ibi, & declaramos haver feito carcer privado aquelle, que per si, ou per outrem terem algum como prezo, em alguma casa, ou em outro lugar aonde seja retido, & guardado, em tal maneira q̄ nam seja em sua liberdade, posto que nam tenha nenhuma prizam. Quæ Ordinatio declaranda est, ut ipsa se declarat infra in §. 1. ibi, & declaramos, que se entende aver cometido carcer privado o que tiver alguma pessoa contra sua vontade por vinte, & quatro horas, & c. ibi adjicit, quod si per minus temporis spatium retineatur, puniatur arbitrarie.

69 Quæ Ordinatio in prima parte, quatenus definit carcerem privatum committere, qui aliquem ubicunque retinet involuntarium, conformis est juri communi, secundum quod idem resolvunt Angelus in l. 1. Cod. de privatis carceribus Bayard. ad Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst. 68. num. 94. Farinat. in practica crimin. tom. 1. tit. 4. quæst. 27. num. 11. Thom. Vaz allegat. 13. num. 164. declarantes non solum detinendo aliquem in domo, sed etiam in via, vel cum compedibus, vel sine illis cum hominum custodia, vel alio modo, privatum carcerem fieri, & ita explicanda est nostra Ordinatio, quæ satis idem sentit in generalitate, qua loquitur dict. tit. 95. in principio.

70 In secunda autem parte, quatenus Ordinatio nostra declarat privati carceris crimen tunc committi, quando aliquis, ut dictum est, detinetur per viginti quatuor horas non est satis juri communi conformis, eo namque attentio, resolvunt DD. quodcunque considerabile temporis spatium sufficere, ut dicatur carcer privatus: Bossius in pract. criminal. tit. de carcerem 26. Thom. Vaz dict. allegatione 13. à num. 167. Farin. dict. quæst. 27. num. 22. quod enim dicitur per eosdem, requiri spatium viginti horarum, ut ipsi declarant, tunc locum habet, quando aliquis privatus potuit

justè, alium detinere v.g. adulterium sibi committentem, debitorem fugitivum, & c. de quibus, & alijs casibus statim, dicemus. Est igitur in hoc differentia inter nostram Ordinationem, & resolutiones scribentium jure communi attentio, quod apud nos, etiam qui injustè detinet, non committit crimen carceris privati, nisi per viginti quatuor horas detineat, qui autem justè, non habet tempus limitatum, sed illud in quo, adhibita diligentia ordinaria, possit habere copiam justitiæ, cui tradat sic detentum, ut infra dicemus. Attenta autem DD. resolutione, qui injustè aliquem detinebat statim dicebatur Reus carceris privati, qui autem justè, si ultra viginti horas detinebat.

Declaranda etiam est Ordinatio prædicta, ut dicatur carcer privatus etiam si non à privata persona, sed ab officiali justitiæ fiat; nam si iste tanquam privatus, vel etiam tanquam publica persona injustè detineat aliquem, vel delinquentem non ducat ad carcerem publicum, sed in propria domo, vel alibi sine justa causa eum detineat, Reus erit privati carceris, quod probatur ex regulis generalibus, secundum quas officialis justitiæ, ut privatus procedens, ut privatus punitur, & in effectu etiam hos, prædictum carceris privati crimen committere firmant Farinat. dict. quæstione 27. n. 15. Thom. Vaz dicta allegatione 13. n. 179. & 180.

Limitanda verò, & declaranda est prædicta Ordinationis dispositio, ut non procedat, quando aliquis justè potest alium detinere donec illum tradat Curia. Ita se ipsam declarat Ordinatio dict. tit. 95. §. 2. & 3. ubi ponit exempla in adultero invento ab adulterato cum uxore, & in debitore aufugiente, & quavis Ordinatio solum loquatur in prædictis casibus, tamen cum videatur eos ponere exempli causa, & cum illa regulam non restringant secundum text.

in l. *Damni infecti stipulatio ff. de damno infecto*, idem in similibus dicendum videtur, & generaliter, de detinente alium ex justa causa, loquuntur *Farinat. & ab eo citati dict. num. 22. & 23. Vaz dict. num. 167.*

73 Quæ limitatio amplianda est, ut non solum procedat, quando aliquis alium detinet, ex causa sibi pertinente, & propter jus particulare, sed etiam quando crimen illum non tangit, & tale est, quod propter ejus gravitatem potest privatus delinquentem detinere donec nec judici tradat, in quibus terminis, sine metu committendi carcerem privatum, posse delinquentes detineri firmat *Farinat. dict. quest. 27. num. 23.* in delictis falsæ monetæ, latronibus, grafalatoribus, raptoribus, incendiarijs, veneficis, incantatoribus, & quocunque Reo inflagranti crimine reperto, & apud nos est casus in *Ordin. lib. 5. tit. 60. § 7.* ubi permittitur privato apprehendere illum, quem latronem existimat, ex eo, quod illi vendere volebat rem aliquam furtivam.

74 Quod quidem rationabile videtur cum hujusmodi zelus, licet aliquando imprudens, à malitia excuset. Et ego vidi de facto cum essem Vicarius generalis Provinciæ de Moncorvo, quod quidem latrones, qui maximam quantitatem pecuniæ violenter extorcerant à quodam divite clerico Abbate de Pētens in Galecia, fuerunt detenti à quodam privato, qui videns illos instanter petere à ductoribus scaphæ, vulgo *barqueyros* (cum tamen nox esset obscura) ut eos ad alteram Durij fluminis ripam transveherent, & ex alijs signis suspicatus esse latrones, eos detinuit, donec re ad judicem de lata, quod æquius videretur fuisse statutum. Erat tunc illius oppidi Prætor Emmanuel de Souza, & Menezes, nobilis vir, rectissimusque judex, nunc Corrector Eborensis, jussit detentos illos ante se adduci, inte-

rim pervenit quidem Clericus Galecus, qui latrones illos insequabatur, fuit res patefacta, illi, & alij capti apud diversa loca, fuerunt ducti ad Senatum Portuensem, ubi omnes (novem fuisse credo) furca sunt suspensi. Ille vero qui eos detinuit, & non per modicum tempus (distat enim locus ille ab oppido da Totre ultra unam leucam) laudatus fuit ab omnibus, & præmio, non pœna dignus reputatus. Non igitur dubitamus carcerem privatum non committere illum, qui justa causa, & bono zelo aliquem detinet.

Neque tandem privatum carcerem committit pater, vel domus, qui filium familias, vel servum detinet in carceratum ad ejus correctionem, ut exprimit *Ordinat. dict. tit. 95. §. 4. tradit multis citatis Farinat dict. quest. 27. n. 25. & 27. extendens n. 26. ad uxorem, n. 28. ad Monachum*, qui possunt à marito, & Abbate carcerari. Multa alia omitto, videri enim poterunt apud eundem *Farinat.* quando dubitatio contingerit.

Omnia, quæ dicta sunt, notavimus, ut cognoscatur, quando dicatur, vel non carcer privatus, ut super eo sit formanda, vel non Inquisitio, de qua agimus. Illa igitur ex dictis tunc est formanda quando aliquis sine justa causa fuerit violenter detentus ultra viginti quatuor horas, secundum dicta, & declarata supra, secundum quæ resolvendum est, an taliter proponatur factum, quod concludat privati carceris crimen fuisse commissum, ut sic dicatur locum esse, vel non esse Inquisitioni.

Decimus casus, in quo debet formari Inquisitio ex dispositione *Ordinationis dict. §. 31. est Furtum.*

78 Debet autem, secundum eandem *Ordinationem*, furtum esse æstimationis libræ argentæ, vulgo *de valia de maraco, de prata*, idest 2600. reis. Sin autem in itinere, vel in deserto rapina dicatur

dicatur commissa, cujuscunque sit quantitas, formanda erit Inquisitio. Ad instantiam autem partium, etiamsi furtum non excedat ducentorum Regalium estimationem, interrogandi erunt octo testes, ut inferius dicemus.

79. Primo adverte certum videri Inquisitionem non esse formandam super furto, quando illud à furto non incæpit, ut in exemplis *Ordin. lib. 5. tit. 60. §. 8.* veluti quando commodatarius auferit secum ferens rem commodatam, vel depositarius contractat depositum, & sic in similibus? nam quanvis in prædictis speciebus, & similibus furtum committatur *l. 1. §. rem ff. de furtis l. qui furtum Cod. de condit. furtiva l. Procurator mandati & notant Cov. lib. 3. variarum cap. 15. n. fin. Farinat. de furtis quæst. 168.*
- 81 à n. 117. *Tuscus verbo Furtum conclusionem 553. à principio*, tamen hujusmodi furta multum differunt ab illis, quæ à principio sunt furta, & res ab invito domino extorta est, quod agnoscens prædicta *Ordinat. lib. 5. tit. 60. §. 8.* in dicto casu arbitrariam pœnam imponendam esse disposui, & sane nemo dicet, quod si quem ad Portuensem Civitatem commodatam, commodatarius ad Bracharensem duxerit, Inquisitio super tali casu sit formanda, cum tamen furtum committatur *§. furtum autem Inst. de obligat. quæ ex delicto nascuntur*; Sunt enim alterius qualitatis furta, & sicut alia sunt maiora, ut infra dicemus, sic alia minora, & quæ, licet punibilia sint, tamen de illis non intelliguntur leges, quæ circa furta aliquid acrius disponunt.

- 82 Adverte secundo (contra *Barbosam ad Ordinationem hoc §. 31. num. 9.*) ad Inquisitionem, de qua agimus formandam, non requiri, quod constet de furto, nam scribentes, conjecturas, etiam leviores, & remotas requirunt, ut videre est per *Farinat. latè de hac re tractantem de Inquisitione quæst. 2. à n. 16.*

& nos supra probavimus, neque indicia in similibus requiri nam sæpissimè nulla interveniunt, ex quibus de corpore delicti constet; & sine ulla fractura furtum fit, & sic solum potest probari corpus delicti, quando ipsum delictum, & deliquens probatur. Unde ex sola noticia, & informatione quali, in similibus terminis, procedendum esse ad Inquisitionem, late probavimus supra n. 18. quod in rapina facta in itinere, & deserto, sine quæstione apud nos procedit ex *Ordinatione hoc §. 31. ibi, sendo lho dito por alguma pessoa, ou pella mesma parte, &c.*

Adverte tertio, quod dispositio *Ordinat. hoc §. 31.* quatenus super furto, si ve potius rapina cujuscunque quantitatis jubet inquiri quando illa in itinere, vel deserto fuerit commissa, intelligi debet, quando violentia adhibita, vel gravi metu incusso, rapina committitur, non verò, si furtum simplex in itinere, vel deserto fiat, v.g. accedendo subtiliter, & dormiente domino, vel aliàs, accipiendo aliquid, & fugiendo, committatur furtum. Qui intellectus ex verbis ipsius *Ordinationis*, & ex juridica ratione colligitur; *Ordinatio* enim dicto loco, mutavit phrasim, & cum supra de furto egisset, quando disposuit quod si in itinere, vel deserto committeretur, in quacunque quantitate, Inquisitio debere formari, usus est verbo, *roubo*, ibi, *foi feyto algum roubo em caminho, ou em campo*, & infra, *Aquem o roubo for feyto*, in quibus verbis satis declarat, quando non sufficit furtum fieri in deserto (hoc enim non est odiosius, ibi, quam alibi) sed necessarium est, quod sit rapina, ut super illa in quacunque minima quantitate, utpote odiosiore, sit Inquisitio formanda. Idem colligitur ex *Ordinat. lib. 5. tit. 61. §. fin.* ubi extorquenti ab aliquo per violentiam, vel quocumque modo contra voluntatem in deserto rem valoris centum

centum regalium, vulgo *de cem reis*, mortis pœna imponitur, & si minoris valoris res sit, pœnam fustigationis, & exilij perpetui assignatur, & utitur *Ordinatio* illa verbo *roubo*, & dubium non est pro simplici furto illam pœnam non esse impositam, sed aliam, de qua titulo præcedenti. Et deducuntur ex jure communi prædictarum *Ordinationum* dispositiones, in quo etiam magna differentia datur inter furtum, & rapinam, imò pro ista diversa actio, scilicet, de vi bonorum raptorum est in jure assignata, & quanvis qui rapit, furtum etiam committat, est tamen furtum magis odiosum, & talis fur magis im-
 84 probus, & punitur pro quocunque re etiam minimi valoris sic rapta, omnia prædicta liquide probantur in *principio Inst. de vi bonorum raptorum*. Resolvimus igitur, quod ut formetur Inquisitio super contractione rei non pervenientis ad valorem marci argentei, debet non solum in deserto esse facta talis contractatio, sed per modum rapinæ, & violentiæ, idest de *roubo* non simplicis furti, juxta declarata, & probata supra.

85 Quanvis autem super furto, cujus valor non ascendit ad marcum argenteum, formanda non sit ex officio Inquisitio, tamen ad instantiam partis interrogari debent admodum Inquisitionis, octo testes, & ab eisdem relati, dummodo tamen furtum, non minoris sit valoris ducentorum regalium, idest, *de duzentos reis*, & pars juret sibi tale furtum fuisse factum non per partes, sed simul, ita disponente *Ordinat. hoc §. 31*. Sed hæc non est propria Inquisitio ex officio formanda, unde circa illam amplius non immoramur.

86 Undecimus casus, in quo debet formari Inquisitio ex dispositione *Ordin. hoc §. 31*. est *Productio armorum facta in ecclesia, vel processione*, etiam si corpus Domini, idest, Sacramentum Eucharistiæ

Sacramentum, ibi, non sit, vel in quo, cumque alio loco ubi illud S. Sacramentum fuerit, quanvis non sequatur vulneratio, vulgo, *arrancamento de arma em Igreja, ou procissam, posto que abi nam está, nem vâ o corpo do Senhor, ou em qualquer lugar aonde estiver, ou for ainda que abi nam aja ferimento*.

Dubitari potest primò, an sit for- 87 manda Inquisitio, si evaginatio non fuerit facta, sed scolpeta, framea, vel romphea, vulgo, *com espingarda, chuça, ou alabarda*, vel alio armorum genere, quæ non evaginantur, aliquis alium aggrediatur, in ecclesia, processione, vel ubi corpus Domini fuerit? Pro parte negativa facit quia verbum *arrancamento*, non videtur competere, nisi illi armorum generi, quæ evaginantur v.g. ensis, vel pugio, proprietas autem verborum semper servanda est, & attendenda ex *Mantica de conjecturis ultim. voluntat. lib. 3. tit. 5. n. 3. Sanch. de Matrimonio lib. 10. disput. 5. num. 4.* quod præsertim procedit, quando ex ampliatione verborum sequitur odium, & rigor *ad text. in regula Odi de regulis juris lib. 6.* Secundo quia *Ordination. lib. 5. tit. 4. S. unic.* solum imponit pœnas evaginantibus (in ecclesia, vel ubi est Corpus Domini) ensem, aut pugionem, unde ad aliud armorum genus non videtur extendenda pœna, nec hujus *Ordinationis* dispositio. Tertio quia judicatum refert *Cabedo 1. p. aristo 49.* non dici *arrancamento na Corte, quando algum sae com alabarda, chuça, ou partazana*: ergo similiter in casu nostro videtur dicendum.

Ceterum, his non obstantibus contra- 88 rium dicendum existimo, ex ea viva, & naturali ratione, quæ suadet mentem legis esse punire illū, qui cum armis, alium in ecclesia, vel alià ut supra, aggreditur propter irreverentiam, quæ sequitur cū igitur maior detur, quādo aliquis
 framea

framea, vel romphea, aut scolpeta alium aggreditur, non est, credibile Legislatorem hujusmodi casus voluisse excludere, quo sentiens *Cabed. dict. arest. 9. in fin.* de illius justitia dubitat, quia videtur contra mentem legis. Dicamus igitur cum *Jure consulto in l. Scire oportet 13. §. aliud ff. de excusat tutorum, sed, & si maxime verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens Legislatoris aliud vult.* Unde cum hæc semper sequenda sit *ex surd. decis. 34. num 14.* dicendum est in dictis casibus Inquisitionem esse formandam.

90 Neque contrarium convincit verbū *arrancamento*, quia non solum potest significare evaginationem, sed aliam quamcunque productionem, vel elevationem armorum alium aggrediendo, quod probatur ex eo, quia *Ordinat. hoc §. 31.* etiam utitur eodem verbo, *arrancamento*, quando disponit formandam esse Inquisitionem super productione armorum in Curia, & tamen ut constat ex *Ordin. dict. lib. 5. tit. 39. §. 1. & 2. arrancamento*, ibi explicatur *tirar arma*, non solum evaginare, non solum ensem, sed generaliter arma extrahere ad *Ordinationem vero dict. tit. 40.* responderi potest loquentem fuisse in illis casibus frequentioribus, legem autem ex dicta causa in aliquo casu loquentem non excludere similes, juxta *tit. in l. 1. Cod. de raptu virg.* cum similibus.

91 Ex dictis mihi suspectissima redditur assertio *Barb. ad Ordin. dict. lib. 5. tit. 40.* assertentis illius *Ordinat.* pœnas non habere locum in eo, qui extra ecclesiã evaginaverit gladium, & eo evaginato, intraverit ecclesiam: nam si intelligit quod, eo evaginato, intravit ecclesiam ad alium offendendum, id prorsus videtur contra mentem legis, & proxime resoluta. Sin autem intelligit, quod intravit ecclesiam, eo evaginato, non ad offendendum aliquem, de hoc non dubitamus. Poterit illa assertio in casu

esse vera, scilicet, si evaginato gladio contra aliquem extra ecclesiam, alium in sequendo ecclesiam, eo evaginato, ingrediatur: nam iste à principio non cogitavit de offendendo adversarium in ecclesia, & postea fervore, imò furore eum fuit, etiam per ecclesiam, in secutus, in quo casu videtur attendendum principium, & potest habere locum doctrina *Abbatis ab eodem Barbosa citati.*

Verissimum tamen est, sed ineptissimum, quod dicto loco asserit *Barbosa*, scilicet non habere locum dispositionem illius *Ordinat. dict. tit. 40.* nec ejus pœna incurrere illum, qui in ecclesia, vel processione alium verbis injuriosis offendit, quæ sanè limitatio apertissima est, imò non est limitatio, nam lex illa nullo modo talem casum comprehendat, nec ille ad eam pertinebat.

Dubitari secundo potest, an dispositio nostræ *Ordinationis* habeat locum, si aliquis brevem cultellum evaginet, vel producat, sed quoniam in hac re sunt aresta contraria in materia *do arrancamento na Corte*, de quo casu paulò infra est agendum, quæ ibi circa illam dubitationem dicemus, in hac etiam dicenda sunt. Eodem modo est decidenda (sicut infra decidimus pro dicto casu) quæstio illa, an hujus legis dispositio locum habeat in mulieribus evaginantibus, vel producentibus arma in ecclesijs, vel processionibus, & cætera.

95 Declarandū est non dici armorū productionē punibilē, neque super illa formandam esse Inquisitionem, quando aliquis festivitatis causa, aut aliàs ex justa ratione, vel ad arma offendenda amico, ea producit dictis locis, vel ad separandam, pacificandamque rixam exortam, ut in simili disponitur in *Ordin. lib. 5. dict. tit. 49. §. 31.*

96 *Duodecimus casus*, in quo debet Inquisitio formari ex dispositione *Ordinationis hoc §. 31. Est productio armorū in curia vulgò*

vulgo *arrancamento feito na Corte.*

97 Quid autem Curia nomine comprehendatur ad propositum, colligitur ex *Ordinat. lib. 5. tit. 39. in principio, & §. 1. & 2.* & in primis certum videtur, quod productio armorum in Regis præsentia semper dici debet in Curia facta ubi cumque ille sit; nam ut proverbium dicitur, ubi Rex est, ibi Curia est, & colligitur, ex dicta *Ordin. in principio* quatenus ibi imponitur gravissima pœna illis, qui in Regis præsentia arma producunt, vulgo *arrancamento em presença del Rey* facit dicta *Ordinat. in §. 3. ibi, na Cidade, ou villa, ou lugar aonde nós estivermos*, si ergo gravis pœna imponitur procedentibus, vel extrahentibus, id est, *aos que tiram armas in Civitate, sive Oppido ubi Rex est, & ex hoc dici debet arrancamento de Corte*, à fortiori dici debet, quando fit in Regis præsentia, nam non solum fit in loco ubi Rex est, sed etiam coram eo.

98 Secundo extra dubium quoque videtur, quod productio armorum facta in Palatio Regis, dici debet in Curia facta, vulgo *se deve ter por arrancamento feito na Corte*, ita colligitur ex *Ordinat. dict. tit. 39. §. 1. junctis his, quæ proximè diximus.*

99 Tertio dici quoque debet *arrancamento na Corte*, si fiat in Civitate, villa, sive oppido, in quo Rex residet, & eorum suburbij, vulgo *ou seus arrabaldes* ita colligitur *Ordinat. dict. tit. 39 §. 2. & tit. 36. §. 1. eodem lib. 5.*

100 Quarto dici quoque debet *arrancamento feito na Corte*, si fiat Civitate, villa, sive oppido ubi residet Supplicationis domus, vel in suis suburbij, quavis ibi Rex non resideat ita colligitur ex *Ordinat. dict. tit. 39. §. 2. & tit. 36. §. 1. eodem lib. 5.* & ita sine dubio semper practicum fuit in Ulyssiponensi Civitate, ubi Supplicationis domus residet, eam eo tempore, quo Regum Curia privata fuit illa Civitas, & cum

hodie (pro summa illius, & Regni totius felicitate) Curia quoque *Invidiiffi. mi Regis Joannis quarti*, illa Civitas illustretur, ex duplici capite Curia ad propositum dicitur.

Dubitari tamen potest, an Curia extendatur usque ad leucam, à loco ubi Rex residet, nam *Ordin. dict. lib. 5. tit. 36.* agens de pœnis pecuniarijs eorum, qui in Curia arma extrahunt, adjicit, *ou no termo do lugar aonde nós estivermos a the huma legoa.* Dicendum tamen est illam adjectionem non sine mysterio fuisse omissam *dict. tit. 39.* ubi agitur de pœnis corporalibus, & succedere regulam *text. in cap. Ad audienciam de decimis cum similibus*, neque ad alios effectus, nisi illum expressum, Curiam extendi ad leucam extra locum ubi Rex residet.

Dubitari deinde potest, an ad effectum, de quo agimus, dicatur semper Curia, Civitas Ulyssiponensis licet ibi, nec Rex, nec Supplicatio resideat, *Ordinat. enim dict. tit. 36. §. 1. ibi, ou na Cidade de Lisboa.* pœnis illis pecuniarijs afficit extrahentes arma in dicta Civitate, licet ibi, nec Rex, nec Supplicatio resideat, ut *ex dict. §.* colligitur. Respondetur tamen ut proximè ad similem dubitationem, quantum ad pœnas pecuniarias semper eas incurrere extrahentes arma in Civitate Ulyssip. licet, nec Rex, nec Supplicatio, ibi, resideat, quia id expressit dicta *Ordin.* quantum verò ad alios effectus non dici *arrancamento da Corte.*

Dubitatum etiam fuit an productio armorum, vulgo *arrancamento da Corte*, dicatur in quacunque parte Civitatis Ulyssiponensis facta, & decisum fuit solum dici fieri in Curia si fiat *do Mosteiro dos Santos o velho, a the Sãtos o novo, & a the o chafaris de arroyos*, testatur *Phæb. 1. p. arest. 115.* cui decisioni non acquiesco; nam omnem Civitatem sive oppidum ubi Rex, vel Supplicatio residet, & eorum suburbia dici ad propositum Curiam, non ambigimus, ex *Ordinat. dict. tit. 39. §. 2. & tit. 36.*

36. *in principio*, & §. 1. Unde cum Urbs Ulyssiponenſis ejus ſub urbia extendatur ultra illos terminos, ſuſpecta eſt dicta decifio, niſi ex aliqua antiqua decifione, ſive devifione, dicatur proprie Ulyſſiponem Civitatem intra prædictos terminos includi.

105 Dubitatum etiam jam fuit, an Curia dicatur etiam mare curiæ proximum, ita ut productiones armorum factæ in mari, ibi vicino, debeant reputari pro factis in Curia? Et negativè decifum teſtatur *Phæbus 2. p. areſto 29. verſ. & notabis, Mendez à Caſtro in praxi 2. p. lib. 3. cap. 3. n. 7.*

106 Declaranda eſt primo noſtra *Ordinatio*, ut non ſolum procedat, & Inquiſitio ſit formanda, ſi producantur, vel extrahantur arma illius generis, quæ proprie evaginari dicuntur, vulgò, *arrancar*, ut ſunt enſis, pugio, & ſimilia, ſed etiam ſi illius generis ſint, quæ non evaginantur, quod ex eiſdem illis rationibus aſſerimus, quibus moti ſupra *num. 114.* idem in ſimili caſu reſolvimus, & in caſu, de quo agimus illa maior datur ratio, quod *Ordin. dict. tit. 36. & dict. tit. 39.* agentes de pœnis hujus delicti generaliter loquuntur de armis, & non ſolum utuntur verbo *arrancar*, ſed etiam verbo *tirar arma*, quæ verba latius patent quam verba *tit. 40.* in quibus tamen terminis reſolvimus ſupra, comprehendendi ſub verbo extractionis ſive *arrancamento*, armorum, cujuſcumque generis armorum extractionem, & cum eis factam aggreſſionem, ad offendendum, & ibi ſuſpectum diximus areſtum in contrarium adductum.

107 Non tamen in propoſito comprehenduntur armorum nomine lapides, vel fuiſſe; nam licet in jure hæc armorum appellatione veniant, *ex text. in l. armorum ff. de verborum ſign.* tamen ad propoſitum expreſſè excipiuntur in *Ordin. dict. tit. 39. §. 3.*

108 Declaranda eſt ſecundo noſtra *Or-*

dinatio, ut procedat etiam ſi cultellus tantum extrahatur in Curia ad alium offendendum, decifum teſtatur *Cab. 1. parte areſt. 19. Phæb. 2. p. areſto 171.* qui tamen non immerito dubitat de ratione illius areſti, perperam tamen dicit deſiderare, quod promulgetur lex decifens, *que nam ſe tenha por arrancamento da Corte defender ſe huma peſſoa com huma faca pequena*: nam id jam eſt expreſſum, & lex permiſſum non ſolū pro cultellis, ſed pro quocūque armorum genere *ex Ordin. lib. 5. dict. tit. 39. §. 3.* ibi, *nem haver à lugar nos que tirarem arma, ou ferirem em ſua deſenſam*, non debuit igitur *Phæbus* addere verba illa, *per a defender ſe*, quia ut dictum eſt, ad hujusmodi effectum jam lege proviſum erat, quod deſiderare, & ſperare dicit.

Quod autem attinet ad juſtitiam dictarum decifionum, ego credo adhibendam diſtinctionem inter cultellorum ſpecies, ita ut non intelligatur armorum nomine cultellus ille, quo notoriè utitur ad uſus domeſticos, & nullatenus geſtatur ad alium offendendum, licet per accidens ſicut lapide, vel fuiſſe aliquando adverſarius offenditur, ita hujusmodi cultello poſſit offendi. Cum igitur non comprehendat lex noſtra omnia illa, cum quibus adverſarius offenditur, & excipiat lapides, & fuſtes *dict. §. 3.* ita videtur excipere cultellos illos breviores, qui nomine armorum non veniunt de jure, ut probat *Phæbo dict. areſto 171.* Alios verò cultellos, qui pugionum loco inſerviunt, non dubitamus nomine armorum comprehendendi. In dubio an cultellus hujus, vel illius ſit generis arbitraria res erit.

109 Declaranda eſt tertio dicta *Ordinatio* noſtræ diſpoſitio, ut procedat etiam in fæminis arma in Curia extrahentibus. Ita decifum teſtatur *Phæb. 1. p. areſto 115. & 2. areſto 191. ſequitur Mendez à Caſtro in praxi 2. p. lib. 5. cap. 3. n. 7.* Ego addo optimam *Ordinationem*, per

per argumentum ab speciali *dict. lib. 5. tit. 36. §. 1. ibi, nem as mulheres, q̄ com pao, ou pedra ferirem*, si ergo mulieres in casu relevantur à pœnis ibi impositis contra vulnerantes in Curia, regula videtur esse in contrarium *ad text. in l. Nam quod liquidæ §. fin. ff. de penn. legata*. Facit nam masculinum, etiam in pœnalibus comprehendit fœmininum *Clement. 1. cum glos. de regular. Bald. in l. servus n. 7. Cod. communia de successibus*.

112 Non autem habebit locum nostræ *Ordinationis* dispositio, si extractio armorum domi fiat, ut decisum testatur *Phæbus dict. 2. p. aresto 128. sequitur Mendez à Castro in praxi 2. p. lib. 5. cap. 3. n. 7.* quod sane arestum dubio non daret neque ibi assignatur ratio illius decisionis, neque, *Clarus à Phæb. cita.* in ejus confirmationem aliquid, loco citato, ad propositum dicit. Potest tamen confirmari, ex eo quia in dicto casu non sequitur scandalum, & perturbatio in populo, quæ vitare velle lex videtur, & tandem cum prædictum arestum favorabile, sit, non sunt ad eum impugnandum excogitandæ rationes.

113 Neque etiam locum habebit, si arma extrahantur ab aliquo ad suam necessariam defensionem, vel ad alios rixantes impedimentum, ne se invicem ostendant, vulgo *pera os estremar*, ita expriment *Ordinat. dict. tit. 39. §. 3. facit Ordinatio dict. lib. 5. tit. 36. §. 1.* At quavis certum sit in dictis casibus non incurri pœnas statutas contra extrahentes arma in Curia, tamen raro ex dictis rationibus poterit ommitti Inquisitio; nam à principio, non constat an ad defendendum sint arma extracta, & semper feré venit formanda Inquisitio, quia si ergo causa defendendi propriam personam arma extraxi adversarius ea extraxit ad offendendum, item si ergo extraxit ad alios pacificandos, illi extraxere ad offendendum, & ita licet à principio constare posset modus, &

quis exerceat, tamen feré semper, est nihilominus formanda Inquisitio.

Tandem extra quæstionem est *Ordinationem*, de qua agimus, & ejus dispositionem non habere locum in eo, qui extraxit arma ad finem licitum, vel necessarium, & ut uno verbo dicam, non ad alium offendendum: ad hunc enim offendendi finem debet proponi fuisse extracta arma, ut Inquisitio formari debet. solum enim tunc punibile est factum, ut colligitur ex *Ordin. dict. lib. 5. tit. 39. §. 1. & 2. ibi, pera com el. la ferir, ou offender.*

Ad calcem adverto, cavendum à *Mendes à Castro in praxi 2. p. lib. 5. cap. 3. n. 4.* ubi dicit hanc nostram *Ordinationem* correctione indigere, & restringi debere ad casum, quo quis inflagranti deprehenditur, & allegationibus ineptis factis, infert non esse procedendum per viam Inquisitionis post octo dies. Ego sanè non satis percipio, quid sibi velle scriptor ille dicto loco, nec video quid ibi dicat à quo non sit cavendum.

Decimus tertius casus, in quo formanda est Inquisitio ex dispositione *Ordinationis hoc §. 31.* est, *vulneratio facta noctis tempore, vulgò ferimento feito de noite.*

Ratio autem quare lex jubeat Inquisitiones formari super simplicibus vulneratoribus factis de nocte, & non de die, duplex assignari potest. Prima, quo illæ facilius, & frequentius committuntur occasione arrepta, quod nox sit, & delictum non probabitur, at lex solet prohibere, & magis punire ea delicta, quæ facilius committeretur si lex strictius non prohibere, & acrius puniret, vel diligentius investigaret, ut supra consideravimus *quest. 2. num. 18.* agentes de ratione, quare lex jubeat inquiri super incestis per eos, qui disponsati sunt cum suis consanguineis commissis, & non super alijs. Secunda,

quia; si Inquisitio non formaretur, ut plurimum impunita remaneret illa delicta, etiam si offensi accusare valent, nam sepius offensi ignorant offensores, & testes, quibus delictum possint probare, unde necessaria est Inquisitio; in qua plures testes interrogantur, & investigatur delinquens, ut possit de eo notitia haberi, & habita puniri, ad Reipublicae vindictam, & partis satisfactionem.

118 Nos autem quando dicitur, ut plurimum, apertum est, solum dubitari potest an nox, vel potius dies dicatur tempore crepusculorum, tam vespertini, quam matutini, id est, quando jam dies lucet, antequam tamen sol oriatur, vel post occasum, dum adhuc lux est, antequam luna luceat, vel obscuritas noctis superveniat. Ratio dubitationis est, quia in crepusculis dubium est an sit dies, an vero nox, ut notat *Plinius*, quem citat *Callepinus* verbo *crepusculum*. Hinc obiter noto indubitata doctrina nobis tradidisse *Barb. ad Ord. dict. §. 31. n. 13.* ubi dixit: quod nox est post tenebras, & antequam aurorae lux oriatur, quod sane certissimum est, ac indubitatum, debuit igitur nobis tradere, quid in crepusculis, in quibus tantum dubitari potest.

119 In qua dubitatione supra excitata, aliqui asserunt diem tunc tantum dici dum sol adest in horizonte, post occasum vero, & ante ortum solis noctem esse; ita *Venetus in scol. ad Sacrobosc. in Sphaera cap. 3. ad § notandum vers. Suprest.* & sic intelligi crepuscula ad noctem pertinere, & noctis appellatione venire, quod etiam placuit *Callep. verbo. Nox, Greg. Lop. verbo de dia in l. 6. tit. 29 partita 7.* & colligitur ex text. in cap. *Si perfodiens de homicidio, ibi si autem sol oriatur super eum, &c.*

120 Contrarium tamen est resolvendum in specie, de qua agimus; nam neque certa est in se praedicta assertio, stante in contrarium text. *sacro Genes. 1. ibi ap.*

pellavit lucem, diem, & tenebras noctem, ex quo constat noctem solum esse dum tenebrae sunt super terra, neque dubitari potest mentem legis esse quod tunc solum pro vulnere simplici formetur Inquisitio, cum illa facta fuerit tenebrarum, & obscuratis tempore, id enim tantum petunt rationes supra factae n. 143. Si ergo crepusculum sit in tali statu quod homo facile recognosci possit, non erit formanda Inquisitio, de qua agimus, nam ad propositum adhuc dies dicitur. Sin autem, quando vulnere facta fuit, crepusculum fuisset in statu, ut jam homo facile recognosci non posset, erit dicenda facta de nocte, & Inquisitio formanda, quod placuisse videtur *Greg. Lop. ubi proxime, & in specie Cald. de emptione, & vendition. cap. 4. n. 20.* ubi dixit hanc *Ordinationem* locum non habere, nisi quando vulnere factae sunt tenebrarum tempore; quod tunc dicitur quando jam homo facile non recognoscitur.

121 Non procedit tamen legis nostrae dispositio, nec secundum eam formanda erit Inquisitio, si vulnus adeo leve sit quod vulneris nomen non mereatur, veluti si sit tantum gravicatura, id est, *huma arranhadura*, vel quasi, ita advertit, & non immerito *Barb. cum multis citatis ad Ordinat. hoc tit. 14.* novissime *Themudo decis. 59. n. 8.* & licet *Barbos.* loquatur in Inquisitione formanda propter vulnus in facile illatum, dicens non procedere in vulnere, tamen, quod ibi in eo casu probat, ex identitate rationis procedit in casu, de quo agimus, & succedit regula text. in l. *illud ff. ad legem Aquiliam.* Neque contrarium evincit *Ordinat. ista ibi, ora a ferida seja grande, ora pequena:* nam respondetur, quod non procedit quando non solum parvum, sed levissimum est vulnus, adeo vulnus appellari non possit.

122 Neque etiam procedet si non vulnere, sed contusiones, vulgo *pisaduras*, dicantur

dicantur factæ de nocte, ita vidi iudicatum in Senatu Portuensi, & fuit annullata Inquisitio, quæ super contusionibus fuerat formata, quod sanè a reum quasi favorabile potest admitti, sed dubio non caret: nam in *Ordinat. lib. 5. tit. 117.* non minus ex contusionibus quam ex vulnere recipitur querela, & contusio vulneris nomine comprehenditur videtur, imò sæpè gravius damnum inferunt contusiones, quam vulnera, ut probat experientia, sed dici potest de vulnere tantum, idest, *ferimento*. Ordinationem istam fuisse loquamur.

123 *Decimus quartus casus*, in quo formari debet Inquisitio ex dispositione *Ordin. dicto §. 31.* est *vulnus in facie inflictum*, vulgò, *Ferida no rosto*.

124 Faciei autem nomine comprehenduntur, frons oculi, nasus, os, mala, & mentum, secundum *Callepin. in dictionario verbo Facies*.

125 Non tamen procedit nostræ *Ordinationis* dispositio, neque secundum eam formanda erit Inquisitio si vulnus *levissimū* sit, ita ut potius gravitatura, idest, *rasgunho*, quam vulnus dici debeat, ita multis citatis advertit *Barbos. ad hanc Ordinat. n. 14.* & videtur cum ratione dictum, non enim Legislatoris mens esse videtur, ut pro re, & offensa adeò parvi momenti Inquisitio formetur, diximus in simili supra n. 121.

126 *Decimus quintus casus*, in quo ex dispositione dictæ *Ordinat. §. 31.* formari debet Inquisitio est *talis læsio, alicui in membro aliquo facta, ut illud ineptum remaneat*, idest, *aleijam de algum membro*. Si igitur aliquis talis modi vulneratus, vel contusus fuerit, ut læsum remaneat membrum, idest, *ficando aleijado*, formari debet Inquisitio.

127 Membri autem nomine intelligitur illa pars humani corporis, quæ sit integrum, & proximum instrumentum alicujus actionis, ita *Fellucius, de Sacram.*

tract. 19. cap. 9. n. 235. eodem ferè modo definit *Callepin. verbo membrum*, & non dissimili in effectu *Barbos. hic cū relatis n. 15.* & tres species membrorum inter proprias, & abusivas ponit *Sairo de censur. lib. 6. cap. 15. n. 11.*

Notandum tamen est quod aliquando latè sumitur membrum, quomodo sumptum cōprehendit partes illas, quæ pertinent ad decorem, ut barba, & capilli, *Fellucius, & Callepin. supra, Sairo de censur. dict. lib. 6. cap. 15. n. 11.* ad quæ membra non pertinet *Ordinationis* nostræ dispositio, requiri enim quod læsa, idest, *aleijada*, remaneat persona, quod non accidit per amputationem dictarū, & similium partium, ita explicandus est *Barbos. ad hanc Ordinat. quatenus dict. n. 17.* dicit, quod barba hominis non dicitur membrum, nam debet explicari, idest propriè, & strictè, vel ad propositum, de quo agitur.

Sunt igitur sine dubio membra: manus, pedes, oculi, *Felluc. & Callepin. & Sairo supra.* Quavis autem de oculo læso, propriè non videatur dici posse, *que fica aleijado*, ut requirit *Ordinat. hoc §. 31.* tamen contrarium est dicendum, & principale membrum principalissimū habens officium ineptum remanere, si oculus ita offendatur, quod luce careat, quæ tamen ad propositum disputaret supervacuum videtur; nam oculo offenso, ex alio capite est formanda Inquisitio, scilicet, quia est vulnus in facie inflictum, de quo diximus casu præcedenti. Ex eadem ratione de naso non disputamus. Auricula autem non est membrum ad propositum, ea namque abscisa remanet nihilominus sensus auditus, neque auricula proprium aliquod habeat officium, illa scilicet, auricula exterior, quæ est cartilago circa aurem, ut per *Sairo dict. cap. 15. n. 17.*

De digito poterat magis dubitari, sed verius est non esse membrum, ita asserente magis communi Canonistarū

opinionem teste *Fillucio supra. Sairo dict. cap. 15. n. 13. Farinat. cit. à Barb. ad hanc Ordin. §. 31. n. 16.* præcipue in materia odiosa, ut ipse considerat. Digito ergo absciso, non esse formandam Inquisitionem existimo, nisi ex alia ratione debeat formari.

131 Illud circa hujusmodi *Ordinationem* dubitari potest, quando, scilicet, hujusmodi Inquisitio sit formanda? Dubitari enim contingit per multum temporis post percussionem, an tandem debilitas, & læsio membri, vulgo *aleyam* sit remanura, & transactis diebus multis id apparet. Unde cum Inquisitio debeat regulariter formare intra duos, vel tres dies juxta distinctionem *Ordin. §. 31. vers. & sendo cometidos*, dubitari potest an adhuc possit formari, tamen non dubito Inquisitioni hujusmodi locum esse post multum temporis à vulneribus inflictis, quando jam aparuerit læsionem, idest, *aleyam*, remanere, de qua re infra fusiis *quest. 5.* quæ dubitatio cessat, quando alias pro ipsa vulneratione, quanvis membrum læsum non esset, Inquisitio formari deberet, nam aparente postea læsione succedunt dicta in simili supra n. 49.

132 *Decimus sextus casus*, in quo formanda est Inquisitio, ex dispositione hujus *Ordinat. sæpe citato §. 31 est inflictio vulneris cum balista, scolpeta, vel archibusio, idest ferimento feito com besta, espingarda, ou archabuz.*

133 Intelligenda est dicta *Ordinationis* dispositio, ut procedat, si vulnus infligatur cum sagitta projecta cum balista, vel globulo, vulgo *pelouro* projecto cum scolpeta, nam si quis ictu ipsius scolpetæ, vel balistæ alium percutiat, existimamus sine dubio, Inquisitioni locum non esse, nam in prædicto modo percussionis non consideratur odium, quod continet usus illorum instrumentorum, projiciendo sagittam, vel globulum, unde iste solum est in conside-

ratione, quod non obscure colligitur ex *Ordin. lib. 5. tit. 35. §. 4. ibi, com cada hum dos ditos tiros.*

Dubitari tamen potest an si vulnus fiat cum minori, vel breviori, scolpeta vulgo *com pistolete*, sit locus Inquisitioni? Dubitandi ratio, illa, est: nam in hac *Ordin. §. 31.* non nominatur *pistolete*, unde ad hujusmodi instrumentum non videtur extendenda hujusmodi odiosa dispositio ad *regulam Odis, cum ibi, notatis de regulis juris lib. 6. facit arrestum 55. adductum à Cald. 1. parte in quo decusum fuit pænas Ordinationis antiquæ, contra projicientes in aliquem sagittam cū balista, non comprehendere eos, qui cum scolpetis, aut archibusijs globulo idest, *pelouros* in alium projiciebāt, idest, *aos q atiram com espingarda, ou archabus,* simili igitur modo dicendum videtur, ex identitate rationis, in casu, de quo tractamus.*

Verum contrarium dicendum existimo; nam iste casus satis videtur comprehensus in *Ordinatione*, & non dicitur ejus extensio, ut in alio, de quo supra considerabat *Cabedo* dubitans de illius arresti justitia, imò in casu nostro alia datur apertior ratio; nam cum *Ordinatio* expresse hodiè nominet scolpetam, & scolpeta brevior, vulgò *pistolete*, in effectum nihil aliud sit quam scolpeta, nec mutet speciem, ex eo quod minor sit, magis enim, & minus non constituunt differentias específicas ex *regula text. in l. si is, cui alias is, cui ff. quemadmodum servitus amittatur, l. fin. ff. de fundo instructo*, imò cum sit odiosius instrumentum, ut satis colligitur ex *Ordinat. lib. 5. dict. tit. 35. §. 5.* negari non potest hujus *Ordinationis* dispositionem locum etiam habere in casu, quo vulnus infertur *com pistolete*. Ad fundamenta contraria patet responsio, advertendo, quod non est extensio, sed comprehensio.

Neque contrarium evincit decisio, 137 de

de qua *Phæbus* 1. p. *aresto* 108. ubi iudicatum refert globulum in alium projecera idest, *atirar com pistolete* non esse casum, in quo possit formari Inquisitio: nam facile respondetur illud arestum ut ibidem declaratur, habere tantum locum quādo vulnus non fuit sequutū, nos autem loqui, quando percussio fuit facta, in quo tantum casu loquitur, & procedit nostra *Ordinat. hoc* §. 31. licet ad alios effectus non denegamus, etiam vulnere non sequuto, pœnas incurri, ut statim explicabimus.

138 Dubitatur secundò, an iactus, idest, *o atirar a alquem*, cum dictis instrumentis sit Inquisitionis casus, si percussio non sequatur? Et videtur esse: nam *Ordinat. dict. lib. 5. tit. 35. §. 4. & 5.* gravissimas pœnas imponit cum huiusmodi instrumentis, ictus in alium mittentibus, licet percussio non sequatur, & ita Inquisitioni locum esse, licet non sequatur percussio, iudicatū testatur *Gama decis. 170. aliàs 171.*

139 Contrarium tamen dicendum esse credimus, ex eo solido fundamento: quia *lex nostra* expressit, tunc esse formandam Inquisitionem, quando percussio facta fuisset cum aliquo ex dictis instrumentis. Quānam igitur ratione, aut quo jure, potest dici formandam esse Inquisitionem, etiam vulnere non sequuto? Nullo certè. Ex quo fundamento iterum, atque iterum pretestatus fuit *Gama dicta decis. 170.* eo repugnante, & contradicente illud fuisse iudicatum. Facit decisio a *Phæbo adducta* 2 parte *aresto* 180. ibi iudicatum refert non esse formandam Inquisitionem pro damno dato in segete: nam *Ordinat. hoc tit. 65. §. 32.* solum eam permittit cum declarationibus, de quibus, ibi pro damno dato in pomario, & ita non est extendenda ad damnum datum in segete, multo minus igitur extendenda est *Ordinatio* ad casum tam dissimilem,

ut dicatur comprehendere etiam casum, in quo vulneratio non fuit sequuta, cum ipsa expresse loquatur in eo tantum casu, in quo percussio est sequuta.

Decimus sextus casus, in quo ex 140 dispositione sæpe dictæ *Ordinationis* §. 31. formanda est Inquisitio, est *coadunatio personarum*, vulgò *Assuada*.

Quid autem sit *Assuada*, colligitur 141 ex *Ordinat. lib. 5. tit. 45. in principio & §§ sequentibus*, & potest diffiniri ut sit *coactio sive coadunatio personarum non domesticarum, ad offendendum aliquem facta*.

In primis igitur constat, apud nos 142 solum puniri coactionem personarum extranearum, ut ita dicam: nam si quis cum domesticis tantum ad alium offendendū progrediatur, non dicitur fecisse *assuada*, etiam si tales sint domesticæ personæ, quod illis non possit imperari, ut advertit *Mascardus conclus. 533. n. 3.* unde omnino redditur suspecta decisio, de qua testatur *Phæbus* 2. p. *aresto* 140. vers. *Tambem* vi, ubi dicit, quod habita fuit pro *assuada*, coadunatio quatuor personarum ipsius domus nisi dicatur virtute revalidationis, de qua agit, fuisse Inquisitionem illam validam effectam.

Deinde certum quoque est debere 143 coadunationem fieri appetatè ad aliquem offendendum, ut exprimit dicta *Ordinat. in* §. 1. ibi *pera fazer mal, ou dano, consentiunt Farinat. in pract. quest. 113. n. 141. Menoch. cons. 28. n. 19. tom. 1. & deducitur ex l. 2. §. homines ff. de vi bonorum rapit.*

Præterea requiritur, quod ex proposito non vero casualiter cōgregatæ sint 144 illæ personæ, ut, argumēto *text. in l. §. si ab ignoto ff. de manumis. probat Barb. ad Ordinat. dict. lib. 5. tit. 45. §. 2. n. 1.* Intellego tamē si coadunati sic casualiter, expāt ad aliquem offendendū rixa, vel causa tunc orta, vel si uno cunte, alij

*Scudo 45 pæsto
inda? domestic
a quibus ha caso
de desaffo. l. de
12 de argto de
0747-*

non vocari, sed ex amicitia illum sequantur, si tamen (licet coadunatio casualiter sit facta. v.g. ad cœnandum, vel ludendum) ibi unus alios præcetur, ut vadant ad aliquem offendendum, non est ulla ratio, propter quam excusentur à coadunatione, id est, *assuada*, nihil enim interesse videtur, an sint simul, vel separatim vocati, & rogati, quem admodum nemo dubitaret coadunationem esse, si quis amicos aliquo loco congregatos simul convocaret, & suaderet, ut cum eo venirent ad aliquem offendendum.

- 145 Quot autem personæ coadunari debeant, ut dicatur personarum coactio, vel *assuada*, sic credimus *Jureconsult. in l. 2. §. dolo ff. de vi bonorum raptorum*, dicendum est alteram personam sufficere, ait enim (explicando edictum, & quando hominibus coactis damnum datum dicatur) *Sed & si unus tantum homo coactus sit ad hoc dicemus homines coactos.* Contrarium videtur asserere *Ulpian. in l. Prætor ait 4. ff. illo tit. de vi bonorum raptorum*, ubi explicando edictum contra eos, qui cum turba damnum faciunt, ait: *Turbam autem ex quo numero admittimus? & infra, si plures fuerint decem, aut quindecim turba dicetur.* Et quidem ad propositum tota difficultas consistit in colligendo ex verbis *nostræ Ordinatio*, an voluerit significare *fazer assuada* idem esse, ac cogere, & coadunare homines, an verò significare voluerit turbam coadunare necesse esse & quidem sprete disputatione, verius videtur turbam, & sic decem, vel quindecim homines esse necessarios. Moveor quia
- 147 *lex Castellæ 2. tit. 10. partita 7.* similibus utitur verbis contra committentes crimen, de quo agimus, & tamen insignis glossator *Greg. Lop.* ibi, verbo, *Tal*, resolvit verius esse, turbam requiri, & sic decem, vel plures, & quantum videatur loqui, quando coadunatio tantum

nullo damno sequuto, facta fuit, tamen *lex nostra dicto lib. 5. tit. 45.* distinguens diversos calus, non mutat phrasim, unde coadunatio eodem modo pro turba semper est intelligenda. Facit pro hac parte arrestum adductum à *Phæbo 2. parte arresto 140. vers. tambem vi*, ubi dici revalidatam fuisse quandam Inquisitionem super *assuada*, cum tamen quatuor tantum personæ fuissent coadunatæ, in quo agnoscit plures requiri, siquidem necessaria fuit revalidatio.

Quia tamen coadunatio persona 148 rum, vulgo *assuada*, non solum committitur, quando cum illa aliquis offenditur, sed etiam quando cum illa ingreditur aliquis domum alienam, ad eum offendendum, licet non offendat, ex *Ordinatio dict. tit. 45. in principio.* Immo etiam, si aliquem non offendat illa coadunatio tantum fit, quanvis cum ea, nec exeat, nec eat coadunans, dicitur tamen fecisse coadunationem, id est *assuada*, saltem ad effectum incurrendi pœnas pecuniarias, ita disponente *Ordinatio dict. lib. 5. tit. 45. §. 3.*

Intrat dubium, an in omnibus prædictis speciebus sit locus Inquisitioni? Nā cum ultima species coadunationis, pecuniarijs tantum pœnis puniatur ex *dict. §. 3.* consequens videtur formandū non esse Inquisitionem pro delicto, in quo tam levis pœna est statuta: nam pro gravioribus tantum fuisse institutas Inquisitiones, diximus supra in principio hujus quæstionis. Stat tamen in contrariū dispositio *Ordinatio dict. tit. 45. §. 4.* ubi post enumeratos omnes calus, statuit Legislator noster, quod iudex loci, in quo aliquis ex dictis casibus cōtingerit, formet Inquisitionē, ergo videtur etiam in dicto casu formanda, cum sit unus ex enumeratis supra, ex cuius *Ordinatio* dispositione ego non audeo asserere cōtrariū in specie, de qua agimus, nec ratio in cōtrariū de levitate criminis cōsiderata

con.

conueniens est; nam licet aliquando delicto imponatur levis pœna, tamen ex alijs rationibus illud perniciosum iudicatur, & conueniens est, ut quilibet ejus conatus à principio impediatur, puniendo etiam leue attentatum, quod ut consequatur Inquisitionem fieri iubet lex, ut invento delinquente, iustitia ex officio eum puniat.

150 *Decimus octavus, & ultimus casus*, in quo debet formari Inquisitio, ex dispositione dictæ *Ordinationis hoc tit. 65. § 32 est Damnum datum in horto, vel pomario, vulgò, dano em horta, ou pumar.*

151 Quoniam autem iste casus, non est propriè, & absolute Inquisitionis, solum enim ad petitionem partis non ex officio, formatur, & interrogantur octo tantum testes, ut in eadem *Ordinatione* exprimitur, breviter ab hujusmodi casu me expediam advertendo, quod hujusmodi *Ordinatio* non habet locum, quando damnum fuerit datum, casu, vel culpa alicujus, qui tamen non egit principaliter de damno inferendo, sed illud dedit aliud intendens. Moveor nam tunc solum potest considerari delictum, quando malitia, & intentione faciendi damnum illud datur, veluti quando aliquis in horto olus eradicat, vel arbores fructiferas in pomario cœdit malevolo animo damni faciendi, qui ex dictis factis colligitur, non autem quando aliquis, verbi grat. ducendo plaustrum per hortum alienum, vel abscindendo arborem, vel ejus partem, quia scilicet in proprium, & vicinum agrum umbras jactat, damnum fecerit; nam quanvis de damno teneatur, non tamen ex omni damno resultat delictum, quod sine voluntate delinquendi non committitur, ex regula *text. in l. qui injuria, cum illis, quæ ibi citat. glos. verbo, Distinguit. ff. de furtis*. Immo, causæ supra talibus damnis civiles sunt, non criminales, ut deducitur ex *Ordinat. lib. 2. tit. 1. in principio*, & resolvit

Gabriel Pereira decis. 58. n. 19. unde infero ad casum frequentissimum, quod scilicet non erit locus Inquisitioni, si aliquis conqueratur olera, vel poma ex horto, vel pomario sibi fuisse furto sublata: nam hoc damnum non fuit illatum animo faciendi damnum, sed lucrum reportandi, unde hujus *Ordinationis* dispositioni locus erit licet bene possit esse locus Inquisitioni, capite furti commissi, secundum dicta supra *casu 10.* Facit quia aliud est damnum, aliud furtum *text. in l. Nauta § fin ff. Nauta, capones, &c. & notat Barb hoc §. 32.*

Neque etiam locum habebit hujus *Ordinat.* dispositio, si damnum in lege te datum proponatur, ita *decisum testatur Phœbus dict. aresto 180. 2. parte*, & merito lex enim tantum de horto, & pomario loquitur. Unde cum odiosa sit non debet extendi ex juris regulis vulgaribus.

153 Alius, & quasi anomalous casus assignari potest, ex *Ordinat. lib. 5. tit. 115. §. 26.* ubi disponitur, quod si pervenerit ad judicis notitiam, fuisse pecus transductum ad alium Regnum, vulgò *q̄ alguem passou gado*, teneatur super tali formare Inquisitionem, de quo etiam delicto formantur generales Inquisitiones, ut habetur in eadem *Ordinat. §. 25.* ideò anomalum casum hunc diximus, quasi sit casus generalis, & specialis Inquisitionis.

154 In nullo alio casu, exceptis supra expressis, formari potest Inquisitio specialis, sive particularis, & si in alio formetur, nulla erit, nullumque producet effectum, ita disponente *Ordin. lib. 1. hoc tit. 65. §. 69. vers. & devassando*, & diximus supra in principio questionis, & colligitur aperte ex *Ordinat. lib. 1. tit. 5 §. 12.* Imò iudex in casu non concessio formans Inquisitionem subditur pœnis. *Ordinat. hoc tit. 65. §. 69.*

155 Poterit tamen Inquisitio nulla revolidari in Senatu, servata forma *Ord. lib. 1. tit.*

tit. 5. §. 12. quæ aperte disponit, quod si acta fuerint nulla ex eo quia Inquisitio fuisset formata in calu, quo non deberet formari, vel ex alio defectu, si tamen casus fuerit gravis, & delictum satis probatum, ita ut videatur conveniens delictum puniri, acta non annullentur, & procedatur in forma de qua, ibi agnoscit *Phæb. 2 p. arresto 140. vers. Tambem vi.*

156 Adverto tandem, quod in aliquibus

casibus, ultra supra enumeratos, potest, & solet aliquando Rex concedere specialiter, quod Inquisitio formetur, requiritur tamen ad hoc provisio, ipsa manu Regia signata, neque per Senatores Aulicos sive Palatinos concedi poterit, ut praxis observat, & de jure constat, quia illis non est hoc concessum, & testatur *Mendez à Castro in praxi 2. parte lib. 5. n. 1.*

QUÆSTIO IV.

Qui nam Magistratus possint, & debeant formare Inquisitiones de quibus agimus?

SUMMARIUM.

1 **D**E Inquisitionibus generalibus quos formandæ, diximus questione 2.

2 Inquisitiones super criminibus contingentibus, de quibus agimus questione præcedenti, per Prætores locorum vulgo, juizes das terras, & non per alios Magistratus formantur.

3 Præses Curialis criminalis etiam inquit super homicidijs, & vulnerationibus factis in Curia.

4 Auditor Basilicæ, vulgo al fandega, inquit de criminibus intra, eam commissis.

5 Probatur ad Prætores, & non ad alios præter exceptos proxime, inquirere pertinere super delictis contingentibus.

6 Suspectum est dictum Phæbi supponētis, Correctorem inquirere posse super homicidijs.

7 An judici loci delicti, an domicilij pertineat super eo inquirere, videtur controversum.

8 Certum est judici loci delicti, non domicilij competere inquirere, quatenus est devassa.

9 Inquirere proprie, est procedere ex officio judicialiter ad Rem puniendam.

10 Controversia Doctorum, de qua num. 7. de hac Inquisitionis specie intelligitur, non de illa, quæ est testium interrogatio, & informationum assumptio, idest apud nos devassa.

11 Ostenditur rationibus non esse delictam controversiam Doctorum cadere super illa specie Inquisitionis quæ dicatur devassa.

12 Pluris Magistratus solent inquirere quibus tamen id non competit.

13 Probatur assertio.

14 Confirmatur fundamentis, & argumento à vitandis inconvenientibus, & considerantur quæ sequerentur.

15 Qui agnoscit offensorem, debet proponere contra eum querelam.

16 Inquisitio contra certam personam, nulli fieri jubetur, & creditur reprobata.

17 Conveniens est, quod Prætores, vulgo os juizes, & non alij Magistratus inquireant.

18 Adducuntur alia fundamenta, quibus corroboratur assertio.

19 Prætores, sive judices inquirentes super delicto valide recipiunt informationes sive culpas resultantes contra Equites Christi,

Christi, ut eas ad suos iudices remittat.

20 Inquisitio super crimine, cuius cognitio pertinet ad certum iudicem, non ratione Rei sed ipsius causæ ad eundem iudicem pertinet.

21 Impugnatur Phæbus dicens, invalidas esse Inquisitiones formatas contra Equites Christi, per iudices non suos.

22 Cum pluribus iudicibus competit inquirere in uno casu, prius incipiens prævenisse dicitur, & potest alteri depræcari ut ad se culpas, & cognitionem remittat.

23 Iudex inquirens, per se ipsum debet interrogare, & examinare testes, nec potest committere, nisi sit Præses Curialis, in casu.

24 Iudex inquirens non potest ad se vocare testes commorantes in alieno territorio, & sic debet depræcari, at si in territorio sint, impediti tamen, poterit iudex attentata consuetudine examen committere.



QUÆSTIO, ista, quod attinet ad Inquisitiones generales, decisa remanet supra quæst. 2. ubi per totam nominatim diximus quales quisque

Magistratus possit, & debeat Inquisitiones generales.

2 Quod vero attinet ad Inquisitiones particulares, de quibus latè quæstione præcedenti egimus, dicendum est, uno verbo, illas formandas esse per Prætores locorum, vulgo *pellos juizes das terras*, em cuius julgados os casos acontecerem, si ve iudices foranei sint, si ve ordinarij, & per nullum alium iudicem formari posse, nisi ex speciali Regis concessione, exceptis præsidibus Curialibus, qui super homicidij, & vulnerationibus factis in Curia inquirent juxta dispositionem

3 *Ordinat. lib. 1. tit. 7. §. 25.* excepto etiam Auditore Basilicæ, qui de criminibus intra eam commissis inquiret ex dispositione *Ordinat. lib. 1. tit. 52. §. 11.*

Prædicta regula deducitur ex *Ordin. dict. lib. 1. tit. 65. sæpe cit. §. 31. ibi, & sendo cometido em a Cidade, ou villa, os juizes começaram a tirar sobre elles inquiriam, &c. & ibi, nam poderam os juizes allegar, q̄ nam começaram, &c. & ibi, o juiz perguntara, & lib. 5. tit. 45. §. 3. ibi, & o juiz do lugar em que cada hum dos sobre ditos maleficios acontecer, serà obrigado a tirar de vassa, &c.* Ex quibus, sine quæstione evincitur, has Inquisitiones particulares, de quibus, agimus, formandas esse per iudices, si ve prætores, & non per alios, exceptis dictis iudicibus de quibus num. præcedenti, & nullibi invenio ad alium iudicem pertinere tales Inquisitiones formare, unde mihi suspecta est supposito *Phæbi 1. p. arresto 6117. & 2. p. arresto 97.* ubi sentire videtur Correctores formare Inquisitiones super homicidijs nam *dict. arrest. 97.* dubitat, an valeat si jam formata sit per iudicem, & ita supponit, quod si non sit prius formata per iudicem Corrector eam valide format, & in *dict. arresto 117.* supposito, quod Corrector Inquisitionem super homicidio formavit, ad aliud transit. Ego sanè non video *Ordinationem* aut rationem legitimam, per quam dici possit Correctoribus pertinere Inquisitiones particulares formare.

Ad quem autem iudicem, an loci delicti, an verò domicilij pertineat formare Inquisitiones speciales, de quibus agimus, non videtur sine quæstione. DD. enim alij asserunt iudicem domicilij inquirere posse, alij verò contendunt id solum pertinere iudici loci delicti, vide *Gamma decis. 53. Cov. pract. cap. 11. n. 6. Barbos. in l. Hæres absens §. proinde tit. de foro delicti à n. 27. ff. de iudic. Clarum §. fin. quæst. 39. n. 4.* quam quæstionem ego non disputo, quia, ut statim probavimus ad nostram materiam, & quæstionem illa non pertinet.

Verum certissimum est iudici loci delicti, non domicilij incubere formare Inqui-

Inquisitiones super delictis in suo territorio contingentibus, quod aperte probatur in *Ordinat. hoc tit. 65 sepe citato §. 31. ibi, tanto que vier a sua noticia, que seus julgados sam commetidos, & lib. 5. tit. 45. §. 3. ibi, & ao juiz do lugar em q̄ cada hum dos sobre ditos maleficios acontecer, serà obrigado a tirar devassa, optima Ordinat. dict. tit. 65. §. 65. ibi, inquirendo somente cada hum no lugar de sua jurisdicam.*

- 9 Neque prædicta controversia DD. ad speciem, de qua agimus, pertinet, licet prima facie videatur in proprio casu, de quo tractamus eos loqui, nam est advertendum, quod inquirere, & procedere, per viam Inquisitionis, in jure propriè significat procedere ex officio, & pro parte justitiæ contra aliquem, quod latissimè, & utilissimè probavimus infra *questione 9. per totam.*
- 10 Illa est igitur quæstio quam DD. prædicti tractant, an scilicet judex ex officio debeat, vel possit procedere, ad puniendum subditum suum in alieno territorio delinquentem, nam si quis, quod aliquis fuit querelatus coram judice Vimaranesi ubi domiciliū habebat, de delicto commisso in Civitate Portuensi, & pars offensa postea non accusat, vel judex Portuens. remisit judici Vimaranesi culpas per Vimaranesem incolam in territorio Portuensi commissas, adde, quod in dicto casu nullus datur accusator (si enim pars offensa accuset, non potest dubitari judicem Vimaranesem procedere posse, *Cov. supra n. 5. Barb. n. 28.*) Ecce intrat quæstio, quam DD. supra dicti tractant, & in tali specie inveniuntur pro utraque parte fundamenta. Pro negativa facit, quod iste Reus cum non deliquisset in territorio Vimaranesi, illam Rempublicam non offendit, & sic cessat ratio, propter quam judici incumbit ex officio procedere ad puniendum delinquentem. Pro affirmati-

va facit ratio *l. congruit ff. de officio præsidis*, ubi dicitur, quod convenit purgare Rempublicam hominibus malis, & criminosis, unde videtur, quod ex hoc capite saltem potest judex domiciliij procedere, licet crimen non fuisset commissum in suo territorio, quas rationes, & aliàs adducunt DD. & per eas scinduntur in varias sententias, & *Clarus dict. loco n. 4. resolvit sequendam in hac re consuetudinem*, & asserit Mediolani observari, quod ibi ex officio puniantur in alijs territoris delinquentes, qui Mediolani sua habent domicilia.

Non tamen est, nec esse potest quæstio, an Judex domiciliij possit formare Inquisitionem, id est interrogare triginta testes, super delicto extra suum territorium commissum, inquirendo quis illud commiserit, quod patenter probatur ex inconvenienti, & morali impossibilitate, nam neque delicta alibi commissa pertinent ad cognitionem judicis domiciliij, & esset confundere jurisdictiones, nec ad illum pervenire solet notitia, nec posset habere, aut cogere testes alterius territorij ad deponendum coram se, & quia hæc sunt patentia, & solum poterit aliquis dicere, quod prædicta quæstio potest procedere quando ad notitiã judicis jã pervenit, quod Titius ejus, subditus, & in Vimaranesi oppido habitans comisit v. g. homicidium Ulyssipone, ita ut tunc inter quæstionem an possit formare Inquisitionem interrogando testes id est, *tirando devassa*, dicimus quod neque in hac specie, etiam stando in terminis juris communis, potuit dubitari, an per judicem domiciliij, & non delicti esset formanda Inquisitio id est, *se devia tirar devassa*, nam hæc Inquisitio jam non erat ad inveniendum delinquentem, sed contra illam certam personam, quas Inquisitiones nullibi jus fieri jubet, sed super delictis ad inveniendos delinquentes, nec facile,

facile, imò difficilime iudex domicilij
posset habere Vimarani legitimos tes-
tes ad formandam Inquisitionem super
delicto Ulyssipone, vel forte apud In-
dos commisso, nec talis forma Inqui-
sitionis fuit unquam in jure, vel in pra-
xi cognita, non igitur de illa agunt DD.
sed quærunt, ut diximus an iudici do-
miciij incumbat punire Reum, & con-
tra eum procedere ex officio in termi-
nis, de quibus supra n. 10. scilicet, quan-
do aliàs apud eum est Reus culpatus,
quod aperte agnoscit *Clarus dict. quæst.*
29. n. 4. Quæ gratis sint dicta, apud
nos enim dubitari non potest solum ju-
dici loci delicti competere inquirere,
id est *de vassar*, ex prædictis apertissimis
Ordinationibus citatis supra n. 8.

*Defenditur iudices creatos ad cognoscendū
de causis certarum personarum non pos-
se inquirere super delictis contingen-
tibus quæ dicuntur commissa per
subditos eorundem ju-
dicum.*

12 Ex dictis supra num. 2. infero iudi-
ces illos, qui non sunt Ordinarij, vel
forenses, non posse Inquisitiones, de
quibus agimus super delictis contingen-
tibus formare, licet dicantur delicta
commissa per eos, qui eorum jurisdic-
tioni in criminalibus subsunt, & ita
neque Cōservatorem Universitatis Co-
nimbricensis, neque Judicem Fisci, ne-
que Judicem Equitum, neque alium si-
mitem posse formare Inquisitionē, vul-
go *tirar devassa*, super aliquo homici-
dio, vel alio crimine contingenti, licet
dicatur commissum per illum, qui ejus-
dem jurisdictioni subiectus est, & con-
trariam praxim, quam aliqui observant,
jure non fundari, nec sine perturbatione
Reipublicæ observari posse, & sane mi-
ror, quod Nostrates ad hanc rem non
attendant, de illa enim non invenio ali-
quem tractantem.

Quæ quidem nostra illatio pluribus 13
nititur fundamentis. Primò, quia quan-
do aliquid certis personis tantum con-
ceditur, cæteris prohibitum videtur, ex
regula text. in l. Maritus C. de procurat. &
in l. quod labeo ff. de cōpensat. cū similibus.
At solum Prætoribus, & alijs quibus-
dam Magistratibus expressis in *Ordina-
tione*, inquirendi potestas datur, ergo
cæteris, id non competit. Dixi, quibus-
dam alijs, quia Præses Curialis potest
inquirere super criminibus in Curia
contingentibus ex *Ordin. lib. 1. tit. 7. §.*
25. & Auditor Basilicæ Ulyssipon. su-
per criminibus in eadem Basilica. vul-
go, *Alfandega*, commissis, quasi iudex
ordinarius illius loci, *Ordinat. lib. 1. tit.*
52. §. 11. & diximus supra n. 3. & 4.
Maior prædictæ argumentationis pro-
bata remanet, Minor probatur, nam
nullibi invenitur in *Ordinatione* data po-
testas inquirendi nisi Prætoribus, vul-
go *aos juizes*, & Magistratibus (de qui-
bus proxime) ut patet ex *Ordinationi-
bus* relatis, & expensis supra n. 5. conse-
quentia colligitur in forma.

Secundo probatus per argumentum 14
ab absurdo vitando, quod in jure vali-
dum est, *ex notatis per text. ibi in l. Nam
absurdum ff. de bonis libert.* Nam seque-
rentur plura absurda. Primum, quod
si omnes, qui habent jurisdictionem ad
cognoscendum de causis aliquarū per-
sonarum deberent, vel possent inqui-
rere, qui delictum diceretur commis-
sum ab eo, qui est subiectus ejus jurif-
dictioni, sequeretur, quod super uno
crimine, veluti homicidio, quod à plu-
ribus, scilicet, Clerico, Familiari Inqui-
sitionis, Scholastico, & milite cōmissum
dicitur, plures iudices inquirerent, qui-
libet ratione sui subditi, quod esset in-
finitum, & omnia confundere. Secun-
dò nam cum isti iudices, vel non li-
mitatum, vel amplissimum habeant ter-
ritoriū, deberēt ire ad remotissimas Pro-
vincias pro formandis Inquisitionibus
contra

contra suos subditos, quando diceretur eos comisisse delicta, quod non solum inconueniens, sed impossibile foret. Unde dicendum non est legem id voluisse. Deinde, sæpe in vanum formarentur ab eis tales Inquisitiones, cum si constaret alienum subditum, non proprium commisisse crimen, nec aduersus hunc recipere possent testium depositiones, quia sunt iudices limitatam habentes jurisdictionem circa certas tantum personas. Præterea quia ille privilegiatus, contra quem inquit iudex, facile poterit irritam reddere illam Inquisitionem, renunciando suo privilegio *ex regula text. in l. Siquis in conscribendo. de pactis.* Tandem quia sequeretur, quod etiam possent formare Inquisitiones generales, quia diceretur eorum subditum comisisse aliquod ex illis criminibus, de quibus interrogari solet in Inquisitionibus generalibus quod quam absurdum esset, nemo non videt.

Tertio, quia Magistratus illi, de quibus agimus, non possunt ullo fundamento, inquirere super delictis contingentibus, nisi ex eo, quod dicantur comissa à suis subditis. At si recte attendimus, ubi primum Inquisitio dirigitur contra certam personam, statim omnes juris, & *Ordinationis* regulæ infringuntur, totusque ordo, & ratio rerum confunditur. Nam ordo est, quod si offensus ignorat offensorem, iudex inquirat ad eum inveniendum, & puniendum etiam si nemo accuset *Ordinat. lib. 1. tit. 65. §. 31.* At si offensus agnovit offensorem debet querelam contra eum proponere juxta *Ordinat. lib. 5. tit. 117. per tot. & probavimus supra quæst. 1. n. 11.* Unde si sumus in terminis prioris casus, & ignoratur delinquens, cessat ratio, & fundamentum, quo Magistratus ille potest prætenderet sibi licere inquirere in illo casu. Si verò sumus in terminis secundi casus debet intentari via querelæ, non Inquisitionis; ergo in illo casu potest

inquire iudex ille, qui ad inquirendum debet fundare suam intentionem in eo, quod delinquens, est ejus subditus.

Quarto quia, cum non possit talis ¹⁶ Magistratus inquirere, nisi dirigendo Inquisitionem contra illam certam personam sui subditi, & contra illum specialiter inquirendo, necessario videtur illa Inquisitio specialis, & sic prohibita per *text. notissimum in cap. Qualiter, & quando de accusat. cap. licet Heli de simonia*, nisi infamia præcedat, quæ quidem non semper, immo raro præcedit, & per consequens illæ Inquisitiones sine ea factæ injustæ essent. Et quanvis nos defendamus latè *quæst. 9. ad Inquisitionem*, quatenus est interrogatio, non requiri infamiam præcedentem, longeque aliter rem istam, & prædicta jura procedere intelligamus, tamen communis existimant nullam esse Inquisitionem, idest *de vassa especial*, infamia non præcedente. Et quidquid sit, certum est jus commune, vel *Ordinationem*, nullibi jubere, quod fiant Inquisitiones contra certas personas, dirigendo contra illas tantum interrogationes delicti, imò contrarium fieri debere probavimus latè *quæst. 1. n. 11. cum sequentibus.* Unde cum Magistratus, de quibus agimus, solum tunc possint dicere illis licere inquirere, quando scilicet eorum subditus delictum comisisse dicitur, & contra eum inquirunt nominatim, vel fateri debent non posse inquirere, si generaliter inquirunt, vel illis obstare prædictas juris, & rationis regulas, in casu, in quo inquirere posse existimant.

Quinto quia conveniens est, quod solus prætor, vulgo *Juz de fora, ou ordinaro*, inquirat generaliter super criminibus in suo territorio commissis, à quo ut pote à fonte recidiant cæteri Magistratus informationes, sive culpas, quæ inventæ fuerint contra suos subditos, ut eos puniant, de eorumque causis cognoscant juxta formam privilegij, & jurisdic.

jurisdictionis suæ.

18 Sexto prædictis Magistratibus inquirendi potestatem vulg. *de devassar*, non obscure denegat *Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 24. & lib. 5. tit. 88. §. 16.* ubi disponitur, quod iudices formantes Inquisitiones super delictis contingentibus, remittant ad iudices Ecclesiasticos culpas, siue informationes quas invenerint contra personas ecclesiasticas, quasi agnoscendo Iudices illos, nec debere, nec solere formare Inquisitiones super delictis contingentibus, quod etiam colligitur ex *Constitut. Brachar. tit. 35. Constit. 1. §. Item poderà*, ubi, disponitur, quod quando iudices sæculares inquireunt, ecclesiastici ab eis petant informationes, siue culpas, quas invenerint contra ecclesiasticas personas, in quo agnoscere videtur, iudices Ecclesiasticos non inquirere super delictis contingentibus, etiam si dicatur illa commissæ à suo subdito.

Cum igitur certis tantum Magistratibus territorium habentibus, & in eo ordinariam jurisdictionem, inquirendi munus committat *Ordinatio* nostra, cum que inconvenientia, & absurda sequerentur si inquirent iudices alii, qui respectu certarum tantum personarum jurisdictionem habent. Dicendum est prædictos Magistratus inquirendi potestatem non habere. imò Prætoribus tantum, non alijs Magistratibus [excepto Præsede Curiali, & Auditore Basilicæ] id competere. Non obstante usu contrario, si in aliquo iudicio introductus dicatur, non enim jure probari potest.

19 Quæ dicta sunt, sentire videtur *Gabr. Perera decis. 58. num. 11.* ubi concedit valide recipi informationes per iudices ordinarios inquirentes contra Equites militiæ Christi, siue alterius, licet postea suis iudicibus sint remittendæ, ut de illis cognoscant. Et sic videtur intelligere iudices illos non inquirere, sed

Prætores tantum, vulgò *os juizes da terra Ordinarios, ou de fora*. Et quidē plurimorum iudicū usus hæc, quæ resolvimus observat, non enim inquirere solent periti iudices Ecclesiastici, etiam si dicatur per suum subditum crimen commissum, sed ab ordinario, vel forensi iudice, qui infalibiler inquiret, informationes recipit, vel petit, quæ inventæ fuerunt contra personam jurisdictioni suæ subiectam, & sic similiter videt sæpe fieri per iudices privilegiorum, qui si omnes inquirerent, confusiones, & inconvenientia supra cõsiderata resultarent.

Non tamen inficiamur posse iudices aliquos habentes jurisdictionem respectu certarum causarum, inquirere, quando contingit casus ad illam causam pertinet. Veluti quando committitur sacrilegium, tunc enim iudex Ecclesiasticus rectè inquiret, quis commiserit; nam à quocumque sit commissum competens est. Vel quando committitur furtum in rebus ad fiscum pertinentibus, poterit enim iudex fisci, ex dicta ratione, tunc inquirere, vel quando format Inquisitionem generalem, de qua in *Regimine fisci §. 36.* vel *Conservator Universitatis in specie, Statuti lib. 2. tit. 27. §. 9. 24. & fin.* At tunc non inquirent ratione sui subditi, vel quia dicatur delictum commissum ab eo, qui ratione privilegij eius jurisdictioni subicitur, quod fieri non posse contendimus, sed ratione causæ, & ipsius delicti, quod ab eo puniri potest, à quocumque dicatur commissum, & nos solum negamus posse formare Inquisitionem specialem super homicidio, vel alio crimine contingenti ex eo, quia dicatur commissum ab eo, qui eius jurisdictioni subest, & ita potest generaliter inquirere. Vel si lege, aut privilegio speciali illi sit concessum, ut inquiret super delictis quæ dicentur commissæ ab illis, qui suæ subsunt jurisdictioni.

Ex dictis, & resolutis supra infertur 21
Hh caven-

cavendum esse à *Phæbo* 2. p. *arest.* 164. ubi asserit, plures iudicatum fuisse invalidas esse Inquisitiones formatas contra Equitas per eos iudices qui jurisdictionem in eos non habent. Nam si intelligit quod iudex ordinarius non potest valide recipere testes deponentes in Inquisitione super delicto contra Equitem, suspecta est talis assertio, tam ex his, quæ scribit *Gabr. Pereira dict. decis.* 58. num. 11. quam ex eo, quia magis incapax est iudex sæcularis respectu clerici, & tamen bene recipit informationes contra eum in Inquisitione, quam format super delicto contingenti, ex dicta *Ordinat.* lib. 2. tit. 1. §. 24. & lib. 5. tit. 88. §. 16. & ex dict. *Constit. Bracharens.* tit. 35. *Constit.* 1. §. Item poterat Et generaliter firmabimus infra *quæst.* 8. in omni iudice incompetenti sive incapaci. Si autem intelligit invalidam esse Inquisitionem formatam directe, & specialiter contra Equitem, per iudicem secularem, vera esse poterit dicta assertio, at ex alia ratione. Non verò ex eo, quod inquirere contra Equitem pertineat suo iudici hoc enim negamus ex rationibus supra dictis.

²² Quando autem contingit pares iudices ambos inquirere super eodem crimine, vel apud alterum querelam proponi ille dicitur provenisse, qui prius incepit inquirere, potest alteri inhibere, ne cognoscat, & depræcari, ut sibi remittat acta formata super illo crimine, ita practicari testatur *Phæbus* 2. p. *arest.* 97. *vers.* *nesta Cidade.* *Mendez à Castro in praxi* 2. parte lib. 5. cap. 3. num. 3. ubi allegando *Phæbum*, dicit [*legide sane*] *Phæbus non omnino malus author*, similiter in Romana Curia observari testatur *Farrinat. in praxi de Inquisitione questione*

7. num. 58. in fine, contradicentibus tamen *Gramatico, Baldo, & Bossio ab eodem citatis.* Non tamen facile est exemplificare qualiter duo possint inquirere super eodem delicto, nisi in Ecclesiastico, & sæculari in casibus mixti tori inquirentibus exemplificemus.

In casibus autem, in quibus iudex²³ inquiret per se ipsum inquirere tenetur, & teste interrogare, & alteri non potest eorum examen committere ex *Ordinat.* lib. 1. hoc tit. 65. §. 33. & tit. 7. §. 25 in fine *Mendez à Castro in praxi* 2. p. lib. 5. cap. 3. n. 1. ubi asserit iudicatum fuisse nullam esse Inquisitionem, in qua per alium, quam per iudicem fuerant testes examinari. Præsidi tamen Curiali specialiter est concessum, ut in casu vulnerum inflictorum (nisi tamen sint læthalia) possit testium examen committere, in *Ordin.* lib. 1. dict. tit. 7. §. 25.

Sin autem testes aliqui absint à²⁴ Provincia, sive territorio inquirentis, & necesse sit eos interrogari, cum iudex non possit ex aliena Provincia eos ad se vocare, secundum ea, quæ tradit *Cabedo* 1. parte *decis.* 15. num. 5. & *latius Barb. in remissionibus ad Ordin.* lib. 3. tit. 55. §. 6. sub num. 3. videtur posse committere iudici illius territorij, & ab eo de precari, ut eos interroget, agnoscit *Clarus in pract. crim. dict.* §. fin. *quæst.* 26. num. 2. & 3. non solum quando in alterius territorio testes essent, sed etiam, si intra territorium sint, impediti tamen, ut non possint ad iudicem venire, nam etiam in hoc casu, secundum *Clarum*, poterit iudex ad eos mittere notitiam, quod [quid de jure sit] de consuetudine tamen observari testatur idem *Clarus dict.* num. 3.

QUÆSTIO V.

Intra quod tempus debeant incipi, & terminari Inquisitiones, de quibus agimus, & quas pœnas incurrant iudices, in eis formandis negligentes?

SUMMARIUM.

- 1 **I**nquisitiones generales incipi debent temporibus, & terminis, supra quæst. 2. declaratis.
Declaratur Ordinatio citata. ut non procedat in iudiciis foraneis.
- 2 Terminari debent Inquisitiones intra triginta dies computando à die quo fuerint inceptæ.
- 3 Quavis iudex etiã negligenter se gerens, non incipiat, vel nõ absolvat Inquisitiones, nihilominus tamen elapsis dictis terminis, debet incipere, vel absolvere.
- 4 Quando terminus assignatur ad aliquid faciendum, eo elapso, non cessat obligatio faciendi.
- 5 Inquisitiones formatæ extra prædictos terminos, validæ nihilominus sunt.
- 6 Pœna iudicium non formantium Inquisitiones generales. Remissive.
- 7 Pœna Edilium non formantium Inquisitiones sibi injunctas. Remissive.
- 8 Pœna Correctorũ nõ formatiũ Inquisitiones generales sibi injunctas Remissive.
- 9 Ignorantia non potest excusare iudices, qui nõ formarunt Inquisitiones generales.
- 10 Inquisitiones super delictis contingentibus intra quod tempus incipi debeant.
- 11 Inquisitio super incendio debet incipi ipsa die, vel sequenti post ignem placatum.
- 12 Inquisitio super læsione membri vulgo aleijam, incipi debet quando tandem a paruerit illam resultare.
- 13 Inquisitio debet incipi, & absolvi intra diem. si aliquis sine culpa formata fuerit incarceratus.
- 14 Impugnatur Phœbus supponens octo dies esse assignatos ad incipiendas Inquisitiones in Civitate Ulyssiponensi, & dicens annum esse assignatum ad Inquisitionem, de qua agit formandam.
- 15 Terminari, & absolvi debent Inquisitiones, intra triginta dies computandos à die commissi criminis.
- 16 Inquisitio super incendio terminari debet intra quindecim dies sequentes.
- 17 Pœna iudicũ non incipientiũ, vel non terminatum Inquisitiones, de quibus agimus, in terminis præfixis Remissive.
- 18 Justum impedimentum excusat a dictis pœnis.
- 19 Attenta lege nostra non excusat ignorantia criminis commissi.
- 20 Validæ sunt Inquisitiones inceptæ, vel absolutæ, elapsos dictos terminos à lege præfixos.

Dicemus Primò de Inquisitionibus generalibus, deinde de particularibus. Inquisitiones igitur generales, de quibus agimus supra quæstione secunda, debent incipi temporibus, & terminis in eadẽ quæstione, ubi videantur. Adverto tamen quod licet Ordinatio. hoc tit. 65. §. 39. disponat, quod iudices intra decem dies, postquam inceperint munus suum inservire, formet Inquisitiones de quibus ibi, super officialibus justitiæ, & alijs delictis, tamẽ id non procedit in iudiciis foraneis, nec in illis verificari potest ordo ille, sufficit igitur quod quolibet anno formet prædictas Inquisitiones quo tempore ipsis videbitur, ita colligitur ex Ordinatio. tit. 65. §. 72. quæ tamẽ aliæ Inquisitiones certis mensibus formandæ sunt, in illis erunt etiam per iudices foraneos formandæ.

2 Terminari autem debent Inquisitiones generales intra triginta dies computandos à die, quo fuerint incepta, ita habetur in *Ordinat. hoc tit. 65. dict. §. 39.* neque obstat *Ordin. eodem tit. §. 31. in fin. ibi, & as acabarão de tirar, do dia que os maleficios forem cometidos até trinta dias.* Nam loquitur de Inquisitionibus particularibus, de quibus infra dicemus, non de generalibus, de quibus nunc agimus, in quibus non potest computari terminus à die commissi criminis, nam non formantur super certo crimine contingenti, ut patet.

3 Quanvis autem, vel impeditus, vel negligens iudex prefixis temporibus non incipiat, vel non absoluta Inquisitiones inceptas, nihilominus post illos terminos formare posse, & debere, [licet non impunè, ut infra dicemus si negligentia notetur] videtur, primò quia, quando certum tempus imponitur tanquam terminus ad aliquid faciendum eo elapso non cessat obligatio illud faciendi ex *text. in l. Celsus ff. de receptis arbitris Sanchez in Dicalag. lib. 2. cap. 5. num.*

4 Hinc infertur, quod Inquisitiones extra dictos terminos formatæ validæ erunt: nã si iudex potest, & debet etiã transacto termino, illas formare, ut proximè diximus, sequitur quod nullæ non erunt, non enim debemus dicere quod jus præcipiat fieri, quæ valere non debet argumento *text. in l. Hæc stipulatio ff. Divus ut legator non caveatur.* Facit nã non debet iudicis negligentia nocere Reipublicæ, nec in ejus potestate debet esse, quod omittendo Inquisitiones delicta maneant impunita, quod jus non patitur immò *Ordin. lib. 1. tit. 5. §. 12. in jūgit,* quod possint revalidari Inquisitiones in terminis, de quibus ibi, licet fuisset formatæ in casibus, in quibus eis locus non erat, & sic nullæ essent; Multo magis, ergo credendum est noluisse eas invalidas esse ex dictis omissionibus

judicum, & in effectu judicatum fuisse nõ esse invalidam Inquisitionem formatam post terminum à lege præfixum, refert *Phæb. 2. p. arrest. 158.* fatemur tamen quod loquitur in casu speciali, & reddit rationem specialem, & quod *1. p. arrest. 139.* judicatum refert, quod nulla tuit pronunciata quædam Inquisitio non absoluta intra triginta dies. Nihilominus tamen standum est resolutis, neque in contrarium movere debet dictum *arrestum 139.* non enim videmus, quo jure fundetur, & repugnant supradicta, & ab eo cavendū quatenus ait fuisset inceptam Inquisitionem intra triginta dies *Ordinationis* quasi in aliqua *Ordinatione* fuissent triginta dies assignati ad Inquisitiones incipiendas.

5 Pœna iudicum non formatium prædictas Inquisitiones, habetur in *Ord. nat. hoc tit. 65. dicto §. 69. & in casu lib. 5. tit. 88. §. 13.* Edilium verò non formatium Inquisitiones sibi injunctas, pœna habetur in *Ordinat. lib. 1. tit. 68. §. 15.* Correctorum tandem in eadẽ re negligentium, pœna exprimitur in *Ordinat. eodem lib. 1. tit. 58. §. 34. fine.*

6 Quanvis autem *Barb. ad hanc Ordin. §. 9. 31. n. 21. & 22.* dicat pœnas nõ incurri, si iudex ignoravit, vel nemo denunciavit delictum tamen tales excusationes non possunt cõpetere pro Inquisitionibus generalibus, de quibus agimus, sed tantum pro particularibus super delictis contingentibus, de quibus infra; generales enim Inquisitiones semper sunt formandæ secundum legem ipsam, & non pendent ab aliquo crimine, sive ejus notitia, ut patet.

7 Quod vero attinet ad Inquisitiones particulares, quæ super certis delictis, quãdo cõtingerit, sunt formandæ, de quibus agimus supra *quest. 3.* dicendū illas esse incipiendas regulariter intra dubiū post delictum cõmissum, si illud cõtingat in eodem loco ubi iudex residet, sin autem interitorio, vulgo *no termo delictum*

etum contingat incipi debens intra tri-
dium à die notitię computandum, ita
disponit *Ordinat. hoc tit. 65. dict. §. 31.*

- 11 Sunt tamen aliqui speciales casus, in
quibus Inquisitiones, de quibus agi-
mus, debeat incipi intra diversos termi-
nos. Primus est ille, de quo in *Ordinatio-
ne lib. 5. tit. 86. §. 2.* scilicet, *super incendio*,
in quo casu Inquisitio debet incipi ipsa
die, vel sequenti post ignem placatum.
- 12 Secundus casus ille potest assignari, de
quo agimus supra *questione 3. n. 131.*
scilicet casus, in quo aliquis ex illato
vulnere remanet, quo ad aliquod mem-
brum, ineptus, idest *aleijado*, nam ut ibi
cõsideravimus id sæpillimè non cõstat
à tempore illati vulneris, sed post mul-
tum tẽporis apparet, unde ab eo in quo
apparuerit necessario, & non antea de-
bet terminus currere. Tertius casus ha-
beretur in *Ordinatione lib. 1. hoc tit. 65. §.*
37. ubi si aliquis sit in flagranti carcera-
tus usque ad sequentem diem debet In-
quisitio formari. Quartus casus de du-
citur ex *Phæbo 2. p. arrest. 158.* ubi deci-
sum refert in Civitate Ulyssiponensi nõ
esse attendendum terminũ octo dierũ,
sed post eum elapsum, etiam intra an-
num, incipit Inquisitionem propter
magnitudinem illius Civitatis, in qua
non tam cito habent iudices notitiam
delictorum contingentium.
- 14 Cæterum prædictam arestum aliqua
habet suspecta, nam primo quatenus,
dicit, quod octo dies assignari per *Or-
dinat. hoc tit. 65. §. 31.* non habent locũ
in Civitate Ulyssiponensi, supponit fal-
sum; nam pro delictis contingentibus
in loco ubi iudex residet, non octo, sed
duo tantum dies sunt assignati, in dicta
Ordinatione, & quanvis eadem *Or-
dinatio* inferius dicat, quod transactis
diebus octo, non est verosimile, quod
ad iudicis notitiam non pervenit de-
lictum, loquitur in commissis in ter-
ritorio, ut declarat ibi, *porque nam
he de crer, que em oito dias naõ venha à*

*noticia dos juizes, em cujo termo foy com-
metido.* Et ibi non ponitur octo dierum
terminus ad principalem obligationem
iudicis, pro hac enim sunt assignati
duo, vel tres dies, ut supra diximus,
sed ad excludendam omnem excusatio-
nem iudicis, & ad presumendum con-
tra eum, ita ut à pœna non excusetur.
Suspecta igitur est dicta decisio, & con-
tra mentem, & verba dictæ *Ordinationis*
etiam dato, quod octo dies concede-
rentur, ibi, pro delicto cõmisso in ipsa
Civitate, seu villa. Deinde nescio, quo
jure assignetur, ibi, annus ad forman-
dam Inquisitionem super casu, de quo
agit, talis enim terminus ubinam est
præfixus? Sanè si pretendit decisio illa
significare, quod non est nulla Inqui-
sitio formata post terminos à lege præ-
fixos, id nos libenter fatemur, & defen-
dimus supra *num. 5.* si autem vult si-
gnificare, quod iudex non incurrit pœ-
nas *Ordinationis*, de quibus supra remis-
sivè, & quod sine earum metu poterit
intra annum Inquisitionem formare,
excusante eum ratione, & causa ibi
assignata; id profus negamus, nec vide-
mus, quo jure possit probari.

Terminari autem debet regulariter
Inquisitiones particulares, de quibus ¹⁵
agimus, intra triginta dies computan-
dos à die commissi criminis, ita dispo-
nente *Ordinat. sæpè citat. §. 31.* Neque
obstat *Ordinatio eodem tit. 65. §. 39.* ubi
triginta dies computantur a die ince-
ptæ Inquisitionis, nam loquitur in In-
quisitionibus generalibus, ut supra ad-
vertimus, in quibus cum non detur dies
criminis [super certo enim aliquo cri-
mine non formantur] non potest ab eo
computari terminus, prout computatur
in particularibus, quæ super certo cri-
mine, quod contingit, formantur.

Limitatur regula proximè posita, ut ¹⁶
non procedat in casu, quo Inquisitio
formatur super incendio, in quo debet
terminari intra quindecim dies sequentes

Ordinat. lib. 5. tit. 86. §. 2.

- 17 Poena autem judicum non incipientium, vel non terminantium Inquisitiones particulares inter terminis à lege præfixis, & à nobis supra expressis, habetur in *Ordinat. hoc tit. 65. dict. §. 69.* In casu autem incendij judex Inquisitionem terminis ibi præfixis non formans, incurrit poenam *Ordin. lib. 5. tit. 86. §. 2.* In casu autem carceris privati non formans, incurrit poenam *Ordinat. lib. 5. tit. 95. §. 5.*
- 18 Videndum tamen est an excusari possit judex ne poenas illas incurrat, & quidem justo dato impedimento non dubito excusandum, secundum regulas juris ordinarias, quæstio potest esse, quando non allegat justum impedimentum, sed tantum ignorantiam delicti commissi, asserens ad ejus notitiam prius non provenisse. In qua quæstione *Barboza hic ad dictum §. 31. n. 21. & 22.* asserit, quod judex excusatur, si nemo denunciavit, & quod præsumitur ipsum notitiam non habuisse, si scientia non probetur, quod etiam est secundum regulam *text. in lege Verius ff. de probationibus,* & in effectu à die scientiæ, non ante currere terminum præfixum judici ad inquirendum super delicto, scripsit cum *Bartulo. Clarus in pract. §. fin. quæst. 51. num. 5.* Cæterum quidquid de jure communi sit, nostra tamen lege *attenta,* contrarium dici debet ex *Ordin. dict. §. 31.* quæ licet dicat: à die notitiæ computandum terminum ad incipiendam Inquisitionem, quando delictum contingit in territorio, tamen addit, quod transactis octo diebus post

crimen commissum non possint judices allegare ad eorum notitiam non provenisse crimina fuisse commissa, quia non est credibile. Ex qua *Ordinatione* apertè via allegandi ignorantiam judicibus præcluditur, quasi presumptione juris, & de jure contrarium probetur, contra quam probatio non admittitur *ex cap. Is qui fidem de sponsalibus,* neque contrarium probat *Clar. ubi supra,* imò sentit, hoc etiam de jure communi verius esse. Dicit tamen potest, & non temere, dictam *Ordinationem,* solum excludere simplicem allegationem judicis allegantis, & non probantis ignorantiam, cum contra eum sit præsumptio, at non excludere probationem a judice oblatam contra præsumptionem neque illam esse juris, & de jure, sed juris tantum, quanvis enim negativa sit improbabilis *ex text. in l. Actor, cum ibi notat. C. de probation.* tamen potest probari per indirectum, & in casu, de quo tractamus poterit judex probare delictum fuisse communiter ignoratum, vel à paucissimis cognitum, vel aliud relevans. Et ita cessabit maximus rigor, quem in hac *Ordinatione* invenit *D. Joann. Pinto Ribeiro, post. hæc visus, Relaçãõ 3. à num. 83.*

Non tamen credimus, ut supra diximus, & probavimus, Inquisitiones inceptas, vel absolutas extra prædictos à lege præfixus terminos nullitate laborare, ex ijs, quæ supra *num. 5.* adduximus loquentes de Inquisitionibus generalibus, quæ hic pro repetitis habeantur.



QUÆSTIO VI.

Quos testes in una Inquisitione interrogari debeant, & an maior, vel minor numerus requisito, nullam reddat. Inquisitionem.

SUMMARIUM.

- 1 **I**n generalibus Inquisitionibus triginta saltem testes sunt interrogandi, possunt plures interrogari, non tamen in numero excessivo.
- 2 Defectus prædictis numeri videtur producere nullitatem Inquisitionis.
- 3 Defenditur contrarium.
- 4 Respondetur cōtra partis fundamētis.
- 5 In particularibus, vel specialibus Inquisitionibus etiā triginta testes sunt interrogandi, & possunt plures interrogari.
- 6 Super furto minoris quantitatis, octo tantum testes admodum Inquisitionis interrogantur.
- 7 Similiter pro damno dato in horto, vel pomario.
- 8 Super incendio, in loco paucorum incolarum sex tantum testes interrogari debent, in maiori loco duodecim in Civitatibus viginti.
- 9 In prædictis casibus in quibus taxatur numerus testium, illi, qui excedunt non probant, regulariter autem contra.
- 10 Inquisitione semel conclusa, vulgo cerrada, testes alij non possunt admitti, nisi ex justa causa.

DICEMUS prius de Inquisitionibus generalibus, de quibus agimus supra quæst. 2. & postea de particularibus, de quibus tractavimus q. 3.

In generalibus igitur Inquisitionibus triginta saltem testes debent interrogari, ita disponente Ordin. lib. 1. sepe citato tit. 65. §. 39. apertius lib. 5. tit. 115. §. 25. ibi aindaque passim de trinta. Un-

de colligitur rectè procedere iudicem, qui maiorem numerum interrogat, non tamen excessivum numerum debet interrogare, esset enim magna ministro- rum, & subjectorum vexatio, unde iura dicunt cohibendum esse à iudice effrenatū testium numerū cap. Cum cau- sam cap. significaverunt de testibus l. 1. ff. eodem Farinat. in praxi crimin. tom. 2. de oppositione cōtra examen testium quæst. 80 à n. 114. & est apud nos Ordin. lib. 3. tit. 55 §. 2. Debet igitur Magistratus in-quirens cōsiderato loco, & causa, justū testium numerum interrogare.

Sin autem minori triginta numero conclusa fiat idest, se ouver por serrada aliqua Inquisitio, annullanda videtur quasi forma non observata, ad text. in l. Certa forma ff. de iure fiscal. Non dubium Cod. de legib. & ita decisum testatur Phæb. 2. p. aresto 106. quod licet agat de Inquisitione particulari, à fortiori procedit in Inquisitionibus generalibus, cū in his requiratur saltem triginta testiū numerus in illis autem numerus requisitus sit expressus, ut infra dicemus sequitur Mendez à Castro in praxi 2. parte lib. 5. cap. 3. num. 1.

Certū ego nunquā prædictæ opinio- ni acquiescere potui, nam qua juris rati- one suffulti asserere possumus, quod si per quatuor, aut etiam pauciores testes fuerit probatum delictum contra ali- quem, vel sufficientia, indicia, illa pro- batio debeat annullari ex eo, quia in Inquisitione non fuit ulterius interro- gatus numerus testium à lege præfi- xus? Fateor sanè, quod culpabiliter se- gerit

gerit iudex, qui integrum non interrogat numerum, at hoc non debet probationem factam annullare. Primò ex illis rationibus, & fundamentis, quæ consideravimus supra *quæst. præcedenti num. 5. & finali*, resolventes non esse Inquisitionem annullandam, ex eo quòd extra terminos ad eam incipiendam, vel terminandam præfixos, dicatur formata. Secundò, nam mens legis semper est attendenda, ex *regula text. in lege Scire oportet §. aliud ff. de excusat. tutorum*, atqui illa est punire delinquentes, ad quem finem jubet interrogari saltem triginta testes, ut illi inveniatur, & delicta probentur; ergo quæ minori numero inveniuntur probata, non debent impunita remanere, nec probatio illa invalidanda est, ne inducta ad unum effectum operentur contrarium contra regulam *text. in l. legata inutiliter ff. de adimendis legatis* Tertio probatur eadem pars, ex *Ordinat. lib 5. tit. 86. §. 2.* ubi habetur, quod si per minorem numerum testium delinquens, & delictum probetur, totus numerus requisitus non interrogetur, fateor quod videtur specialis, & quod loquitur in Inquisitione particulari, sed tamen multum facit. Et in effectu id praticari, non obstante prædicto *arresto 106. testatur idem Phæbus 2. parte dicto arresto 158. vers. Tambem ja se pratica*, sentit novissime *D. Joan. Pinto Rib. dicta Relação 3. num. 19.*

4 Neque obstant contraria; nam neque dici potest *Ordin. dicto. §. 39.* formam præscribere circa quod non immoramur, longum enim esset recensere hic opiniones DD. circa leges dantes formam, & tractare hic quando ex ea colligatur formam dare voluisse, aut invalidare facta, non observata forma, sufficit lectori ad colligendum legem istam non præscripsisse formam, aliàs causantem nullitatem, videre scripta per *Felin. in cap. Cum delicta à num. 6.*

de rescriptis. Inaq de retractatu. §. 36. glos. 2. à n. 26. Neque multum curandum de prædicto *arresto 106. idem enim Phæbus ab eo recedit 2. parte dicto arresto 158. & minus de scriptis à Mendes à Castro ubi supra*, qui prædicta duo *arresta* citat quasi ambo idem, non contraria statuerent.

Quod verò attinet ad Inquisitiones 5 particulares, licet in illis non sit numerus præfinitus, tamen semper praxis observavit triginta testes esse interrogandos, & ita testatur *Phæbus dict. arrest. 106.* loquens de particulari Inquisitione, sed illud transitoriè ibi dicitur, loquendo eadem forma, qua loquitur *Ordin. dicto §. 39. de Inquisitionibus generalibus*, & non advertendo, quod diversi sunt termini, non tamen in substantia id impugnamus; nam credimus etiam in particularibus Inquisitionibus esse interrogandos triginta testes ad minus, posseque plures interrogari ex eisdem rationibus, quibus idem decisum est in generalibus Inquisitionibus. Facit, quia casus, de quibus *num. sequentibus*, videntur speciales, & sic regulam esse in contrarium ex *regula text. in l. Maritus C. de procurat.* At post hæc scripta *D. Joann. Pinto Rib. dict. Relaçam 3 n. 19.* defendit non requiri triginta, sed hoc relinqui iudicis arbitrio, quod ratione non caret, cum aliud non sit in jure expressum.

Sunt tamen casus, in quibus minor 6 numerus interrogari debet. Primus casus est ille, de quo in *Ordinat. sæpè cit. §. 31.* nempe quando inquiritur super furtis minoribus, ad requisitionem partis in quo casu octo tantum testes, & ab istis relati interrogari debent, ut ibidem exprimitur. Secundus casus est ille, de quo in *Ordinat. eodem tit. 65 §. 32.* nempe quando inquiritur super damno dato in horto, vel pomario, quo casu octo tantum testes similiter interrogantur. Tertius 8 casus

casus est ille, de quo in *Ordinat. lib. 5. tit. 86. §. 2.* nempe quando inquiritur super incēdio in quo casu in locis paucorum incolarū sex tantū testes debēt interrogari in maioribus duodecim, in Civitatibus verò viginti, & nō amplius:

9 In quibus casibus, cum taxativè concedatur numerus de quo in singulis diximus, non dubito numerum excedentem non probare, nulliterque recipi, & hic habere locum *regulam text. in l. Non dubium C. de legibus*, & magis in specie probari videtur per *Ordinat. nostram lib. 3. tit. 55. §. 5.* ubi disponitur, quod testes interrogati ultra numerum in illa *Ordinatione* præfixum, nullam faciant probationem. nec ullius sint momenti resolvit *Surdus decis. 153. Inum. 7.* In alijs autem casibus non erit nulla probatio resultans, ex maiori, vel mi-

nori numero; nam ut supra *num. 10.* probavimus, nec maior numerum prohibetur, ut in his tribus casibus [de quibus proximè] prohibetur, nec probatio resultans ex minori numero potest unquam dici nulla, ex eo quia totus numerus requisitus non sit impletus ex resolutis supra *num. 3.*

Advertimus tandem, quod si aliqua *Inquisitio* cōclusa fuerit, vulgo *cerrada*, idest, factō termino, in quo iudex declaret eam habere pro expedita, & absoluta, non poterunt validè alij testes, post eam cōclusa interrogari, jam enim videtur alia *Inquisitio*, à lege non concessa, formari, decisū testatur *Phæb. 1. parte arrest. 136.* iusta autem causa interveniente, & quasi ex ea restitutione cōcessa, crederem adhuc recipi posse testes, ex regulis juris vulgaribus:

QUÆSTIO VII.

Quales debeant esse testes interrogandi in Inquisitionibus.

SUMMARIUM.

- 1 **T**estes debent esse bonæ famæ, & qui possint esse informati de casibus, de quibus inquiritur.
- 2 Inimicis repelluntur à testificando contra inimicos.
- 3 Neque in exceptis criminibus admittuntur inimici testes.
- 4 Licet aliàs inhabiles admittantur Et ratio differentie traditur.
- 5 In Inquisitionibus non potest repelli à principio testis inimicus, & quare.
- 6 In Inquisitionibus non interrogantur testes pro consuetis, vulgo pelo costume, nisi insine depositionis.
- 7 Testes ab inimicis relatos, vulgo referidos, in omni iudicio admittendos, nec ex hoc solum repellendos existimamus.
- 8 Denunciationem oblatam per Promotorem justitiæ ad informationem inimici validam esse defenditur.
- 9 Respondetur fundamentis cōtrariæ partis.
- 10 Explicatur *Constit. Brachar. tit. 3. Constit. 8.*
- 11 Constitutiones contra jus commune nulliter disponunt.
Inimicus ipse non admittitur ad denunciandum.
- 12 Denunciationem ab inimico oblatam & ex hoc annullatam poterit Promotor de novo suo nomine offerre, & prosequi.
- 13 Si processus nullus est, novus inchoari debet, si de crimine constat, ut Reus puniatur.
- 14 Explicatur regula, qui per alium facit, ne portam contrariam suadeat.
- 15 Quotidie admittuntur capitula, & denunciations, idest, informationes per inimicos oblatæ.
- 16 Durante Inquisitione, non est admittendus ad opponendum contra testes ille qui timet culpari.

Testes

I ESTES interrogandi in Inquisitionibus debent esse bonæ famæ, & tales quod videantur verum dicturi: item quod de casibus, vel casu, de quo agitur verosimiliter scire intelligantur, ita habetur in *Ordin. lib. 1. dict. tit. 65. §. 62. & tit. 7. §. 25. notas. Phabus 2. parte ad arrestum 116. Clarus in pract. §. fin. quest. 5. n. 5.* & ita dicitur prudentiæ regula, & observandum tam in generalibus, quam in particularibus Inquisitionibus.

2 Hinc infertur non esse interrogandos inimicos, de illis enim non præsumitur dicturos esse veritatem ideo omni jure repelluntur in totum, si capitales sint, vel si non tam gravis sit inimicitia, eis de trahitur de fide *Cap. repellantur cap. Cum oportea de accusationibus l. 3. ff. de testibus, Maschardus conclus. 899. à n. 1. Clarus dict. §. fin. quest. 24. vers. Item quero Farinat. in practi qui plures citat tom. 2. de opposition. contra person. testium quest. 53. à n. 3. & apud nos est Ordin. lib. 3. tit. 56. §. 7.*

3 Et notandum, quod neque in gravioribus, & exceptis criminibus sunt admittendi inimici contra inimicos *Clarus, supra citato loco, Gom. Var. tom. 3. cap. 12. n. 14. Maschardus conclus. 857. Farinat. dict. quest. 53. n. 5.* Nam licet in exceptis criminibus admittantur testes aliis in habiles, ut colligitur *ex text. in cap. In fidei favorem de hæreticis in 6. & notant. Maschard. de probationibus cõclus. 1358 n. 19. Farinat. ubi supra quest. 55. n. 173.* tamen illa inhabilitas, quæ producit suspicionem, quod testis falsum deponet prout timeri jure potest de inimico, semper, & in omni casu repellit testem, licet illæ inhabilitates, quæ ex alijs juris fontibus procedunt, & quæ non corrumpunt animos testem, eos non repellant in criminibus exceptis.

Sed tamen quæ dicta sunt videntur

non posse verificari in praxi, nam iudex qui inquit in generali Inquisitione, cum non inquirat contra certam personam, nec divinare possit contra quem testes debeat deponere, non potest eum repellere, licet sciat alicujus esse inimicum, idem est in Inquisitionibus particularibus, quæ formantur super criminibus contingentibus, nam cum nec formentur, contra certam personam non potest iudex à principio divinare contra quem testis debet deponere. Dices, quod saltem repellendus erit testis ubi primum ad interrogata consueta, vulgo *ao costume*, respondens, declaraverit se inimicum ejus, contra quem deponit. Sed responderetur in Inquisitionibus tam generalibus, quam particularibus non interrogari testes pro consueta, idest *pelo costume*, nisi in fine testimonij, ita disponente *Ordinat. lib. 1. tit. 85.* in fine principij, cujus dispositionis ratio dicta est supra, quia scilicet in principio non interrogatur contra aliquam certam personam, & si forte interrogetur, semper additur generalis interrogatio contra quemcumque alium, quæ culpatum agnoverit, & sic in tali specie, impossibile est, quod possit interrogari, aut deponere ad consueta, nisi postquam ipse contra aliquem deponit, tunc enim rectè interrogatur an sit inimicus ejus, contra quem deposuit. Constat igitur iudicem raro posse in Inquisitionibus à principio repellere inimicos, quod tamen multum non interest, nam, quod ejus dictum scribatur parum nocet, si ei fides non adhibeatur.

Quod supposito, quia sæpe contingit hujusmodi inimicos referre testes alios non inimicos, quos dicunt de crimine informatos, videndum est an si fateantur se inimicos eorum contra quos deponunt, an possint, &

& debeant interrogari testes non inimicis ab eisdem inimicis relati, vulgo *as feridas pelos inimigos* an vero etiam ad huiusmodi effectum, nullum debeat dici eorum testimonium.

6 Et quidem certum existimo nullo jure impediri, aut debilitari testimonium illorum testium, qui ab inimicis referuntur. Primo quia edictum de testibus prohibitorum est *l. 1. ff. de testibus*, notant *Maschard. de probationibus conclus. 1356. num. 1. Menoch. Cons. 231. num. 6.* unde illorum solum testimonium prohibetur, qui expresse repelluntur, ita *Ordinat. nostra lib. 3. tit. 56. in principio*: at relati ab inimicis non inveniuntur prohibiti, ergo &c.

Secundò deducitur ex *text. in cap. Cum oporteat de accusat.* ubi Episcopus Vicen. proposuit Papæ, quod fuerit denunciatus apud eum per inimicos, qui intendebant producere contra ipsum consanguineos, & complices, & respondens Papa mandat iudicibus, de quibus ibi, ut non recipiant inimicos, & nullatenus dicit, quod non recipiantur testes alij, quos Episcopus denunciatus proposuerat ejusdem inimicos, velle producere contra eum unde admittendos censuisse videtur argumento *text. in l. cum prætor ff. de iudic.*

7 Tertiò probatur ex *Ordinat. lib. 3. tit. 62. §. 2. juncta decisione 77 Phæb. 1. parte* ex quibus certum est, quod annullata Inquisitione ex eo, quod testes fuerunt interrogati per iudicem inimicum, iterum ininterrogantur illi testes per non inimicum, & fidem faciunt, quo supposito sic infero ad propositum, si testis esset suspectus, & ejus dictum non deberet recipi ex eo, quia fuisset nominatus per inimicum multo minus essent recipiendi illi, qui non solum electi, sed etiam jam interrogati fuerant per inimicum, atqui per id non repelluntur, ut diximus ergo &c.

Probatur validam esse denunciationem factam ad informationem, non contemplationem inimici.

EX quibus, & aliis fundamentis ego semper defendi validas esse denunciations oblatas in iudicio ecclesiastico per Promotorem motum per informationes inimicorum. Contingebat sæpe huiusmodi quæstio in Senatu Bracharensi, & Doctissimi Senatores [quo munere ego indignè fungebatur] in varias scindebantur sententias, & modo validæ, modo nullæ tales denunciations pronuntiabantur. Ego tamen, cum aliis ex Collegis, semper contendebam denunciations non esse invalidas ex eo, quod Promotor probaretur, vel fateretur ad eas proponendas fuisse informatum ab inimico denunciati. Movebar primò ex eo, quia, ut proximè probavimus, testes nominati per inimicum nec repelluntur, nec eorum testimonium ex eo minus validum est, ergo probatio, quæ adest contra denunciatum, cum sit facta per non inimicos nihil habet mali ex eo, quod sit facta per nominatos ab inimico. Secundò ex *text. in dict. cap. Cum oporteat de accusat. & in cap. cum in inventute de præsumpt.* quibus juribus videmus denunciatos per inimicos, & nihilominus Papa id sciens, jubet inquire, & testes interrogari super delictis, de quibus denunciati fuerant per inimicos Episcoporum, de quibus ibi, ergo informatio inimicorum non impedit, quod, vel iudex ex officio procedat ad se informandum, vel alius non inimicus denunciet, accipiendo informationem ab inimico. Tertio, quia cessat ratio; nam licet inimici non admittantur ad denunciandum, vel accusandum [quan-

[quando non suam, vel suorum prosequuntur injuriam, vel casus non est exceptus] *Cap. reppellantur de accusationibus ubi scribentes. Ordinatio. lib. 5. tit. 117. §. 2. & expresse de denunciatione Bart. in l. Divus a num. 7. ff. de custodia Reorum. Clarus dicto §. fin. quest. 7. num. 3. Constit. Bracha. tit. 31. Constit. 8. tamen inimicus in casu de quo agimus non denunciatur, sed tantum informat Promotorem, in quem non transfunditur corruptus inimici animus, sed tantum accipit ab inimico informationem, quatenus vera est. Quarto quia denunciatus nec vexatur, nec molestatur donec summario facto per testes non inimicos veritas sciatur, si autem invenitur per testes non suspectos denunciatus in culpa, quam juris ratione immunus debet esse à poena? Nulla certe. Quinto quia sequeretur absurdum: nam si aliquis denunciaretur ab inimico, qui testes nominaret, vel produceret de culpa informatos, si illis per id post invalidatam denunciationem datam per inimicum, amplius interrogari non possent, remaneret perpetuo sine poena contra *text. in l. Ita vulneratus ff. ad l. Agel.* nam si testes semel ab inimico oblato amplius interrogari non possent, quasi jam inabiles per hoc, quod fuissent ab inimico oblato, sequeretur prædictum absurdum, & utile Reo impedimentum, ne amplius ab aliquo denunciaretur, quod dicendum non est, & sic minus Promotorem non posse delinquentem accusare quia accepit Informationem ab inimico. Sexto faciunt optimè scripta per *Clarum in pract. dict. §. fin. quest. 7. num. 2.* ubi resolvit quod iudex potest ex officio procedere ad denunciationem factam etiam per vilem, & infamen, quando tale est delictum, & causa, in qua iudex posset procedere ex officio, nam licet vera sit doctrina *Bart. in l. Divus num. 7. ff. de custodia reorum* dicentis, quod qui non potest*

accusare, nec etiam potest denunciare, tamen illud procedit, quando delictum tale est, quod iustitiam non potest procedere ex officio, sed requiritur denunciator, at in casu, de quo agimus denuntiatio nullius fere est momenti; nam nec denunciator est in iudicio tanquam persona accusans, sed tanquam præbens notitiam, & informationem, nec (ut inquit *Clarus ad fin.*) per talem denunciationem aliquo modo proceditur contra denunciatum, sed tantum accipiuntur informationes ex officio, & si per ipsas constat de delicto, tunc proceditur contra Reum, non quasi ex denunciatione illa, quæ precessit, sed ex informationibus, quæ sunt acceptæ, si igitur potest admitti denuntiatio ab inhabili, & repulso à jure, & per eam iudex se ex officio informat, & procedit, multo magis accipi potest simplex informatio, & notitia data per inimicum, nam si postea acceptis legitimis informationibus proceditur contra Reum; jam non proceditur virtute ejus informationis, sed illius, quæ accepta fuit per iudicem. Septimo, faciunt scripta per *Socac. de iudic. lib. 1. cap. 71. n. 2. vers. Naõ respondeo*, ubi asserit, quod de consuetudine Mediolani sunt arcae, deputatæ in ecclesijs, ut ibi mitantur schedulæ sine nomine contra lamias, & sacrilegos, per quas schedulas iudex secreto se informat, & procedit, si informationem legitimam invenit; cum igitur in terminis prædictis possint probabiliter ab inimicis fieri illæ schedulæ, non videbatur per eas procedendum, sed proceditur, & merito: nam illæ solum præstant notitiam; ergo similiter dicendum est in nostro casu: Neque proxime dictis contrariatur *text. in cap. Inquisitionis §. Tertiæ, vers. & utrum de accusationibus*, nam respondetur, ut infra *questione 9. num. 38.* Facit tandem quia conveniens est ab inimicis accipi similes informationes, amici enim illas non

non præstant, & per huiusmodi infor-
mationes, & notitias deveniunt iudices
ad cognitionem delictorum, & eorum
punitioem in nihilo ius offendentes,
illud enim nullibi præcepit, nec ulla
ejus regula postulat, quod informatio
non accipiatur ab inimicis, sed tantum
quod illi non admittantur, ad denun-
ciandum solemniter, vel ad accusan-
dum, quando nec suam nec suorum in-
juriam prosequuntur.

9 Neque pro sententia contraria ali-
quid facit *Ordin. lib. 5. tit. 117. §. 4. Cõs-
tit. Brach. tit. 31. Constit. 8.* ubi invalida-
tur querelæ, vel denunciationse datae
contemplatione inimicorum: nam faci-
le respondetur, nullam dari cognitionem
inter contemplationem, & informatio-
nem: nam contemplatio in iure accipi-
tur pro actu facto animo complacendi,
& obtemperandi voluntati alterius, ut
colligitur ex *Ordinat. lib. 4. tit. 97. §. 10.
& §. 21. Valasc. de apart. cap. 13. n. 4.*
Unde nihil mirum si rejiciatur Promo-
tor, vel alter officialis denunciatus inimi-
ci contemplatione, nam cum intendat
inimico complacere, corrupto animo
prosequi poterit accusationem, vel de-
nunciationem. At quando Promotor
non agit de complacendo inimico, nec
ab eo aliquid accepit, nec cum eo habet
talem amicitiam, nec aliæ ad sunt con-
jecturæ, quæ suadeant illum precede-
re, & denunciare, ut complacere inimi-
co, sed tantum ab eo accipit notitiam,
& informationem ut deinde accipian-
tur legitimæ informationes per non
suspectos, longè est à contemplatione,
nec aliqua ratio concurrat, ex qua de-
nunciatio sit annullanda.

10 Neque etiam pro contraria senten-
tia facit dicta *Constit. Brachar. tit. 31.
Constit. 8.* dum disponit, quod invalida-
ta denunciatione, tanquã facta per ini-
micum, nec Promotor illam prosequi
poterit, nam respondetur primo, quod
licet illa Constitutio aliquid contra

nos probaret, tamen facile dicere pos-
semus eam esse contra ius cõmune, &
sic nulliter disponere, ex his quæ *Gracia
de Benef. p. 11. cap. 5. num. 233.* Secun- 11
do respondetur in terminis, de quibus
agit Cõstitutio prædicta, inimicum ve-
re denunciasset in quo casu non dubita-
mus denunciationem nullam fuisse ex
Ordin. Bart. Claro, & alijs cit. sup. n. 8.
& sic Promotorem non posse prosequi
illam eandem denunciationem, nam
cum nulla sit, sanari non potest per su-
pervenientiam Promotoris, at nos lo-
quitur, quando inimicus nullam pro-
posuit in iudicio denunciationem, sed
eam proposuit Promotor accepta in-
formatione, vel notitiam ab inimico in
quo casu non dicitur denunciatio facta
per inimicum, cum aliud sit informatio,
& notitia, aliud denunciatio in iudicio
solemniter proposita. Tertio tandem 12
asserimus, quod licet Promotor non
possit prosequi eandem denunciationem
poterit novam, suo nomine, super eo-
dem delicto proponere, & uti testi-
eisdem de novo interrogatis, quod pa-
tet, nam quando Inquisitio nulla est ex
eo, quod formata fuit per inimicum ju-
dicem, illa pronunciata nulla nihilomi-
nus testes iterum interrogantur per nõ
suspectum, & contra delinquentem pro-
ceditur *Ordin. lib. 3. tit. 62 §. 2. Phæbus
1. p. decis. 77.* & est doctrina certa, quo
ubicunque ex processu nullo constat de
crimine, iudex, potest, & debet novum
inchoare processum ad Reum punien-
dum, ut scribit *Secac. de judic. lib. 1. cap. 13
74. num. 4.* & est ratiõ plenum, aliàs
delinquentes denunciati per inimicos
impetrarent per hoc perpetuam deli-
ctorum vœniam, ne possent, nec per
alium, nec per iudicem ex officio pro-
cedentem puniri, quod esse absurdum
nullatenus dicendum.

Neque tandem resolutis obstat, quod, 14
qui per alium facit per se ipsum face-
re videtur, regula *Qui facit de regulis
juris*

juris in 6. unde videtur non interesse, an inimicus per se, an medio Promotore denunciaret. Nam respondetur, quod illa regula tunc solum locum habet, quando faciens operatur, quasi instrumentum alterius, & ejus nomine, & mandato, non verò quando faciens operatur proprio motu, & non respectu alterius licet ab eo habuerit informationem, aut notitiam, qua motus operatur.

15 Tandem, ut quotidianis exemplis hæc probentur, advertamus, quod quotidie admittatur capitula per inimicos oblata contra particulares, & publicas personas, & interrogantur testes per eosdem ad probationem nominati. Admittuntur etiam in gravissimis Tribunalibus denunciations à quodlibet oblatae, & per eas accipitur legitima informatio, non attendendo à quo sunt oblatae, an ab inimico, si per legitimos testes contenta vera esse appareant, in quo ex dictis nulla denunciatis fit injuria.

Et tandem propono hanc speciem, Titius fuit quadam nocte offensus, Caius eum informavit de offensore, dicens fuisse Seium, & offenso tradidit scedulam cum nominibus testium, & inditorum, per quam probare posset delictum, Seius accusatus proponit Titium accusatorem fuisse informatum per Caium ejusdem Seij inimicum capitalem, non ne erit ex hoc repellendus Seius accusator? Sane ridiculum esset de hoc dubitare. Ita

igitur in specie, de qua agimus, sine hæsitatione est dicendum, circa quod utpote patens non amplius immorantur.

Licet autem iudex interroget, ac recipiat in Inquisitionibus testes, qui interrogari, & recipi non deberent, juxta hic resoluta, non tamen poterit ille, qui culpam timet opponere in personas testium, & super hoc audiri; nam juris censura hæc sunt secreta, neque Inquisitiones contra certas personas formantur, neque tempore, quo similia fiunt summaria, hæc discutuntur, sed postea tempore, juxta *Ordin. lib. 3. tit. 62. §. 1. juncta Ordinat. tit. 58. in principio.* Et quidem si tempore Inquisitionis admitterentur oppositiones reciperentur, vel rejicerentur, esset omnia confundere, & causæ secreta propalare: Recipiunt tamen iudices petitiones partium, quæ culpam timent ad informationem tantum, ut sic informati, possint advertere quali curâ debeant examinare dicta testium, qui inimici dicuntur, qualiter item per ea procedere debeant contra Reum, non tamen super tali petitione, vel informatione debeant decretum aliquod, vulgo *despacho*, supplicanti dare, sed apud se servare pro informatione. Vide quæ sequenti quaestione dicentur in simili, probando non esse admittendam suspicionis allegationem contra iudicem iniquitatem.



QUÆSTIO VIII.

An sit nulla Inquisitio formata per iudicem suspectum, incapacem, sive in competentem?

SUMMARIUM.

- 1 **I**nquisitionem formatam per iudicem suspectum nullam esse probatur. Notatur facilis modis edendi novos libros, quem invenit D. Mendez à Castro.
- 2 Non est indirectè vera assertio de qua num. præcedenti.
- 3 Iudex suspectus Inquirens debet recipere testes deponentes contra eum cui suspectus est.
- 4 Respondemus fundamentis contrariæ partis.
- 5 Procedit resolutio de qua num. 3. etiamsi ille qui timet culpam opponat recusationem.
- 6 Procedit etiam in querela.
- 7 Potest etiam, & debet iudex suspectus pronunciare super culpis procedentibus ex Inquisitione, sive querela contra eum cui suspectus est.
- 8 Suspectus iudex non potest judicare neque judicialiter cognoscere de causis illius cui suspectus est. At potest dum rei necessitas id postulat.
- 9 Dicta testium recepta per iudicem suspectum nulla sunt ad effectum condemnationis, nisi repetantur per non suspectum.
- 10 Assinatur praxis secundum quã procedendum est postquam testes recepti fuerunt, & pronuntiatio facta per suspectum inquirentem.
- 11 Notantur plura in quibus cavendũ à sc̄t̄tia adducta à Phœb. i. p. decil. 77.
- 12 Iudex de consanguineorum causis cognoscere non potest, quod tamen indistincta verum est, tantum quando causa ordinatio modo tractatur.
- 13 Iudex non debet omittere Inquisitionem, licet dicatur crimen fuisse commissum per ejus consanguineum, vel pars offensa recusationem opponat ne inquireat.
- 14 Filius, vel descendens, si iudex sit non tenebitur recipere teste Inquisitione deponentes contra ipsos partem, vel ascendentem, neque pronuciare, ut illi carceretur. Nisi in casu de quo num. 18.
- 15 Probabilius videtur etiam excusari patrem, maritum, & fratrem contra filium, vel fratrem non recipientem testes neque pronuciantem.
- 16 Si velit iudex procedere poterit contra consanguineos de quibus proxime, non tamen contra uxorem, vel patrem, ut num. sequenti.
- 17 Filius iudex non potest, etiamsi vellet, procedere contra partem, vel alium ascendentem ad receptionem testium, vel pronuciationem, idem dicendum de marito contra uxorem.
- 18 Nisi crimen sit læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ, cum distinctione tamen de qua hic.
- 19 Contra alios consanguineos ultra fratrem, etiam intra quarum gradum existens debet iudex procedere ad receptionem testium, & pronuciationem. Quæ dicta sunt circa Inquisitionem procedunt etiam circa querelam.
- 20 Iudex incapax inquirens debet recipere testes deponentes contra eum cujus respectu incapax est.
- 21 Pronuciare tamen non potest super culpis sic receptis.
- 22 Nisi incapacitas dubia sit, & nõ clara.
- 23 Defenditur posse iudicem Ecclesiasticum pronuciare, ut carceretur clericus, antequam repetat dicta testium à iudice seculari

- seculari sibi remissit.
- 24 Testes recepti per incapacem, repetendi sunt per capacem.
- 25 Inquisitio quatenus est processus judicialiter formæ ad Reum puniendū, formari non potest per incapacem.
- 26 Incōpetēs judex, si omnino jurisdictione inquirendi careat, nulliter inquirat.
- 27 Incompetens inquirens, debet recipere dictat testium contra eum, cujus respectu incompetens est.
- 28 Pronunciare tamen non potest contra eum Nisi dubia sit incompetentia.
- 29 Testes recepti per incompetentem, non repetuntur coram competenti.
- 30 Differentiæ ratio quare repeti debeant testes recepti per incapacem, non vero recepti per incompetentem.
- 31 Princeps potest tollere incōpetentiam, inter suos subditos, non verò in capacitate quam laici habent ad cognoscendū de causis clericorum.
- 32 Laudatur praxis secūdam quam substituentur gesta coram incompetenti.
- 33 Inquisitio quatenus est processus judicialis ad Reum puniendum formari non potest per incompetentem.
- 34 In quæstione principali de qua agimus, periculosa est responsio, nisi adhibeatur multiplex distinctio.

IN hac quæstione respondendū videtur Inquisitionē esse nullam. Et quidem agendo prius de Inquisitione formata per judicem suspectū, aperte nullam esse probari videtur ex text. in l. Apertissimi junctā glosa, ubi verbo executores, ubi etiam Jason Cod. de jud. notant DD. in cap. Repellantur, & in cap. Cum oporteat de accus. Molin. de justit. tom. 6. disput. 23. Guter. practico lib. 1. quæst. 94. à n. 4. Maranta de ordin. judiciorum 4. parte distinct. 16. n. qui, & plures alij resolvunt gesta per suspectum judicem nulla esse, & est apud nos Ordin. lib.

3. tit. 21. §. 4. & tit. 88. in principio, melior ad propositum Ordin. dict. lib. 3. tit. 62. §. 2. & nullam esse Inquisitionem formatā per judicem suspectū, decisum testatur Phæb. 1. p. decis. 77. & 2. p. arrest. 140. addit, quod licet aliàs revalidari possunt acta laborantia nullitate, secundum dispositionem Ordin. lib. 1. tit. 5. §. 12. tamen revalidari non poterunt acta hujusmodi nullitate laborantia, sequitur Mendez à Castro in praxi lib. 5. cap. 5. num. parte 2. sive potius parte prima parum aucta, nihil enim aliud facit vir ille doctus, in dicta secunda parte, quam omnia, quæ in prima parte dixerat eisdem etiam libris, capitibus §§. imò verbis repititis, iterum scribere, parum, aut nihil mutando in substantia, & sic secundam edidit partem, novus sanè modus, & quidem facilis, edendi opera plura, nomine saltem. Melior glosa verbo cum judice in cap. Cum speciali de appellat. ubi habetur, quod potest recusari judex, qui inquirat.

Verum consideranti rem istam facile constat, prædictam assertionem periculosam esse, nisi multiplex distinctio adhibeatur. Et mirum est DD. non descendere ad necessariam distinctionem, & declarationem. Nos igitur ad eam descendemus, & particulariter rem exponemus, licet deficiat Doctorum auctoritas, nisi viva, & naturali ratione, quæ pro lege est, ex text. in cap. Secundo requiris in fin. de appellat.

Aut igitur primo quæritur, utrum judex, qui format Inquisitionem generalem, aut particularem super crimine contingenti, possit, vel debeat recipere, & redigere in acta, testium deponentium contra illum, cui immunis & suspectus est ipse inquirens. Et in hac quæstione certissimū credo, posse, & debere. Moveor illa fortissima ratione; nā aliàs, ille, cui judex fuerit suspectus, inimicus erit ab Inquisitionibus, & à poena

à pœna commissi delicti, siquidem judex inquirens non potest recipere contra eum informationes. Hoc non est dicendum quia absurdum, ad *text. in leg. Nam absurdum ff. de bon. libert.* Ergo neque illud, ex quo sequitur. Dices forte posse eligi judicem non suspectum, qui inquiret. At si consideres, invenies id impossibile esse in his terminis, nam cum judex, vel arbiter non suspectus eligendus sit de consensu partis ex *Ordinat. lib. 3. tit. 21. §. 19. & tit. 24. §. 1.* Si par vocetur ad eligendum arbitrum, illi pro palam fit totum secretum, quod lex optat. Deinde qualiter iste arbiter posset inquirere, nonne debebat inquirere generaliter? Absit. Nonne specialiter? Absit quoque, quos testes interrogare debet? Nonne illos tantum, qui volebant deponere coram iudice suspecto contra illum, cui suspectus est? Sanè in infinitas prope modum implicationes, & impossibilitates incidimus, si talia admittamus.

Secundo probatur eadem pars, quam defendimus, ex eo quia ratione utilitatis, & necessitatis iudex incapax recipit testes deponentes contra eum, cujus respectu incapax est *Ordinat. lib. 5. tit. 88. §. 16.* supponit *Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 24.* agnoscit *Constit. Brachar. tit. 39. Const. 1. Gabr. Per. decis. 58. numero 11. D. Themudo novissime 2. p. decis. 196. num. fin.* ergo idem dicendum de suspecto. Item iudex aliàs exclusus à lege, necessitatis causa, ne scilicet tempore actio pareat, cognoscit usque ad contestationem, ut perpetuetur actio *text. in leg. Senatus Consulto ff. de officio Præsidi. glos. verbo secum habet, in leg. jurisdictioni ff. de jurisd. omn. judic.* sic similiter in proposito dicendum est.

Tertio quia *Ordinatio* nostra de Inquisitionibus formandis serio agens hoc nostro *tit. 65. §. 31. & 39.* nul-

libi expræssit suspectum judicem non debere recipere testium dicta contra eum, cui suspectus est, nec ordinem in hac re assignavit, qui præcise requiretur, si suspectus non deberet recipere testes; ergo &c. in effectu quæ dicta sunt videtur sentire *Gabr. Per. de Castro decis. 80. num. fin.* ubi transitorie dixit, judicem non posse recusari in generali Inquisitione, non tamen ejus dictum probamus, dum contrarium sentit de Inquisitione speciali.

Neque obstat prædicta *DD. resolutio, de qua supra num. 1.* nam non potest locum habere in Inquisitione, quatenus est informationum acceptio, vulgo *devassa*, sed in alia specie, de qua infra *num. 8.* Neque etiam obstat, quod sunt nulla gesta per judicem suspectum, quia respondetur nullam esse ad effectum, ut cesset præjudicium partis quod in hac specie cessat per modum, & praxim in hac re observandam, & assignandam infra *n. 10.* non enim negamus nullam esse probationem, factam apud suspectum, nisi postea purgetur vitium, & ratificetur per non suspectum. At asseverimus præcise accipiendam esse informationem, & formandam culpam per suspectum, nam semel receptis testibus remanet tempus, & modus per quem satisfiat intentioni justitiæ, & juri partis, si autem à principio non recipiantur testes justitia læditur, neque est modus, per quem Reus puniatur.

Quæ supra resolvimus locum habet etiam si ille, qui timet culpari offerat, & opponat recusationem; nam ex dictis rationibus illo tempore non est differendum recusationi, tam quia esset propalare secretum, quam quia, ut ait *Secacia de judic. lib. 2. capit. 9. nu. 19.* hæc prima indagatio, & acceptio informationum, non habet formam processus, atqui dum causa non pender, cessat recusatio *Ordin. lib. 3. tit. 21. §. 3.*

6 Idem quod supra resolvimus circa Inquisitionem, dicendum credimus de querela; nam rationes supra factę petunt judicem suspectum recipere querelam, interrogare testes contra eum, cui suspectus est, non enim denegandum est parti offensę jus querelandi, neque potest dari modus, per quem eligatur judex non suspectus, qui recipiat querelam.

7 Ampliantur supradicta, ut ex eisdem rationibus, & ne secretum rumpatur, possit, & debeat judex suspectus pronunciare super culpis resultantibus ex Inquisitione, sive querela contra eum, cui suspectus est.

8 Aut secundo principaliter quæritur, utrum judex suspectus possit inquirere contra illum, cui suspectus est, quatenus inquirere significat procedere ex officio cōtra Reum judicialiter ad eum puniendum? [de qua præcipua Inquisitionis specie agemus latè *quæst. sequentis*] Et certum est non posse, quemadmodum non potest in ceteris causis judicialiter tractatis.

9 Aut tertio quæritur, utrum testes recepti per judicem suspectum faciant fidem ad eum condemnandum, & an pronunciationes per suspectos factę, ita sint valide, ut potesta revocandę non sunt per non suspectum (qui postea de causa debet cognoscere, secundum formam infra assignandam) Et dicendum est invalida esse omnia ad ceteros effectus, & subjecta revocationi per judicem non suspectum, qui postea debet omnia examinare. Sentit *Ordinat. lib. 3. tit. 62. §. 2. Phæb. 1. p. decis. 77.* Et merito, nam suspecto non concedimus cognitionem, nisi ad effectus illos, qui necessarij sunt pro justitię conservatione, & fieri non possunt per non suspectum, per quem tamen postea omnia examinanda sunt, ut veritas appareat, & præjudicium partis cessat, si inveniatur

suspectum inique processisse.

Restat nunc assignare modum, per quem eundem est ad judicem non suspectum, & quomodo iste debet examinare facta apud suspectum. Et quidem non habemus legem, aut Doctorem, quem viderim, assignantem modum istum, relinquendum igitur est judicantis arbitrio ex *regula text. in l. 1. ff. de jure deliber.* Debet igitur Reus qui pronunciatus, sive, carceratus invenitur per suspectum petere judicem non suspectum, qui de causa cognoscat, vulgo *pora se levantur perante elle.* Non ago de forma opponendi recusationem, si judex se suspectum non agnoscat, non enim hic tractamus materiam recusationis Impetrato ergo judice, si Reus existimet se innocentem, & inique culpatum, aut pronunciatum per suspectum judicem, petat ab illo judice, sive arbitro, ut ante aliud examinet de novo testes, dictis prioribus concremat, juxta dispositionem *Ordinat. lib. 3. tit. 62. §. 2.* Item quod examinet quoque justitiam pronunciationis, potuit enim, etiam stantibus testimonijs pronunciatio injuste fieri. Qui judex examinans, revocabit, aut confirmabit gesta per suspectum, & per hæc cessabit præjudicium partis, si inique illatum inveniatur, sin minus Reus juste punietur, neque immunis erit à pœna delicti, quia judicem habuit suspectum.

Ex dictis sequitur in multis cavendum à *decis. Phæbo 77. 1. parte* nam non absolute annullatur Inquisitio formata per suspectum, sed sustinetur, si testes repetiti per non suspectum in dictis persistunt. Item dum sentit appellationis judicem committere alteri, ut de novo inquireat, nam neque nova inquisitio est facienda, neque judex etiam superior potest id committere. Item dum dicit quod dicta mortuorum, qui jam examinari

nari non possunt, valida remanent nam dispositio *Ordinat. lib. 3. tit. 16. §. 1. & tit. 62. 1.* non potest trahi ad calum nositum, in quo facta coram suspecto, suspecta sunt, & invalida, nisi confirmetur, per repetitionem coram non suspecto. Itē dum dicit iudicē repetentem testes debere illis legere sua priora dicta, quæ scripta sunt coram suspecto, nam *Ordin. dict. lib. 3. tit. 62. §. 2.* disponit infimili, quod coram testibus concrementur, ut sic libere, & sine metu dictorū contrarium, possint verum deponere, aliās enim timē: testes à priori recedere, licet forsan contra veritatem, & depositionem suam scriptum esse videant, agunt enim magis de proprio, quam de alieno periculo vitando.

12 Quæ de suspecto supra diximus recte procedunt, quando iudex inquirens suspectus est inimicitiae causæ. Quid autē dicendum est, quando suspectus est amicitiae causa, quia scilicet consanguineus est Rei? Et quidem, quod attinet ad causæ ordinariæ cognitionem, certum est ipsum iudicem esse non posse in causa consanguinei, vel afficis intra quartum gradum, *ex text. in l. Qui jurisdictioni ff. de jurisd. omn. jud. & in l. lex Cornelia ff. de iniurijs l. unic. C. Ne quis in sua causa. Ordinat. l. 3. tit. 24. Exornat pluribus citatis Barbos. ad dictā Ordinat. in principio* At, quod attinet ad Inquisitionem, receptionem, informationem, & pronunciationem, dicta juris dispositio locum habere non potest, neque dari iudex alter non suspectus, nec à lege prohibitus: ex rationibus, & inconvenientibus supra cōsideratis pro suspecto, ex quibus illi concessimus inquirere, testesque recipere cōtra eum, cui est inimicus, non obstante, quod de illis causis ordinario modo tractatis cognoscere non possit.

13 Primo igitur in proposito, de iudice inquirente consanguineo Rei quæri potest, an si forte dicatur, vel noto-

rium sit, iudicis consanguineum commisisse delictum, de quo est inquirendum, ipse nihilominus debeat inquirere? Et debere existimo, quod enim dicitur, etiamsi notorium, adhuc tamē juris via non constat iudici. Præterea potuit non solus ille, sed etiam alius esse Reus cujus respectu Inquisitio nihil habeat impedimenti. Quod præcipuè locum habebit: si Reus dicatur consanguineus ex illis, contra quos, ut infra resolvimus, potest, vel debet iudex inquirens recipere testimonium dicta, pronunciareque, ut carceretur. Quod ampliandum est, ut etiamsi pars offensa recusare velit iudicem, ne inquireat, nihilominus iudex tali recusationi non debeat deferre, neque omittere Inquisitionem, cum hæc recusatio non possit fieri, nisi supponendo iudicis consanguineum vere Reum fuisse, de quo dum non constat, neque adhuc potest iudicialiter probari, neque recusatio proponi, aut iudex non suspectu dari, *informa Ordination. dict. tit. 24. sine ruptura secreti.* Et contrarium esset ex causa sumaria, & in secreto facta, qualis esse debet Inquisitio, ut sic sequantur effectus prætensi, causam reddere ordinariam Cumque non inquiretur contra personam certum, & sic si daretur iudex non suspectus, vel deberet juris ordinem infringere specialiter inquirendo, vel inquirere generaliter, & sic recipere testes contra quemcumque culpatum, cum tamen solum daretur respectu Reorum iudicis consanguineorum. Cumque tandem plures implicationes exoriantur, dicendum est in terminis, de quibus agimus, iudicem recusari non posse, licet certum sit posse in causa, quæ postea ordinario modo est tractanda, imo in tali causa sine recusatione se abstinere debere, tanquam à lege ipsa prohibitus, & exclusus sit à cognitione quæ

quæ tamen ut supra consideravimus, non possunt habere locum interminis, de quibus tractamus propter implicationes, & in contraria supradicta.

14. Secundo quæri potest, an supposito, quod iudex inquirere debet, non obstante, quod dicatur crimen commissum per ejus consanguineum, teneatur ipse iudex recipere testium dicta, contra ejus consanguineum deponentium, illumque pronunciare, si culpæ ad id sufficientes resultaverint, an verò excusetur à pœna si nolit recipere testium dicta, nec illum pronunciare? In qua quæstione, ut certa ab incertis separemus, certum in primis existimo filium iudicem excuti à pœna, si nolit contra patrem matrem aliumve ascendentem testes recipere, aut pronunciationem facere, quod probatur à fortiori ex illis rationibus, quas Paulo infra adducemus ad probandum filium non posse, quanvis, velit testes recipere contra patrem, pronunciationem ve, adversum illum facere. Deinde probabilius credo etiam conjunctissimam necessitudinem, atque naturalem pietatem petere excusari patrem, maritum, & fratrem, adversus filium, uxorem, & fratrem, non recipientem testium dicta, neque pronunciantem. Moveor per *text. in leg. Si magnum C. qui accusare non possunt* ubi frater fratrem de crimine capitali accusare non potest, & minus pater filium ex his, quæ *Farinat. in praxi crim. tom. 1. quæst. 12. n. 53.* Item ex *Ordinatione nostra lib. 3. tit. 56. §. 1. & 2.* ubi pater contra filium, & è converso, item frater contra fratrem testimonium dicere non potest, etiam si velit *Farinat. in pract. 2. tom. de opposit. contra pers. test. quæst. 54. n. 175.* Si ergo non possunt, quanvis velint, certum est non teneri. Et similiter dicendum est in nostro casu. Neque obstat quod cum non detur alia via, ut Reus ex officio puniatur, ille poterit im-

punitus remanere, contra regulam *text. in l. Ita vulneratus ff. ad l. Aquilam.* quod ne accidat concedimus suspecto cognitionem quantum ad receptionem testimonium, & pronunciationem, quæ per alium fieri non possunt. Nam respondetur prædictam rationem pugnare cum alia, quæ quasi naturalis prævalet, & lex ipsa eam admittit, quanvis forte sequatur inconveniens, quod Reus maneat impunitus, neque enim cogitur pater contra filium, vel è converso, aut frater contra fratrem testimonium dicere, ut supra probavimus, licet aliàs delictum probari non possit.

16. Sin autem pater velit contra filium, vel frater contra fratrem testes recipere, pronunciationemque facere, non solum validè, sed laudabiliter faciet, non parum enim comendatur severitas illorum iudicium, qui proprijs filijs non pepercere. Neque obstat, quod supra diximus fratrem non posse accusare fratrem, neque patrem testimonium posse dicere contra filium, nam aliud videtur in iudice, qui obligatione iudicandi adstringitur, unde licet sanguinis conjunctio, & necessitudo excuset patrem, vel fratrem non procedentem contra filium, vel fratrem, tamen si ipse excusatione, hac uti nolit, non existimo invalide procedere.

17. Quod verò attinet ad filium respectu patris, matris, vel alterius ascendentis dicendum est, neque volentem posse valide contra patrem, aut aliam ascendentem recipere testes, aut pronunciare, esset enim res mali exempli, & quasi contra jus naturale, quod quidem factum lex erubescit, ut eleganter ait Imperator *Auth. de Nuptijs §. Sed quod sacrum collat. 4. ibi, Erubescit 69. lescit enim lex castigatores filios parentibus statuere,* & recte propter maximam reverentiã à filijs patribus debitam, ut advertit *Glos. verbo, Non potest, per text. ibi, in l. Hi tamen ff. de accusat. cum adductis à glos. verbo, Quod*

Quod quisque tenetur in cap. Cum ex in
juncto de heret. Concludimus igitur fi-
lium, vel descendantem non posse as-
cendentem modo aliquo judicare, aut
culpam. Idem de marito credimus, cū
maritus, & uxor sint duo in carne una,
& sit quasi contra se ipsum procedere.
Patrem autem, & fratrem posse, sed non
teneri illa gerere, de quibus agimus.

18 Quæ proxime firmavimus limitanda
sunt, si crimen, de quo inquiritur sit læ-
sæ Majestatis divinæ, vel humanæ, in
hoc enim crimine tenebitur hujus con-
tra patrem, & à fortiori pater contra fi-
lium procedere, recipiendo testes, &
pronunciationem faciendo, si aliàs deli-
ctum remaneret impunitum, & Respu-
blica, aut religio damnū pati posset. In
dictis enim criminibus teneri etiam fili-
um procedere patrem resolvit *Mas-
chard. de probat. lib. 5. conclus. 462. n. 9.
& lib. 2. conclus. 857. num. 18. 20. & 23.
Farinat. de opposit. contra pers. test. tom. 2.
quæst. 54. num. 173. & 174.* De qua ta-
men assertione aliqui dubitant, & qui-
dem ego non condemnarem ad poenam
ordinariam filium, vel patrem inquirē-
tem, qui tanquam iudex non processit
contra patrem, vel filium, vel uxorem,
digni enim sunt pietate, qui pietate
moti Reos adeo sibi conjunctos ex-
cusare intendunt. Dummodo tamen
non omiserint occurrere possibili mo-
do malo Reipublicæ, quod minatur,
nec illud ex dicta omissione sit secu-
rum, tunc enim solum filium, vel pa-
trem non procedentem, à poena ordi-
naria excusamus, quando, scilicet, jam
in vindictam, non in remedium mi-
nantis mali agitur.

19 Tandem de alijs consanguineis ultra
fratrem etiam intra quartum gradū cō-
junctis, existimo debere inquirentē cō-
tra eos testes recipere, & pronunciare
quia necessitas, & Reipublicæ bonū id
petit, neque iudicem excusat necessitu-
do, quæ adeo conjuncta non est, &

colligitur ex *Ordinat. dicto tit. 56. lib. 3.
& ex script. per Farinat dicta quæst. 54.
n. 175.* quibus locis videmus diversi-
mode legem disponere de patre, filio,
& fratre, & de cæteris consanguineis
remotioribus, non æque his, atque illis
prohibendo dicere testimonium, ex qui-
bus, & ex alijs, quæ omittimus, quæ di-
cta sunt resolvimus. Quæ de Inquisi-
tione supra resolvimus, de querela quo-
que sunt intelligenda, in ea enim datur
eadem ratio.

His sic resolutis circa iudicem suspe-
ctum, jam videamus de incapaci, & in
hujus partis resolutione utar eisdē dis-
tinctionibus, quibus supra usus sum lo-
quendo de suspecto, & per eas proce-
dendo dico, quod.

Aut primò queritur. Utrū iudex 20
incapax inquirendo generaliter possit,
& debeat recipere testes deponentes
contra personam, cujus respectu inca-
pax est ad cognoscendū de ejus causis?
Et resolutivè dicendū est posse, & de-
bere, ut colligitur ex *Ordinationibus, Cōs-
titutionibus, cæterisque dictis, & allega-
tis supra num. 3.* ubi hæc firmamus, &
hic non libet repetere.

Aut secundò queritur, Utrū iudex 21
incapax possit pronunciationem facere
supra culpis, quæ, ut dictum est, resul-
tant contra illum, cujus causarum co-
gnitionis incapax est? Et resolutivè di-
cendum est non posse: nam id esset ex-
ercere jurisdictionem cōtra illum, cujus
causarum cognitionis incapax est ju-
dex ille: quod fieri non potest, ut de sæ-
cularibus respectu clericorum habetur
in cap. *Qualiter, & in cap. At si clerici de
judic. colligitur ex Ordin. lib. 5. tit. 88.
dict. cap. §. 16.* ubi disponitur, quod cul-
pæ resultantes, ex Inquisitionibus cōtra
personas ecclesiasticas, remittantur suis
iudicibus requirendo ab illis quod pro-
cedant contra culpatores, ibi: *Mandarão
o treslado de suas culpas aos Prelados, ou a
seus vigarios com suas cartas requisitorias,*
pera

para que procedam contra elles, si nempè velint stare hujusmodi Inquisitioni à sæculari facta. Vide *Ordinat. lib. 1. tit. 24. § 34. & lib. 2. tit. 1. §. 24. & hic infra à n. 23.* ergo sæculares nullo modo procedunt contra clericos: Est igitur per incapacem remittenda competenti culpa resultans, & non debet antea carceri mancipare Reum, ut probat *Pereira de Castro dicta decisione 58. num. 11.* ubi arguit iudices aliquos sæculares, qui, cū sint incapaces respectu Equitum militarium, illos tamen pronunciant ad carcerē, priusquā culpas remittant ipsorū iudicibus. Debent igitur iudices incapaces abstinere à pronunciatione: pertinet enim ad iudicem, cui debent remittere culpas sine aliqua partis requisitione, ex his quæ *Aviles Bobadilha & alij* quos citat *Pereira dicto loco.*

22 Quæ dicta sunt procedunt, quando iudici aperte constat, se esse incapacem: nam si casus sit dubius poterit pronunciare, veluti si dicatur, Reum esse clericum in minoribus tantum, vel dubitetur, an sit beneficiatus, nam, cum iudex sæcularis possit esse competens, si scilicet, clericus in minoribus non sit dicatus Ecclesiæ, vel habitum non deferat, & tonsuram, quibus deficientibus privilegio fori non utitur, ex *Tridentin. sessione 23. cap. 6. de reform. Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 27.* vel si beneficiatus non appareat, consequens est, quod potest pronunciare tales personas, & contra illas querelas recipere, & in hoc sensu intelligenda videtur *Ordinat. dict. lib. 2. tit. 1. §. 24.* ubi supponitur, quod iudices sæculares possunt recipere querelas contra clericos, & eas remittere postea debere ad iudicem ecclesiasticum; nam intelligitur in dicta specie, scilicet, quando sunt clerici in minoribus: nam iudex sæcularis competens est, dum, probatis prædictis circumstantijs, non constat clericum in minoribus privilegio fori, uti debere, agnos-

cit *Pereira de Castro dict. decis. 58. n. 12.*

Neque resolutis supra obstant, quæ circa suspectū resolvimus superius concedentes illi pronunciationem super culpis ejus, cui suspectus est; nam manifesta inter dictos casus datur differentia; nam suspecto ideo concessimus pronunciationem, quia non erat alius, cui competere, nec ad eam poterat dari, vel eligi iudex sine ruptura secreti aliisque inconvenientibus supra consideratis; unde quasi ex necessitate illam suspecto concessimus, non enim aliàs poterat res illa aptum exitum habere, nec finis legis consequi. At in casu, de quo agimus adest certus, competensque iudex, qui pronunciat remissa sibi per incompetentem, sive incapacem culpa, in qua remissione nullum rupturæ secreti adest periculum, & sic rectè proceditur.

Quoniam verò iudices ecclesiastici 23 dubitare solent, an per hujusmodi culpas sic remissas à iudice sæculari possint pronunciare culpatos, ut carcerentur sine eo quod prius coram ipsis ecclesiasticis repetantur, id est, de novo interrogentur testes; & non semel fuit hujusmodi dubitatio controversa in Senatu Bracharensi, cum ego eo senatorio munere fungere; quid ego semper senserim, cōtra omnes ferè Senatores viros doctissimos, hic breviter exponam: Existimavi igitur semper, & defendi, posse iudicem ecclesiasticum pronunciare, carcerique mancipare clericum, per culpas ad eum remissas à sæulari, non repetitis, id est nō interrogatis iterū testibus, qui apud sæcularem deposuerunt cōtra clericum. Primò quia ad capturam solum requiritur, quod præcedat informatio summaria, ut diximus in *tractat. de Securitatibus questione 1. & est Constitutio Bracharens. tit. 32. Constitut. 3. ibi, tomando primeiro alguma sumaria informação:* atqui talis informatio, etiam ex actis nullis resultat, ex *text. in leg.*

leg. 1. §. 1. ff. quibus modis pign. vel hypot. sol. *Gama decisione* 153 num. 3. Ergo etiam si nullitate laboret culpa formata contra clericum apud iudicem sæcularem, tamen resultat ex ea informatio, quæ sufficit ad effectum capturæ. Secundo, quia probatio, testiumque interrogatio facta sine partis citatione, nulla est omni jure, & praxi attendenda, ex *text. in cap. 2. de testibus, Ordinatio. lib. 3. tit. 62. §. 1.* & ideo postea semper testes repetuntur, parte citata, nisi ipsa renunciet, & tamen ex dicta nulla probatione pronuntiatio sæper fit, & captura sequitur, ex ipsius juris dispositione; ergo nihil mirum, si nullitas probationis procedens ex incapacitate non impediat capturam. Neque replicetur illa nullitatem procedentem ex incapacitate maiorem esse, nam quod nullum est non potest esse magis nullum, quia est qualitas, quæ in non ente dari non potest *ex regula text. in l. Ejus qui in provincia ff. Si certum petatur* Tertio, ex *decisione Phœb. 77. parte 1.* ubi iudicatum refert ex probatione, & culpa nulla ex eo, quia formata fuit per suspectum, resultare validum effectum capturæ, in qua Reus retinetur, donec per non suspectum testes iterum interrogentur. Quarto quia aliena nostra facimus, si illis auctoritatem nostram impertimur, *text. in l. 1. Cod. de veteri jure enucleando:* ergo illa probatio facta coram incapaci, si approbatur, per iudicem competentem, ab eo tempore vires accipere potest; ex nova auctoritate, quam illi præstat iudex competens. Quinto, & apertius, quæ dicta sunt probantur, per *Constit. Bracharensis dicto tit. 35. Constitut. 1. §. Item, poderam,* ubi jubetur, Vicariis, quod si ex Inquisitionibus factis per sæculare, resultaverit culpa contra aliquam personam ecclesiasticam, ipsi Vicarij videant tales culpas à sæcularibus iudicibus sibi remissas, & si invenerint eas obligatori-

as esse, procedant ad capturam, & cætera. Et nullatenus ad hunc capturæ effectum, ibi, requiritur, quod prius repetantur testes coram eisdem Vicariis. Ex quibus solidis fundamentis semper defendi, pronuntiationem ad capturam rectè per ecclesiasticum, virtute culparum remissarum à sæculari, sine eo quod præcedat alia repetitio, novaque interrogatio testium coram ecclesiastico, licet fateamur ad cæteros effectus, poenamque imponendam debere testes repeti, in quo sensu sunt intelligendæ juris regulæ, quæ dictant nullam esse probationem factam coram incapaci, repetendamque esse coram competenti, & capaci.

Aut tertio principaliter quæritur, ²⁴ Utrùm dicta testium deponentium apud iudicem incapacem invalida sint, ita ut ex eis non possit Reus condemnari, nisi repetantur coram competenti iudice? Ut affirmativè respondendum est, ex dictis proxime, & in hoc sensu potest dici nulla culpa formata per incapacem.

Aut tandem quæritur, Utrùm nulla ²⁵ sit Inquisitio formata per incapacem, quatenus Inquisitio significat verum processum pro parte justitiæ, & est vera causæ cognitio, & processus ex officio ad puniendum Reum, ut explicavimus in simili supra num. 12. & dicemus latè quæstione sequenti. Et certum est hujusmodi Inquisitionem, in dicto sensu acceptam, nullam esse, si formetur per incapacem, ut fatemur omnes per *text. in cap. At si clerici, & in cap. qualiter, & in cap. Clerici de judic. cap. Si deligenti de foro competenti cum aliis, & faciunt à fortiori, quæ de iudice incompetenti tradunt Angelus de Maleficijs verbo, hoc est quedam Inquisitio, n. 4. Maranta de Ordine judic. 6. parte num. 102. Farinat. tom. 1. de Inquisitione quæst. 7. à principio,* resolventes Inquisitionem formatam per iudicem incompetem nullam

nullam esse, quod intelligendum est, accepta Inquisitione in ea significatione, de qua agimus. Si igitur incompetencia nullam reddit hujusmodi Inquisitionem, multo magis incapacia.

26. Iam tandem videamus, quid dicendum sit pro ultima parte questionis nostræ, scilicet, an nulla sit Inquisitio formata per judicem incompetentem? Et ante aliud noto, quod aut quæritur. Utrum nulla sit Inquisitio, vulgo, *de vassa*, quando formatur per eum, qui illam formare non potest, veluti, quia delictum non contingit in ejus territorio, vel ex simili causa, quæ concludat judicem caruisse jurisdictione ad Inquisitionem formandam. Et in hoc casu certum est nullam esse Inquisitionem absolutè, & ad omnes effectus, nam defectus jurisdictionis est maxima nullitas *toto tit. Cod. si à non competenti judice, Firmat. dict. questione 7. num. 1. & quest. 1. num. 53* & est indubitatum.

27. Aut quæritur, Utrum judex, qui cōpetens est, & habet jurisdictionem ad formandam Inquisitionem in illo casu, in quo illam formavit, possit, & debeat recipere testes deponentes contra eum, cujus respectu incompetens est v.g. judex Ordinarius Conimbricensis respectu scholasticorū, qui habent suum cōpetentem judicem, scilicet, Conservatorem? Et dicendum est posse, & debere judicem incompetentem recipere testes contra eum cujus respectu incompetens est, ex quacunque ratione, ex illis eisdem fundamentis, quibus moti supra *num. 4.* idem resolvimus in capaci quæ à fortiori hic procedunt, probatur apertè, *ex lege novissima*, vulgo *Reformação da justiça* §. 12. ubi disponitur, quod validæ sint tales probationes factæ in Inquisitionibus, imo, & querelis, coram judicibus Ordinarijs contra scholasticos, formatis, & receptis.

28. Aut quæritur, Utrum judex incompetens debeat pronunciare super cul-

pis sic resultantibus ex Inquisitione cōtra illum, & cujus respectu incompetens est, & dicendum est non posse, debere que remittere cōpetenti culpas, ut ipse pronunciet, ut diximus supra de incapaci nisi dubia sit incompetencia, ut ibidem de incapaci diximus, in dubio enim pronunciare poterit super culpis, ut dicto loco exemplificavimus.

29. Aut quæritur, Utrum culpæ formatae, coram incompetenti in Inquisitione, sint nullæ, ita ut ex illis condemnatio sequi non posse, vel testes sint repetendi per competentem, ita ut alias nulla dicatur probatio? Et dicendum existimo talem probationem receptam per incompetentem respectu personæ culpatae, validam esse neque invalidandam, neque testes repetere coram competenti necessarium esse. Primo quia optimo jure negari potest judices ex legum Regiarum præcepto formante Inquisitiones incompetentes esse, quantum ad effectum recipiendi testes, & in formationes contra quemcūque Regali jurisdictioni subjectum, nam ut supra diximus *quest. 4.* ad aliquos tantū judices pertinet formare Inquisitiones generales, vel particulares super delictis contingentibus, cum autem in qualibet Republica, inveniantur plurimi, qui ratione privilegiorum, vel alterius causæ non subjiciuntur cognitioni illius judicis Ordinarij, qui Inquisitionem formare debet, & nihilominus ordinarijs tantum, & certis judicibus competat inquirere, verosimilium sit legem voluisse judices illos posse, & debere testes contra quemlibet, etiam à jurisdictione sua exemptum, ne alià delicta maneat impunita contra Reipublicæ utilitatem, quæ in eis puniendis vertitur, ut ait *Jureconsultus in l. Ita vulneratus ff. ad l. Aquil.* & quantum ad hoc videtur fuisse tacite factum cōpetentem, per legem, si igitur ex tacito legis præcepto competent est ad hunc effectum,

effectū, neque nullæ sunt probationes apud eum factæ, repetitione non indigent, quam resolutionem probat ex præssè dictal. novissima §. 12. ubi, quasi ex juris regulis, declarat validas esse culpas Inquisitionum, imò, & querelarum formatarum coram Ordinarijs contra scholasticos, licet competentem habeant judicem, scilicet, Conservatorem ad quem remittendæ sint scholasticorū culpæ, ut de causa cognoscat.

30 Neque replices nos supra dixisse probationes in Inquisitione factas apud judicem incapacem, repetitione indigere. Neque sequi incompetentem posse recipere testes, ergò illorum dicta valida sunt, sine repetitione, nam etiam suspecto, & incapaci concedimus repetitionem dictorum testium, & tamen non per id valida sunt sine repetitione. Nam respondetur, imò sequi in incompetenti, quia lex, quæ illi concessit jurisdictionem, actui validitatem dedit, quod potuit juste facere in incompetenti, non verò in incapaci, aut suspecto, iusta statim dicenda.

31 Neque, inquam, obstat, quod superius, resolvimus de incapaci, quia inter utrumque casum illa apertissima datur differentia, nam Rex potest judicem incompetentem reddere competentem respectu omnium subditorum Regiæ potestatis, tollit enim incompetentiam, quam ipse induxerat eximendo aliquos ab hac, vel illa jurisdictione, at non potest reddere capacem judicem, quando ille est incapax ex dispositione juris Canonici, quod Rex ipse tollere non potest, veluti judicem sæcularem respectu clerici, quod est notissimum, & notatur per text. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Constitutionibus. Gratia de benef. 7. parte cap. 2. num. 48.

32 Secundo probatur dicta resolutio, ex his, quæ scribunt Valascus 1. tom. consult. 65. in fine, Cabedo 1. parte decis. 36.

num fin. & decis. 159 per tot. ubi maxime commendant legitimam praxim, secundum quam subitari solent, & non invalidari acta formata per judicem incompetentem. Si ergo omnia acta sustinentur multo magis probationes tantum, quæ lege permittente, & jubente fuerunt receptæ per incompetentem. Et hoc in effectū apud peritos judices observatur, non enim iterum examinant, aut repetunt testes, quorum dicta ab incompetentibus sibi remittuntur, ad hoc, ut ipsi competentes contra suos subditos procedant.

Aut tandem quæritur, utrū nulla 33 sit Inquisitio formata apud judicem incompetentem accipiendo Inquisitionē in eo sensu, in quo significat non quidem *devassa*, sed solemne modum procedendi Reo citato ex officio ad eum puniendum, quod nihil aliud est quam apud nos accusatio, & processus pro parte justitiæ, ut quæstione sequenti quasi per totam noviter, & utiliter probavimus. Et in hoc sensu certum est nullam esse Inquisitionem, idest processum formatum per incompetentem, nam id suadent omnes juris regulæ, & id asserunt DD. citati supra num. 27. qui quatenus asserunt nullam esse Inquisitionem formatam per incompetentem, intelliguntur de hac Inquisitione in dicto sensu accepta, ut ex dicendis quæstione sequenti apertius constabit.

Ex dictis igitur distinctis, & declaratis supra, constat quam attente debeat 34 responderi, quando quæritur, utrū Inquisitio formata per judicem suspectum, incapacem, vel incompetentem, nulla sit, nihil enim fere sine distinctione potest asseri, sine manifesto erroris periculo, per dictas igitur distinctiones à nobis traditas respondendum esse quæstioni propositæ, existimamus.

QUÆSTIO IX.

An liceat judici formare contra aliquem specialem Inquisitionem infamia non precedente?


Declaratur novissime contra vulgarem opinionem, quid sit Inquisitio quam DD. specialem appellant, quare ad illam diffamatio requireretur, & quid sit diffamatio requisita.

Defenditur posse judicem interrogare specialiter de aliquo, infamia non precedente, & attenda consuetudine etiam de occultis. Multa alia in jure, & praxi utilia inferuntur, & elucidantur.

SUMMARIUM.

- 1 **P** Roponuntur termini, in quibus quæstio procedit.
- 2 Fūdāmēta pro parte negativa adducūtur
- 3 De occultis non est interrogandum.
- 4 Consideratur pro eadem parte text. in l. Qui quæstionē ff. de quæstionibus, ubi prohibetur specialis interrogatio.
- 5 Referuntur DD. pro eadem parte.
- 6 Constitutione Episcopatū, & Cōcil. Provinciale Bracharenf. expressē decidunt quæstionem negative.
- 7 Text. in cap. qualiter, & quādo 24. de accusat. cū similibus, vidētur apperte decidere quæstionē pro parte negativa.
- 8 Resolvitur affirmative quæst. proposita
- 9 Duæ species Inquisitionis considerantur, & explicantur.
- 10 Ostenditur, text. in cap. Qualiter, & quādo, agere de alia Inquisitionis specie, nō de illa, quæ apud nos dicitur de vassa.
- 11 Expenditur pro eadem parte text. in cap. 2. de accusat. in 6.
- 12 Triplex est modus procedēdi cōtra reū.
- 13 Quando proceditur per viam Inquisitionis, mitius est puniendus Reus, & qualiter id intelligatur.
- 14 Considerantur inconvenientia, quibus arctamur ad intelligendum prædicto modo jura prædicta.
- 15 Exteri scriptores, fere omnes intelligūt, Inquisitionem esse judicium formatū ex officio contra Reum, quod nos dicimus, accusationem pro parte justitiæ.
- 16 Refertur definitio Inquisitionis, ex qua intentum probatur.
- 17 Ad Inquisitionē specialem citatur Reus.
- 18 Referuntur DD. qui utuntur quasi pro synonymis per viam Inquisitionis, vel ex officio.
- 19 In Inquisitione præstatur Reo juramentum de veritate dicenda.
- 20 In conclusione Inquisitionis, opponitur clausula justitiam petit.
- 21 Ad puniendum confessum de crimine incidenter, formatur Inquisitio, & qualiter id intelligatur.
- 22 Inquisitio formata contra absentem nulla est, & quid hoc sit significet.
- 23 Per inquisitionem generalem crimina inveniuntur: per specialem puniuntur, & quid hoc significet.
- 24 Quādo non requiritur ad pœnā, sed ad penitentiā, procurator pro Reo admittitur.
- 25 Accusante parte, cessat Inquisitio, & qualiter id procedat?
- 26 Sola partis querela non facit judicium ad inquirendum, & quid hoc significet?
- 27 In crimine hæresis, proceditur ad Inquisitionem specialem infamia non precedente, & quid hoc sibi velit?
- 28 Notorium exceptio, & alia apperunt viam Inquisitioni speciali, & hujus dicti sensus.
- 29 Intellectus ad text. in cap. 1. §. Sane de censibus lib. 6.
- 30 Quare Inquisitores ita denominentur?
- 31 Intelligitur qualiter procedat quæstio illa, an judici domicilij: an delicti competat

- petat inquirere?
- 32 Declaratur qualiter sit intelligendum illud, quod dicitur, nullam scilicet esse Inquisitionem formetam per iudicem incompetentem.
- 33 Intellectus ad text. in cap. Inquisitio. nis § Tertiæ, vers. & utrū de accusat.
- 34 Ex speciali interrogatione non resultat infamia contra illū de quo interrogatur.
- 35 Infamatus apud aliquos, non potest apud alios infamari.
- 36 Quotidie fiunt Inquisitiones speciales contra non infamatum. ad denunciations, vel potius capitula procedentibus ex officio, vel ad querelam partis.
- 37 Jus partis non potest tollere malitiam intrinsicam actus.
- 38 Ordinationes nostræ nullibi requirunt infamiam præcedentē ad Inquisitionem.
- 39 Specialis Inquisitio in aliquibus casibus fieri iubetur per Ordinac. nulla habita mentione infamiae præcedentis.
- 40 Princeps passim Inquisitiones speciales fieri iubent.
- 41 Utilitas publica privati famæ anteponenda.
- 42 Interrogationes generales, quæ fiunt in generalibus Inquisitionibus, sæpe resolvuntur in speciales.
- 43 Valet Inquisitio specialis, non præcedente infamia, si Reus non opposuit.
- 44 Consideratur pro nostra opinione text. in cap. Cum oporteat, de accusat.
- 45 Consideratur pro eadem parte text. in cap. cum in juventute de præsumpt.
- 46 Item text. in cap. licet de accusat.
- 47 Infamia præcedens ad Inquisitionem specialem, de jure tantum positivo, non naturali, aut divino requiritur.
- 48 Referuntur DD. qui eandem partem amplectuntur.
- 49 Plurimi DD. sunt dicepti existimando Inquisitionem specialem, nihil aliud esse quam interrogationem, quam dicimus devassa.
- 50 Respondetur ad text. in cap. Erubescant § 2. dist. cum similibus.
- 51 Item ad citatorum DD dicta.
- 52 Intelligitur text. in ibi. vers. Qui questionem ff. de quæstion. & ostenditur nihil probare ad propositum.
- 53 Conditores Constitutionum citatorum decepti videntur, at illæ observandæ.
- 54 Declaratur, quid sibi vellent jurare. quirentia infamiam præcedentem ad veram & solemnem Inquisitionem?
- 55 Explicatur quid sit infamia requisita ad Inquisitionem.
- 56 Quenam probatio requiratur ad infamiam probandam.
- 57 Respondetur difficultati deductæ ex auctoritatibus, Evangelij, & Genes.
- 58 Ratio quare de occultis delictis non poterat iudex interrogare, nec testis respondere.
- 59 Impugnatur Bonacina asserens, iure attento non posse iudicem, nec debere admonere testem ne de oculis deponat posse recipere depositiones de occultis.
- 60 Consuetudine introductum est ne requiratur infamia præcedens ad Inquisitionem specialem.
- 61 Rationabilis est prædicta consuetudo.
- 62 De introductione dictæ consuetudinis dubitari non potest.
- 63 Indicia præcedentia, etiam attentæ consuetudine, requiruntur ad Inquisitionem specialem.
- 64 Explicatur quare, & qualiter debeant ad Inquisitionem iudicia præcedere.
- 65 Quenam iudicia requirantur? Remissive.
- 66 Attentæ consuetudine prædicta potest, & debet iudex interrogare de occultis, & testis respondere.
- 67 Crimina perniciores, etiam occulta, detegi debebant, etiam jure attentæ, semotaque consuetudine.
- 68 Moderni inadvertenter adhuc hodie existimant, de occultis non esse interrogandum, aut respondendum.
- 69 Concluditur, posse iudicem caute, prudenter, & bono zelo, interrogare specialiter non præcedente infamia, nisi ubi circumstantiæ contrarium suaserint, vel Constitutiones id expresse prohibuerint.

1  Uæstio proposita illud petit an scilicet, Prælati, vel iudex alter, qui potestatem inquirendi habet, possit inquirere, id est, interrogare testes nominatim, & specialiter, an Titius commiserit tale, vel talia crimina [quod nos appellamus *de vassar especialmente*] non præcedente infamia contra illum Titium.

2 Et quidē quæstio videtur indubitata: nā omnes fere DD. tā Sūmistæ, quorū plures Sayro in *clavi Regia lib. 12. cap. 10. n. 19. less. com nunē dicens, de justit. lib. 2. cap. 29. dub. 15. Filiuc. in decalog. tract. 40. cap. 6. n. 190. Bonacin. moral. tom. 2. disp. 10. punct. 5. n. 10. cū pluribus alijs, quos refert, & sequitur Præceptor Conimbr. Petrus Cabral ad text. in cap. qualiter, & Pinto 24. á n. 10. novissime D. Joann. quando Ribero dicta relação 3. num. 43. & alijs. Quam criminalistę, quo transcribere otiosum esset, videatur Farinat. in praxi crimin. tom. 1. tit. de Inquisit. quæst. 9. n. 1. ubi infinitos prope modum citat, dictam quæstionem negativè decidere videntur, & non solum videntur fundari in iuribus infra citandis, quæ apertissimè illam negativè decidere, vulgo creditur, sed etiam quia crimina illius, qui infamatus non est, occulta dicuntur: at de occultis non potest iudex interrogare, nec testis respondere, ut deducitur ex text. in cap. Erubescant in fin. 32. dist. & in cap. Qualiter, & quando 17. in fine ibi, exceptis occultis criminibus de accusationibus, & non dubitant DD. aliàs proximum injuste diffamari. Cabral, & Sayro supra, sentit. Simanc. de Catholic. tit. 22. num. 6. post. Coment. ad S. Thom. 2. 2. quæst. 96. art. 1. & plures alios, Cab. 1. parte decis. 78. & 79.*

4 Pro eadem parte facere videtur text. (qui prima facie probat apertè dictam assertionem) in lege 1. §. Qui quæstionem

ff. de quæstionibus ibi, qui quæstionē habiturus est non debet specialiter interrogare an Lucius Titius homicidium fecerit sed generaliter quis illud fecerit, alterū enim magis suggerentis quam requirentis videtur.

Et quidem inquirentem debere cavere ab interrogatione speciali, dixerunt Bossius, Simanch. Menoch. & Car. rer. relati ab Scaccia de Judic. cap. 26. n. 7. & obiter Clarus recept. sententiarum lib. 5. §. fin. quæst. 6. num. 4. Item cum referens obiter etiam Farinat. in pract. tom. 1. tit. 1. Inquisitione quæst. 9. n. 19. & 21. ibi, Neminem nominando, & ibi, Interrogaturque in genere, & satis intellexit Clarus ubi supra quæst. 5. quasi per tot Farinat. sup. num. 14. Sayro in clavi Reg. lib. 12. cap. 10. num. 21.

Quibus fundamentis, & iuribus statim allegandis ducti conductores Constitutionum omnium ferè Episcopatum Regni hujus statuere, ne Visitatores, sive alij inquirentes descenderent ad specialē interrogationē contra certā personam, infamia non præcedente: ita habetur in Constit. Brachar. tit. 35. Constit. 1. Elvensi tit. 35. §. 5. num. 5. Contimbri. censi tit. 31. Constit. 7. & ferè omnibus aliorum Episcopatum Constitutionibus, harum enim mos est, ut recētiore antiquiores transcribant. Idem quoque statutum fuit per ultimum Concil. Provinciale Brachar. aet. 2. d. Visit. cap. 13.

Imò, ut jã ad principale fundamentū accedamus, aiunt Nostrates quæstionē propositam expresse decidi per text. in cap. Qualiter, & quando 24. de accusat. & in cap. Inquisitionis eodem tit. & in cap. licet Hely de Symonia. Quod si verum est, vanus est noster labor dum contendimus contrariū probare. Et quidē prædicta jura nihil aliud decidere, quam quod non potest formari Inquisitio specialis interrogando specialiter contra aliquam certam personam, infamia non præcedente, nullus ferè Nostratum non existat, quem scribentem viderim,

viderim aut ratiocinantem auderim super hujusmodi juris articulo. Id semper supponit, & frequenter ad hoc prædicta jura allegat *Preceptor Petr. Cabral in dictis appostillis ad text. in dict. cap. Qualiter. & quando Cabedo 1. p. decis. 78.* Idem credidere dicta *Constitutio Conimbricensis* ibi, *As especiaes* [agit de Inquisitionibus, vulgo *devassas*] *contra pessos certas se não podem fazer, senão precedendo infamia da qual conste legitimamente &c.* Et allegat ad marginem tanquam concordantes *text. in dicto cap. Qualiter, & quando, & cap. Inquisitionis de accusat.* Idem existimavit prædictū *Cōcil. Provinciale*, ibi, *Canonicas sanctiones observent neque nominatim de quoquam, nisi præcedente infamia inquirent.* In quibus verbis ibi, *Canonicas sanctiones*, videtur intelligere de prædictis juribus, non enim sunt alia, in quibus id probari videatur. Idem vulgariter omnes *Nostrates* existimant.

8 Verum attentissima præmissa consideratione, jugique studio, ego quidem semper contrarium in specie proposita existimavi credens licere specialem interrogationem. Ad hoc probandum, ostendam primò, Inquisitionem, de qua jura agunt, & ad quam requirunt infamiam præcedentem, non esse illam Inquisitionem, quam *devassa*, dicimus, & est tantum assumptio informationum; sed esse processum formatum ad puniendum Reum ex officio, quem processum nos appellamus accusationem pro parte justitiæ. Deinde probavimus, Inquisitionem, quatenus est interrogatio, & apud nos dicitur *devassa*, nullo jure aut ratione prohiberi, infamia non præcedente; neque per talem interrogationem diffamari illum contra quem inquiritur. Secundò ostendemus, quare requiratur infamia præcedens, attento jure communi, ad illam Inquisitionem, quæ est processus, & accusatio pro parte justitiæ.

Qualis esse deberet, & qualiter probanda. Tertio, ostendemus, hodie, ex consuetudine generali non requiri diffamationem præcedentem, ut Reus inquiri, id est accusari pro parte, & ex officio justitiæ, & puniri possit. Dummodo tamen indicia procedant, & declarabimus, quid sibi velit hoc indiciorum requisitum. Quarto probavimus, hodie, stante dicta consuetudine, posse, & debere judicem interrogare, similiterque testem respondere de criminibus occultis. Tandem contrariis respondebimus. Quæ assertiones novæ & notabiles videbuntur, ac attente legenti, & consideranti tute (ut credimur) reddentur.

Ad primum ostendendum, & probandum prænotandum est, jura, & DD. agnovisse duas species Inquisitionis specialis: alteram, scilicet, quæ fit super infamia, interrogando testes, an ille, de quo quæritur sit de crimine infamatus: alteram, quæ ordinatur ad puniendum criminofum, contra quem jam datur criminis probatio, sive informatio: quam speciem Inquisitionis solemnem, & ordinariam appellat *Farinac. de Inquisitione quæst. 1. num. 4.* De priori Inquisitionis specie meminere *text. in cap. Licet de accusat. text. in cap. 2. ibi, Inquisitione super infamia omissa, eodem tit. lib. 6.* De posteriori Inquisitionis specie agunt *text. in dicto cap. Qualiter, & quando 24. de accusat. & in cap. 1. & 2. eodem tit. in 6. text. optimus, qui ita intelligi debet in cap. 1. ibi, solemniter inquireat de censibus in 6.* quam divisionem agnoverunt *Clarus recept. sententiarum §. fin. quæst. 6. num. 4. & quæst. 28. num. 2. & quæst. 20. num. 2. & 3. optime Scaccia de judic. lib. 1. cap. 84. num. 3. & cap. 86. num. 15. & 16. & cap. 83. num. 11.* Inter quas Inquisitionis species maxima datur differentia, imò nulla cognitio; nam prior nihil aliud est quàm informationū assumptio contra aliquem

interrogando dum inquiritur, vulgo *na devassa*, an Titius tale crimen commiserit, & de eo sit diffamatur. At secunda est judicium jam formatum, & processus, qui ex officio ordinatur ad puniendum criminolum, qui processus, qui dici non potest accusatio, quia non datur accusator, ut inquit *Summus Pontifex in dicto cap. Qualiter, & quando*, ibi, *Non tanquam idem sit accusator & iudex*, Inquisitio dicitur in jure, nec nomen est improprium, significat enim investigare, & exquirere, ut constat *ex text. in cap. 1. de restitut. spoliat. text. in l. Justissimos Cod. de officio Reëtoris. Provincie text. melior in l. Milites Cod. de quaest. tionibus text. in leg. Si quis alicui, ibi, stri. Etiore Inquisitione Cod. ad l. Juliam Majest. ubi Inquisitio sumitur pro investigatione, quæ fit in judicio, etiam interrogando Reum in tormentis. Cum igitur iudex ex officio procedens nihil aliud faciat, nisi investigare, & exquirere visis informationibus justitiæ excusationibusque Rei, an commiserit, vel non crimen, de quo impetitur, non improprie ille processus criminalis à iudice ex officio ordinatus Inquisitio dicitur, & quanvis nomen illud sit generale, tamen non est novum in jure, quòd nomen generis retineatur ab aliqua specie, ut videmus in adoptione, quòd nomen, licet generale sit, tamen illud conservat quædam ex speciebus adoptionis, notant scribentes per *text. tum ibi, in principio Institut. de adopt. quemadmodum etiam, licet jus civile dicatur jus cujuslibet Civitatis, tamen jus civile denominatur per antonomasiam jus Civitatis Romanæ §. Sed jus quidem Institut. de jure naturali &c.* Ita in simili, licet Inquisitio sit nomen generale conveniens multis speciebus, illud tamen conservat illa species, quæ est processus ex officio ad puniendum Reum qui processus apud nos dicitur accusatio pro parte justitiæ. Executiant*

igitur Nostrates opinionem illam, qua imbuti sunt quasi ab dollescencia eorum intellectu, dum existimant, Inquisitionem in jure nihil aliud significare, quam apud nos *devassa* [nam licet aliquando id significet, frequentissimè tamen, & per antonomasiam aliud diversum significat, scilicet, processum illum judicalem, qui ordinatur ad Reum puniendum] & facile intelligent, quam apertè procedant, quæ hic resolvimus.

Videamus jam qualiter assertio nostra probetur per apertissima jura, & Doctorum auctoritates, & qualiter jura capitalia de Inquisitione agentia intelligantur de Inquisitione solemnè, quatenus est processus ad puniendum Reum, & ad hanc requirât infamiam præcedere, non verò intelligi possint de illa Inquisitione, quæ est informatio-num assumptio, & testium interrogatio, quæ apud nos *devassa*, dicitur.

Quæ dicta sunt probantur apertissimè, primò *ex text. ipso in materia capitalissimo in dicto cap. Qualiter, & quando 24. de accusat. ubi Summ. Pontifex magistraliter describens qualiter fit formanda Inquisitio, de qua agit ita ratiocinatur. Debet igitur esse præsens is, contra quem inquiritur, nisi per contumaciam se absentaverit, & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi se ipsum, & non solum dicta, sed etiam nomina testium sunt ei, ut quicquid, & à quo sit dictum appareat, publicanda, nec non exceptiones, & replicationes legitime admittendæ. Videas, precor, sapientissimè Lector, an prædicto, modo sit facienda Inquisitio, quam nos dicimus *devassa*? An Reus citari debet, ut præsens sit, quando fuerit contra eum inquirendum, vulgò *quando se ouver de devassar delle*, an ei sint exponenda capitula, de quibus inquiritur contra eum, an testium [qui adhuc interrogati non sunt] nomina illis sint publicanda? Et per contrariam videas,*

videas, an non omnia, quæ supra requirantur, optime convenient Inquisitioni, quatenus est processus, & solemnis procedendi modus ex officio contra Reum ad eum puniendum? Sanè id est adeo apertum, ut clarius dici non possit. Id igitur Inquisitio, id inquirere significat; ad hanc Inquisitionem infamia præcedens requiritur; non ad illam, quæ est informationum assumptio, & apud nos *devassa*, dicitur, de qua in *dict. text.* nullatenus agitur. Sufficiebat sanè *text. iste* apertissimus, sed multis alijs assertionem nostram confirmabimus.

11. Secundò igitur probatur assertio nostra *ex text. in cap. 2. de accusat. in 6.* ubi deciditur, quod, si ille, contra quæ sit Inquisitio sit præsens, & taceat, nec excipiat infamiam non præcessisse, validus erit processus Inquisitionis; ergò Inquisitio est actus judicialis, qui fit, citato Reo, non illa testium interrogatio, quæ apud nos dicitur *devassa*, quæ cum fiat secrete, Reo non citato, nullatenus illi poterat imputari, quod non opposuerit contra Inquisitionem (nam ignorare præsumitur) quod infamia non præcesserit. Unde aperte Inquisitio est processus formatus contra Reum, & de hac *text. iste* loquitur, & intelligitur.

12. Tertiò probatur *ex text. in cap. Licet Hely de Simonia, & ex text. in dict. cap. Qualiter, & quando 24. de accusat. Et ex eadem rubrica de accusationibus, & de denunciationibus*, quatenus modus procedendi contra Reos in tres vias, sive species dividitur, scilicet, per accusationem, Inquisitionem, & denunciationem, unde; sicut accusatio, & denunciatio [licet hæc non sit jam in usu, ut notant *Sccac. de Judic. cap. 84. num. 21. Clarus §. fin. quest. 7. vers. Quæro nunc*] sunt modi procedendi in iudicio contra Reos, ita Inquisitio, quæ inter eos adnumeratur. Neque Inquisitio, quatenus est interrogatio testium,

& apud nos *devassa*. potest dici procedendi modus nam adhuc, quando inquit, longè est iudex à procedendo, imò potest specialiter inquirere, id x, *devassar*, & tamen nunquã contra Reum procedere, quia, scilicet, quamvis cõtra eum specialiter interrogasset testes tamen culpa non resultavit. Unde necessariò debemus fateri, Inquisitionem, quæ inter ceteros procedendi modos recensetur, esse verum procedendi modum judicialem, & ordinarium, non illum, qui tantum est præparationis, qualis est testium interrogatio, id est, *devassa*, vel querela, & alij similes, qui neque sunt procedendi modus nec semper ex illis sequitur processus contra inquisitum, vel querelatum. Quæ dicta sunt, agnoscunt *additio ad Bart. lit. Am l. 2. §. Si publico ff. ad l. Jul. de adult. Clarus, & Sccacia citat. supra vers. Prænotandum num. 9.*

Quartò probatur *ex text. in cap. In 13* *quisitionis in principio de accusat.* ubi disponitur, quòd, quando proceditur cõtra Reum per viam Inquisitionis, mitior est pœna imponenda, nisi criminis gravitas, aut aliæ circumstantiæ ordinariam pœnam imponendam esse suadeant, idem colligitur *ex text. junctâ glosa,* ibi, *verbo. Forma in dict. cap. Qualiter, & quando 24. de accusat. & ex text. in dict. cap. Licet Hely, verbo Judicij forma de Simonia, notant Tiraq. de pœn. temperan. causa 53. Clarus dict. §. fin. quest. 60. num. 33.* ex qua juris dispositione apartè colligitur, viam Inquisitionis esse modum procedendi ex officio contra Reum, & idem quod apud nos processus pro parte justitiæ sine alio accusatore: in quo sensu debet omnino accipi Inquisitio, & Inquisitionis via, nam sic aptissime significat prædicta juris dispositio, quòd illi, qui ex officio pro parte justitiæ sine alio accusatore, aut, ut inquitur, sine parte accusatur, non est imponenda ordinaria pœna, quo

quo jure nos quoque utimur. Sin autem pro via Inquisitionis intelligamus *devassa*, injusta, insipida, & ineptissima esset prædicta juris dispositio; nam cur mitigando esset poena Reo contra quæ formata fuit Inquisitio, vulgò, *devassa*? aut cur non idem dicendum, si culpa resultaret ex querela, vel ipsius Rei confessione in judicio incidenter facta, vel ex quocumque alio capite? Sane clarissimum est, illam juris dispositionem non attendisse ad originem culpæ, sed an pars offensa accusaverit, vel justitia tantum processerit ex officio, formando processum contra Reum, ita, ut in hoc caso possit poena mitigari, quia pars offensa non accusat. Igitur Inquisitio, & Inquisitionis via non significat *devassa*, sed judicium illud solemne, & ordinarium, in qua proceditur contra Reum ex officio pro parte justitiæ.

14. Quinto probatur; nam, si jura illa, quæ de Inquisitione loquuntur, intelligunt pro Inquisitione illam summariam acceptionem informationum, & testium interrogationem, quam nos *devassa*, dicimus, quæstio pro Deo quodnam nomen habet illud judicem ordinarium, quod formatur procedendo à libello usque ad sententiam ex officio contra Reum? Nonne sine nomine est? Absit. Dicit aliquis quòd, licet appelletur Inquisitio, erit ex eo quia procedit, & causatur à vera Inquisitione, idest, *devassa*, subsistat tamè quia hoc est falsum; nam sæpissimè quando proceditur in judicio ex officio contra Reum, culpæ non resultant ex Inquisitione, nec ulla Inquisitio præcessit, sed querela, vel accusator, & justitia intravit, vel aliud præcessit ex multis, quæ aperiunt viam judici ad procedendum ex officio contra Reum, de quibus latissimè *Secacia de jud. lib. 1. cap. 71. cum multis sequentibus*. Imò, nec quando Inquisitio præ-

cessit, judicium postea formatum, dicitur Inquisitio, nisi ex officio justitiæ procedat; nam, si accusator detur, dicitur judicium illum accusatio, ex his quæ *Maranta de Ord. judic. 6. p. tit. de Inquisit. num. 40. 41. & 48. Gratian. discip. forens. cap. 97. num. 8.* Ergo judicium illud non denominatur à causa præcedente, nec eo quod procedat ab Inquisitione, dicitur Inquisitio, nec per contrarium ex eo, quod non procedat ab Inquisitione, vulgò, *devassa*, desinit Inquisitio dici, merito; nam quòd sit, vel non dicenda Inquisitio, solùm pendet ab eo, an ex officio justitiæ sine alio accusatore procedatur: non verò à causa, & origine, à qua processit probatio sine culpa, propter quam contra eum proceditur.

Facit illa consideratio; nam, si sensus prædictorum jurium esset, quòd judex non posset inquirere, idest, *devassar*, specialiter contra aliquem infamia non præcedente, rarissimè inquirere posset specialiter nam deberet expectare, quòd tot testes motu proprio ad eum accederent, ut per eos probaretur diffamatio, & eorum dicta deberet ad acta redigere, quod rarissimè posset praticari. Deinde etiam hoc dato inutiliter ferme procederetur ad Inquisitionem; nam, ut plurimùm ex talibus testium dictis probatum remaneret delictum, & sic non utilis esset, aut necessaria alia specialis Inquisitio, non debemus igitur dicere, pro tali specie ferè infructuosa emanasse tot jurium seriosam dispositionem, & omissam fuisse quæstionem in materia præcipuam, an scilicet, possit accusari pro parte justitiæ ille, qui de crimine non est diffamatus, licet illud probari possit. Imò dicendum est, hanc quæstionem, & non illam raram, & ferè incontingibilem jura illa decidisse.

Nunc transeamus ad auctoritates Doctorum, quibus res ista planè probatur, omnes

omnes enim ferè scribentes exteræ patri-
tionis intelligunt, Inquisitionem esse ju-
diciam illud, quod formatur ex officio
cōtra Reum ita, ut apud Italos vulgari
lingua appellentur Inquisiti illi, contra
quos iustitia ex officio procedit, & ut
nos dicimus, accusatur pro parte iusti-
tiæ, ut videre est per *Secciam de sen-
tentia, & re judicata, glos. 14. quæst. 7. n.
138. Lancelot. de attent. 2. parte cap. 5.
quasi per tot. & Inquisiti etiam dicuntur
à Claro dicto § fin. quæstio 10. num. 3. in
fine* Noltrates autem scribentes, & pra-
gmaticos decepit vulgaris verbi [In-
quilitio] acceptio, quæ apud nos fo-
nat *devassa*, at licet illi nomen conve-
niat, tamen Inquisitio propria in iure
aliud est, nempe iudicium illud, quod
formatur contra Reum jam culpātū in
Inquisitione, quatenus est informatio-
nū assumptio, & *devassa*, vel in alio
quocunque summario, vel modo quo-
libet. Prosequamur auctoritates.

16 *Seccia de iudic. lib. 1. cap. 85. num.
2. sic definit Inquisitionem specialem.
Est quoddam jus per officium procedendi
ad condemnationem & punitionem con-
tra aliquos nominatim Inquisitos, & de
certis criminibus diffamatos. Item Clarus
dict. §. fin. quæst. 5. num. 20. & 50. Me-
noch. de præsump. lib. 1. quæst. 88. num. 7.
& 8. Farinat. dictæ quæst. 1. n. 4. Peña
3. parte direct. coment. 16. definiunt ita.
Specialis Inquisitio est illa, quæ fit per judi-
cem contra particularē personam, de cujus
delicto jam curia notitiam habuit. Constat
igitur per Inquisitionem procedit ad
condemnationem, & punitionem, item
formari quando jam curia notitiam ha-
bet de delinquente, quæ aptissime con-
veniunt Inquisitioni vitæ quæ est judi-
cium formatum ex officio contra Re-
um, & nullatenus talis definitio potest
convenire Inquisitioni, quatenus est
testium interrogatio, idest, *devassa*,
ut patet, ergo &c.*

17 *Maranta de Ordin. iudic. 6. p. tit. de*

*Inquisitione num. 6. Butrius in dicto cap.
Qualiter, & quando num. 40. dicunt,
quod ad specialem Inquisitionem cita-
tur Reus. Videas igitur Lector, an Re-
us citetur ad illam Inquisitionem, quæ
est informationem assumptio, & dicitur
apud nos *devassa*? Clarum igitur est
prædictos DD. intellexisse, Inquisitio-
nem specialem esse iudicium illud for-
marum contra culpātum ex officio si-
quidem ad hanc veram Inquisitionem
sine dubio Reus citatur.*

*Julius Clarus in dict. §. fin. quæst. 5. n. 18
3. Seccia de iudic. lib. 1. cap. 100. num. 11.
Farinat. de hæresi quæst. 185. §. 4. num.
16. & tom. 1. tit. 1. Inquisitione quæst. 4.
per tot. sæpè repetunt, ex officio, idest
per Inquisitionem, declarantes idem
esse procedere ex officio, optimè *Sec-
cia lib. 2. de iudic. cap. num. 4. vers.
Comprobatur Glos. optima verbo cū iudice
in cap. Cum speciali de appellat. Lancelot.
de intenta cap. 4. de lim. 23. num. 22.
quod non potest intelligi de Inquisitio-
ne, quatenus est interrogatio testium,
idest *devassa*, illa enim non est modū
procedendi, ut probavimus supra in
vers. 3. probatur. Est igitur intelligen-
dum de vera, & propria Inquisitione,
quæ est modus procedendi ex offi-
cio contra Reum.**

*Idem Clarus dict. §. fin. quæst. 45. n. 19
9. dicit, quod in Inquisitione præsta-
tur Reo iuramentum de veritate dicē-
da. Videas igitur an huiusmodi dictum
convenire possit Inquisitioni, quatenus
est interrogatio testium, idest, *devassa*?
Certè tali speciei non potest cōvenire,
sed illi Inquisitioni, quæ est iudicium
formatū cōtra Reum simile accusatio-
ni, quod iudicium est vera Inquisitio.*

*Practica Papiens. tit. de forma Inquisi-
tionis ad finem. Farinat. de Inquisit. dicta
quæst. 1. num. 32. dicunt, quod in con-
clusionem Inquisitionis, debet apponi
clausula illa, iustitiam petit, ut so-
let apponi in libelis, nam capitula
Inqui-*

Inquisitionis idem sunt in effectu, quòd articuli libelli, ut ait *Socacia de Judic. lib. 1. cap. 100. num. 11. vers. Si loquimur*, ibi, quia articuli dicuntur quando proceditur ad instantiam partis, & capitula, quòdo proceditur ex officio. Et cap. 86. num. 16. ibi, quia formare Inquisitionem erat elicere, ex precedenti informatione diffamationis, & indiciorum titulum, vel libellum quendam contra eum qui ex illa assumpta informatione apparebat diffamatus seu indiciatus, &c. Quid appetitus? Addit *Farinat. dicta quest. 1. n. 12. sequenti Debet in Inquisitione apponi annus, & mensis commissi delicti: nam licet text. in l. Libellorum loquatur in accusatione, tamen idem erit in libello Inquisitionis, cum hodie Inquisitio successerit loco accusationis. Sane hæc sunt adeò clara, ut inductione non indigeant.*

21 *Glosa verbo, Confessus in cap. 2. de confessus cū pluribus, quos citat Præceptor Conimbr. Christoph. Joam in comment. ad dictum text. num. 57. asserunt, contra Vicentium, de quo ibi, confitentem incidenter simoniæ crimen fuisse formatam Inquisitionem, & per hujusmodi viam fuisse condemnatum, & sic ex illo text. deducunt DD. quod ut possit puniri, qui incidenter crimen confiteatur, debet adversus eum formari Inquisitio idest, institui iudicium, & accusatio pro parte justitiæ, fundata in illa probatione, quæ ex confessione incidenter facta resultat, & hoc jure utimur, nam quando per viam exceptionis, vel aliàs, probatur crimen incidenter, jubetur Promotori, ut promoveat, & accusationem pro parte justitiæ instituat contra illum, de cujus delicto sic incidenter constat, ut sic puniri possit: id ergò significare volunt prædicti DD. quatenus asserunt, formandam esse Inquisitionem in dictis terminis, & nullatenus significare intendunt, quòd sit inquirendum idest, devassar, hoc enim esset ineptum, & in auditum interminis*

de quibus agunt.

Clarus dict. § fin. quest. 11. num. 1. 22 Farinat. tom. 1. de Inquisitione dict. quest. 1. n. 69. cum alijs dixerunt, Inquisitionem formatam contra absentem nullam esse, & est de text. in dicto cap. Qualiter, & quando, & intelligendum pro Inquisitione processum formatum, idest, accusationem pro parte justitiæ rectè procedunt, quæ dicta sunt, & eodem jure utimur, ex simili dispositione Ordinatione nostræ lib. 5. tit. 126. §. 3. secundum quam non proceditur regulariter pro parte justitiæ contra absentem. Sin autem pro Inquisitione intelligatur illa testium interrogatio, & informationum assumptio, quæ dicitur apud nos devassa, prædicta Doctorum assertio inepta est, & falsa; nam contra absentem interrogantur testes, & formatur sine dubio, talis Inquisitio, idest devassa, imò semper fit contra non presentem in iudicio, & ignorantem.

Idem Clarus ubi suprà quest. 45. num. 13. sic scribit ex Saliceto: Cauti iudices ante Inquisitionem recipiunt informationem testium, & inscriptis redigunt, & habita informatione, formant Inquisitionem, & si pœna sit corporis faciunt citare Reum re, & postea faciunt illum respondere Inquisitioni &c. Ex quibus colligitur post informationes summarias, & post Rei incarcerationem formari Inquisitionem, & Reum illi respondere. Ergo Inquisitio non est testium interrogatio, quam nos devassa, dicimus, sed processus ex officio formatus à libello usque ad sententiam ad Reum puniendum.

Maranta de Ordine judic. 6 parte tit. 23 de Inquisit. num. 30. Farinat. tom. 1. de Inquisitione dict. question. 1. num. 4. cum alijs, speculat. tit. de Inquisit. §. Quando autem, dixerunt, quod per Inquisitionem generalem crimina deteguntur, per specialem puniuntur, & quod gene.

generalis est præparatoria ad habendas informationes: specialis verò est solemnis, & ordinaria ad puniendum. Ergo Inquisitio specialis est iudicium illud ex officio formatum contra Reum, non testium interrogatio, vulgò *devassa*, hæc enim longe distat à via puniendi Reum, imò est tantum assumptio informationum, & probationum contra eum.

Secacia de judic. dict. lib. 1. cap. 100. num. 11. Clarus dict. §. finali quest. 6. num. 22. dixerunt, quod iudex debet ad se vocare Reum, & illi dicere. *Ego intendo inquirere contra te super talibus criminibus*, Videas igitur benevole Lector, an ita fiat in illa Inquisitione, quæ dicitur apud nos *devassa*? Sanè apertissimum est, nullatenus Reum admoneri, aut citari ad talem Inquisitionem, sed ad illam, quæ est iudicium formatum, & in effectum accusatio pro parte justitiæ; ista ergo est Inquisitio, de qua intelligunt prædicti DD.

24 *Idem Secacia dicto lib. 1. de judic. cap. 83. num. 1. vers. Tertia referendo Angelus dicit*, quod quando iudex Ecclesiasticus inquit contra aliquem, non ad pœnam, sed tantum ad pœnitentiam illi imponendam, potest Reus comparere per procuratorem, quia non dicitur propriè causa criminalis; ergo Inquisitio est iudicium formatum, in quo Reus per se, vel per procuratorem comparet.

Farinat. dict. tit. de Inquisition. quest. 9. n. 16. Secacia de judic. dict. lib. 1. cap. 84. n. 23. postquam posuerunt illam regulam quòd scilicet. Inquisitio non potest formari contra aliquem, nisi præcedente infamia, limitant prædictam regulam in Inquisitione, quæ fit contra officiales justitiæ in syndicato, sed statim advertunt, quòd prædicta limitatio non pertinet ad illam regulam, quia Inquisitio, de qua regula loquitur, & ad quam requiritur, quòd præcedat in-

famia est Inquisitio, quæ fit ad puniendum, at Inquisitio, de qua limitatio loquitur est ad investiganda delicta ab officialibus commissa. Ex quibus constat apertissimè prædictos DD. intellexisse, Inquisitionem illam ad quam requirunt, quòd præcedat infamia, esse iudicium formatum ad puniendum Reum, non illam, quæ est tantum interrogatio testium idest, *devassa*, hæc enim investigatio tantum criminis, vel criminosi dici potest.

Barb. in l. Heres absens §. Proinde tit. 25 de foro delicti num. 121. ff. de judic. Gratian. de sept. forens. cap. 97. n. 8. Secacia de Judic. dict. cap. 85. n. 11. Maranea dicto tit. de Inquisit. 6. p. n. 40. 41. & 48. apertissimè *Capol. cautela 25.* dicunt, quòd pars offensa debet citari, ut accuset, si velit, & si accuset, cessat Inquisitio: quòd necessario intelligendum est de iudicio, & processu formato ex officio ad puniendum Reum, hic enim processus cessat, si pars accusat, at non potest intelligi, quòd cessat Inquisitio quatenus est interrogatio testium, idest *devassa*, nam hæc jam formata, & expedita est, quando pars offensa citatur, ut accuset, si velit, neque quando casus est Inquisitionis, vulgò *devassa*, illa cessat, licet aliàs pars offensa querelam proponat, vel accuset, ut apud nos est certum, & diximus *supra quest. 1.* Dubitari igitur non potest, Inquisitionem in dictis locis accipi, pro iudicio formato ex officio, & pro accusatione pro parte justitiæ, quæ cessat quando offensus accusat.

Farinat. in practic. tom. 2. tit. 5. quest. 26. n. 26. dixit quòd sola partis querela non facit iudicium ad inquirendum, hoc est ad formandam, & transmitendam Reo, Inquisitionem, sed benefacit iudicium ad assumendas informationes. In quibus clare ostendit, Inquisitionem esse processum ordinatum ex officio ad puniendum Reum, ad quem processum non

non sufficit sola partis querela, licet sufficiat ad interrogandos testes specialiter, vel *per devassar*.

Videantur Paz in praxi 1. part. tom. 1. tempore 6. num. 36 Barb. cum citatis in leg. Heres absens §. Proinde tit. de foro delicti n. 115. ff. de judic. Filvic. in Decalog. tract. 40. cap. 6. num. 189. & 190. Ex quorum dictis, & aliorum (quos infinitum esset allegare, & eorum dicta expendere) probatur aperte nostra assertio, & apertissime constat Inquisitionem, ad quam infamia præcedens requiritur in jure, imò Inquisitionem simpliciter, & per antonomasiam esse iudicium, in quo ex officio proceditur ad puniendum Reum, & idem, quod apud nos accusatio pro parte justitiæ, non verò esse assumptionem informationum, & testium interrogationem, quam nos dicimus *devassa*, licet etiam hæc lato modo, & minus principaliter Inquisitio dicatur.

Ex resolutis, & probatis hucusque infertur primò Inquisitionem, ad quam requirunt præcedentem infamiam *text. in dict. cap. Qualiter, & quando 24. de accusat. cum similibus*, esse Inquisitionem ordinariam, & solemnem, & idem quòd apud nos, accusatio pro parte justitiæ, & prosequens jura illa non probare Nostratum opinionem existimantium, Inquisitionem, de qua jura illa agunt, esse illam summariam, & non judicialem interrogationem, & informationum assumptionem, quam nos *devassa*, dicimus. Et sic nostram quæstionem per jura illa nullatenus decidi, neque per illa fundari dispositionem *Constitutionem, vel Concilij Provincialis Bracharenf. de quibus supra num. 6.*

27 Secundò infertur intellectus ad illud dictum Doctorum communiter asserentium, in crimine hæresis posse procedi ad Inquisitionem specialem, infamia non præcedente, ut cum multis, quos citat, & scribit *Farinat. de Inqui-*

sit. quæst. 9. num. 14. & cum alijs Bonac. tom. 2. disp. 10. punct. 5. num. 15. Nam intelligendum est, ut significet, posse Reum hæresis accusari pro parte justitiæ, & puniri etiam si non constet, eum diffamatum de illo hæresis crimine; nam id regulariter in alijs criminibus non licebat, ut probavimus, & explicavimus infra à *num. 54.* Non autem intelligendum est (prout perperam *Farinat.* intelligere videtur) posse interrogari specialiter, an aliquis commiserit crimen hæresis: nam hoc non continere specialitatem, cum secundum nostram opinionem id prohibitum non esset in dictis juribus, ut supra ostendimus, nec alio jure, aut ratione, ut infra à *num. 34.* probavimus. Neque etiam continere utilitatem; nam, si concessio illa intelligeretur de interrogatione tantum, quoniam jure, aut auctoritate posset Reus accusari judicialiter, aut puniri contra regulam *text. in cap. Inquisitionis §. Tertie de accusat.* Intelligenda est ergo dicta assertio Doctorum, ut significet, posse, inventis indicijs, sive probationibus hæresis, illius Reum accusari pro parte justitiæ, & puniri, licet, non sit diffamatus, quod similiter in alijs delictis atrocibus licebat, ut ait *Farinat. sup. num. 15.* & hodie, per consuetudinem, generaliter licet, ut infra probavimus à *nu. 60.*

Tertiò infertur intellectus ad ea, quæ 28 scribunt *Sccacia de iudicibus lib. 1. cap. 74. & 75. & sequentibus* cum alijs asserentibus, exceptionem; notorium: probationem factam in alijs actis aperire judici viam ad inquirendum: nam sensus est, quòd iudex habens ex dictis causis informationem contra aliquem potest ex officio contra eum procedere, & iudicium, id est accusationem pro parte justitiæ instituere ad eum puniendum, & hoc jure utimur: nam quando per viam exceptionis probatur contra aliquem delictum, licet per illam proba-

probationem, vel per confessionem incidenter factam, puniri non possit, nisi prius contra eum iudicium instituat, tamen iudex ductus illa informatione jubet Promotori, quod promoveat contra illum, & sic iudicio instituto pro parte iustitiæ puniri solet, & potest ex dictis Doctorum resolutionibus, junctis illis, quæ diximus *suprà n. 21*. Nullatenus verò significat prædicta Doctorum assertio, dictas causa aperire viam Inquisitioni, idest interrogationi testium, vulgò *devassa*, quia illa non formatur post dictas causa; sed Reus citatur, & adversus eum proceditur, & ineptissimè in talibus terminis fieret Inquisitio, vulgò *devassa*.

29. Quarto infertur intellectus ad *text. in cap. 1. §. Sanè decensib. lib. 6.* ubi disponitur, quòd quando Archiepiscopus visitans suffraganei Provinciam invenit aliquos de criminibus diffamatos, id Ordinario, denunciet, ut ipse contra illos solemniter inquirat. Et sensus est, quòd ad Ordinarios remittat informationes, sive culpas, ut ipsi, iudicio instituto, Reos puniat, id enim significat inquirere, & clariùs, solemniter inquirere [ut *text. dicit*] *secundum Farinat. de Inquisit. quæst. 1. num. 4.* Et hoc jure utimur in similibus terminis; nam, quando visitant aliqui Archidiaconi jus visitandi habentes, peracta visitatione, informationes, idest culpas inventas, remittunt Ordinarijs, idest Vicarijs Provinciarum, qui contra sic culpatos instituunt iudicia, idest accusationes pro parte iustitiæ ad eos puniendos: at nullatenus inquirunt, idest *devassam*, neque in talibus terminis id erat necessarium, aut aptum. Imò Inquisitiones, quatenus sunt *devassas*, à Visitatoribus peraguntur.

Quinto infertur, qualiter intelligendum sit, quod scripsit *Maranta de Ordin. judic. 6. p. tit. de Inquisitione num. 30.* dicens, frustra fieri Inquisitionem

generalem, si non deveniatur ad specialem: nam sensus est, quòd frustra aliquis culparetur in Inquisitione generali, si iudex non descenderet postea ad Inquisitionem specialem, idest ad procedendum, & formandam accusationem pro parte iustitiæ contra Reum, ad eum puniendum, & meritò id asserit *Maranta dicto loco*: nam ad hunc finem fit Inquisitio generalis, scilicet, ut inventis informationibus contra criminofum, ille puniatur. At non est sensus, quòd frustra fieret generalis, si non descenderetur ad Inquisitionem specialem, idest interrogationem testium, & ut dicimus *devassa especial*, nam rarissimè ad eam descenditur, vel descendere necessarium est, ut cuilibet consideranti, vel in praxi versanti apertum est, passum enim plena culpæ probatio resultat contra aliquem ex ipsa generali Inquisitione.

Sextò infertur, quare iudices illi, qui constituti sunt ad cognoscendum de causis hæreticæ pravitatis, & ad procedendum ex officio contra hæreticos, denominentur Inquisitores, quòd nomen illis tribuitur, ut existimo, quia ferè semper ex officio procedunt, ut tradit *Eymericus 3. parte direct. num. 67.* ubi, *Peña coment. 14. Farinat. de hæresi quæst. 185. §. 3. numer. 1. Fr. Antonio de Souza in phorism Inquisit. lib. 2. cap. 2. n. 5.* qui asserunt, apud Inquisitores rarò, aut nunquam admitti accusatorem; procedant igitur per viam Inquisitionis, idest ex officio. Et nullatenus dicuntur Inquisitores, quia inquirant, idest *devassam*; nam Inquisitio, quatenus est *devassa*, frequentior est apud alios iudices, qui tamen Inquisitores non appellantur, quia non magis ex officio, quàm per viam accusationis procedunt. Competit igitur nomen illud Inquisitionibus hæreticæ pravitatis, quia, cum Inquisitio sit modus procedendi ex officio ad Reos puniendos,

& semper ex officio procedant Inqui-
sitores, & non alio modo, recte hujus-
modi nomine appellantur.

31 Septimò ex dictis inferitur, qualiter
procedat illa quæstio, quam excitant
Cov. præct. 11. num. 6. Clar. in dict. §.
fin. quæst. 39. num. 4. Barb. in l. Heres
absens §. Proinde lib. de foro delicti à nu-
mero 27 ff. judic. Gam. decis. 53. qui dis-
putant an judici loci delicti, an verò
judici domicilij Rei competat formare
Inquisitionem specialem; nam, ut supra
quæst. 4. num. 7. diximus intelligendo
pro Inquisitione processum formandū
contra Reum ex officio ad eum puni-
endum, rectè quæstio procedit, & du-
bitari potest, cui ex iudicibus compe-
tat, Reum puniri. At intelligendo pro
Inquisitione interrogationem testium,
idest *devassa*, apertissimum est, judici
loci delicti, & non alteri competere
illā formare, ut ibi probavimus, & apud
nos est decisū per *Ordin. hoc tit. 95. §. 31.*
& *65.* cum aliis citatis dicto loco.

2 Octavo ex dictis inferitur, qualiter
intelligendum sit, quòd scribunt *Ma-*
ranta de Ordin. judic. 6. p. num. 102. Fa-
rinat. qui de more plures citat. in præct.
crim. tom. 1. tit. 1. quæst. 1. à num. 53. &
quæst. 7. quasi per tot. asserentes, nullam
esse Inquisitionem formatam per judi-
cem incompetentem: nam, ut ex ipso
Farinat. dictis locis, apertissimè colli-
gitur, illa assertio intelligitur de Inqui-
sitione ordinaria, & solemnī, quatenus
est modus procedendi ex officio contra
Reum ad eum puniendum, non verò
intelligitur de illa impropria Inqui-
sitione, quæ nihil aliud est, quàm
summaria informationum recentio,
quæ apud nos dicitur *devassa*, nam
in tali specie Inquisitionis rectè, &
validè iudex incompetens, imò etiam
incapax recipit informationes con-
tra eum, qui suæ jurisdictioni non sub-
est, ut apertè probavimus *quæstio præ-*
cedenti à num. 18.

Nonò ex dictis inferitur intellectus 33
ad textum in cap. Inquisitionis §. Tertie
in vers. Et utrū, & vers. Nec ad peti-
tionem de accusation. ubi disponitur,
quod non est procedendum ad Inqui-
sitionem ad petitionem eorū qui sche-
dulas, vel libellos informationis super
criminibus contra aliquem portigunt
in occulto. Idest, quod iudex non de-
bet procedere ad inquirendum contra
aliquem, propter similes schedulas,
quæ frequentissimè illis occultè mittū-
tur, vel traduntur contra aliquos. Nam
intelligendus est notabiliter *text.* iste, ut
significet, non esse procedendum judi-
cialiter contra aliquem, nec contra eum
formandam ordinariam, & solemnem
Inquisitionē, propter hujusmodi sche-
dulas. Neque dicas, hanc assertionem
esse indubitata, & sic non videri cir-
ca illam emanasse illius *textus* decisio-
nem; nam satis fit advertendo, quòd,
ut infra *num. 64.* dicemus, merito po-
terat dubitari, an sicut ad accusationem
proceditur, nullo summario, vel infor-
matione culpæ præcedente, ita simili-
ter idem liceret ad procedendum per
viam Inquisitionis, idest ad accusatio-
nem pro parte justitiæ faciendam: un-
de si id potuit dubitari quando nulla
profus aderat informatio, multo ma-
gis, quando aliqua aderat, scilicet, illa
contenta in schedula occultè tradita,
non igitur quæstio erat indubitata.
Non autem intelligitur dicti *text.* de-
cisio, ut significet, iudicem motum per
illas schedulas non posse testes contra
illas personas interrogare, neque in In-
quisitione vulgò *devassa*, descendere
ad specialem interrogationem contra
eos: nam hoc judici licet, placuit *Hosti-*
ensi in tit. de Inquisitione vers. Ut autem,
& observat praxis, præcipue judicio-
rum ecclesiasticorum, ubi admittun-
tur hujusmodi schedulæ, quas appel-
lant denunciations, & interrogan-
tur specialiter testes relati, vulgò *as*
referidas

referidas, qui si probant, adversus Reum judicialiter proceditur, & merito; nam non est illa interrogatio, & informatio, quæ secretè accipitur, Inquisitio, quæ prohibetur fieri propter dictas schedulas, sed ordinaria, & judicialis ad Reum puniendum. Quod etiam sentire videtur *Secacia cum illis, quos citat. dicto lib. 1. de judic. cap. 71. numero 2.* Qui solum negant faciendam mentionem prædictarum schedularum, quando illæ non sunt subscriptæ; ergo si sint subscriptæ, illis motus iudex potest accipere informationem, an vera sint in eis contenta. Faciunt quæ scribit idem *Secacia, ubi proxime vers. Nam respondeo*, ubi refert, quòd Mediolani sunt positæ in Ecclesijs arcæ, in quas mittuntur schedulæ sine nomine contra lamas, & striges, & per eas iudex se informat secretè, utrum vera sint, quæ in schedulis continentur. Ex quibus omnibus colligitur, in dict. text. non esse prohibitam informationum receptionem, & interrogationem testium ad sciendum, an vera sint, quæ in schedulis continentur, sed esse prohibitam Inquisitionem, quatenus est processus formatus judicialiter contra Reum ad eum puniendum.

Tandem ex dictis, intelligendi veniunt plures juris articuli, & infatigæ prope modum Doctorum traditiones, in quibus de Inquisitionibus agitur, & circa eas aliquid resolvitur: qui quidem juris articuli, si intelligitur [prout frequentissimè intelligi debent] de Inquisitione vera, & propria, quatenus est sollemnis, & ordinarius modus procedendi ex officio contra Reum, de plano procedunt, Sin autem intelligantur de Inquisitione, quatenus est summaria receptio informationum sive probationum, quæ apud nos dicitur *devassa*, non possunt procedere illa dicta, & insurgunt mille difficultatis, & quamplures implicationes, & ineptitudines,

Excusant ergo Nostrates juris periti, ab intellectu illam apprehensionem, qua mordaciter credunt, Inquisitionem in jure nihil aliud significare quam apud nos *devassa*, Credant apertissimis juribus, & DD. traditionibus, ex quibus constat, Inquisitionem propriam esse modum ordinarium procedendi judicialiter ex officio contra Reum ad illum puniendum, & cum hac verissima, & supra probatissima suppositione legant, & considerent articulos juris, & scripta Doctorum de Inquisitionibus agendum, & comperiēt, & quam concine procedant, si de hac Inquisitione intelligantur, & quam vera sit hæc nostra utilis, & nova animadversio.

Remoto igitur principalissimo fundamento, quo videbatur astrui pars contraria, & apertissimè probatio, illorum jurium dispositionem non habere locum in Inquisitione [de qua est nostra quæstio] quæ *devassa*, dicitur, imò habere locum in alijs terminis, & diversa Inquisitionis specie, restat nunc videre, an ex alijs juribus, vel rationibus, illicita sit specialis interrogatio contra certam personam infamia non præcedente? Et primò adducemus fundamenta, quibus moti existimamus licitam esse, postea respondebimus ad ea, quæ in contrarium possunt considerari.

Primò igitur probatur ex speciali interrogatione, an crimen commiserit ³⁴ ille, de quo inquiritur, cum non infamari: an inquirens non asserit, illum commississe, sed quærit, an commiserit unde si testis accipit sinistram opinionem, hoc ex malitia propria procedit; nam, vel debet potius existimare iudicem excedere sine causa, vel malè informatum, & non personam illam, quam innocentem credit, commississe crimen, de quo inquiritur.

Secundò, quia, si ex hoc infamaretur ³⁵ proximus apud testem, etiam contra

diffamatum non posset inquiri; nam forte testis, qui interrogatur, ignoraret, crimen ab illa persona fuisse commissum, & de illo esse diffamatum, & non licet diffamare eum apud alios, apud quos non est diffamatus, ut probat *Sayro in clavi Reg. lib. 11. cap. 4. vers. Et Paulo, & cap. 6. n. 22. cum pluribus quos non transcribo.* Ergo persona illa non infamatur apud tellem per illam interrogationem specialem, si enim infamaretur, neque præcedente infamia, posset de eo interrogari.

36 Tertiò, quia quotidie videmus oblati informationibus, quas denunciationes vocant, prælatis, vel iudicibus, vel datis querelis, & justitiæ relictis, ipsos inquirere super illis capitulis contra personam nominatam, nulla præcedente infamia, ergo &c. Dices, illud jam esse denunciationem, & solum per viam Inquisitionis, non denunciationis, prohibitum esse processum, infamia non præcedente, ut benè deducitur *ex text. in dict. cap. Qualiter, & quando 24. de accusat. & omnes agnoscant.* At replicabimus, illum procedendi modum verè esse per Inquisitionem, ut agnoscit *Filiuc. in Decalog. tract. 40. cap. 6. num. 190. & 191.* Nomine, post hæc scripta *D. Joan. Pinto Ribeyro. Aulicus Senator dicta Relaçam 3. à n. 8.* & ego confirmo, quia, si esset denunciatio, præcedere deberet charitativa monitio *ex text. in dicto cap. Qualiter.* quæ tamen nunquam præcedit, nec requiri solet. Item quia iste fiscalis denunciator non est propriè pars, sed minister iudicis, ut advertit *Bernard. Dias in praxi crimin. Canon. cap. 5. in principio, Clarus in §. fin. quæst. 7. n. 2.* ubi dicit, quod hujusmodi denunciationes sunt tanquam informationes, & isti officiales, vel præbent tamen notitiam, vel instigant tantum iudicem. Imò capitula, & informationes, quas denunciationes vocant, solent tradi iudici, & ipse jubet fiscali,

ut promoveat, & eum puniret si nulet denunciare, ut alunt. Ex quibus concluditur, in dictis terminis processum esse per Inquisitionem, & tamen nullo modo requiri solet infamiam præcedere. Et certè iudices mille modis specialiter inquirunt; at, cum non sit in ea Inquisitione, quæ *devassa*, dicitur, non credunt illud esse inquirere, nec advertunt contra idem esse in effectu, & solum timent interrogare specialiter quâdo sunt in Inquisitione, vulgo *devassa*, quod procedit ex eo, quia Inquisitione nihil aliud esse quam *devassa*, existimant, & hanc fieri specialiter prohibitum esse credunt propter illud quasi axioma, quod nihil aliud dictare videtur, cum aliud longè diversum significet.

Quartò quia, si illa interrogatio contra certam personam injustam infamiationem producere, malitiamque intrinsicam contineret, illa non posset licita reddi, neque ad instantiam partis accusantis: nam jus partis non potest tollere malitiam intrinsicam; & si potest, etiam id poterit jus publicæ utilitatis, & vindictæ, ad quam iudex ex officio procedit: atqui indubitatum est ad instantiam partis, sine infamia præcedente testes interrogari specialiter. Ergò idem licet debet iudici inquirenti ex officio. Sin autem dicas, jus prohibuisse Inquisitionem, & non accusationem, infamia non præcedente, fatebimur. At hoc concludit tantum, quod jure positivo est prohibita Inquisitio, non accusatio, infamia non præcedente. Ad hoc autem jus respondimus [& probavimus latè supra] illius dispositionem intelligi de alia, & vera Inquisitione, non de illa, de qua agit nostra quæstio, & apud nos *devassa*, appellatur.

Quinto probatur, quia leges nostræ *Ordinationis*, cum ex professo agant de Inquisitionibus, quatenus sunt *Devassas* *lib. 1. tit. 65 §. 31. & sequētibus, & alijs locis* nullibi hoc infamiae requisitum petunt, unde

unde spectum videtur *argumento text. in cap. Ad audientiam de decimis.*

39. Sextò, quia expresse *Ordinat. nostra lib. 5. tit. 95. & tit. 11. §. 26.* admittit specialem Inquisitionem formari contra certas personas, habita notitia per judicem, quod commiserint crimina de quibus ibi, & nulla habita mentione infamiae præcedentis.

40. Secundò, quia, si Inquisitio sive interrogatio specialis, de qua agimus, offendere jus naturale, aut Divinum, illas fieri non juberent prædictæ Christianorum leges; nec etiam Principes, qui tamen possunt, & solent, nulla præcedente infamia, Inquisitiones fieri jubere [quas *alcadas* appellamus] *Alciat. in cap. 1. num. 46. de officio Ordinarij, Felin. in cap. Cum oporteat num. 4. de accusat. Duenh. reg. 297. liv. 1. Farnat. tom. 1. de Inquisit. dicta quæst. 9. num. 13. Menoch. de arbitr. quæst. 78. num. 1. Pereira de Manu. Reg. 1. parte cap. 10. num. 23.* licet aliqui repugnent; ergo dici non potest, talem Inquisitionem intrinsicam malitiam continere.

41. Octavò, quia diffamatio requisita per *text. in dicto cap. Qualiter, & quando 24. de accusat. cum concordantibus* non requiritur ex eo, quia aliàs non infamatum diffamare illicitum esset, sed ex alia ratione maximè diversa, quàm assignavimus, & declarabimus *infra num. 54.* quæ ratio solum evincebat, non esse Inquisitionem solemnem, idest accusationem pro parte justitiæ, instituendam adversus non diffamatum; non verò, non esse interrogandum specialiter, an aliquis, crimen commiserit.

Nonò, quia, licet per interrogationem, specialem, de qua agimus, posset aliquatenus infamari ille, de quo interrogatur [quod negamus] utilitas publica, quæ consideratur in delinquentibus invenendis, præferri debet famæ privati, ut in aliquibus, & maioribus criminibus docet *S. Thom. 2. quæst. 33. art. 7. Sotus in re.*

lectione de tegedo secreto membr. 2 q 4. Navarr. in man. cap. 18. n. 51. plures refert, & sequitur Sayro in clavi Reg lib. 11 cap. 4 n 4 & cum alijs Bonac. tom 2. disp. 10. puncto 5 n. 9. 12. & 15. At ad inveniendos delinquentes utilem esse specialem interrogationem nemo ignorat, qui in praxi versetur; sæpissimè enim tunc deum delinquentem testes produnt, quando vident, jam de illo notitiam judicem habere, nec illum occultare posse. Dices, injustè, vel saltem inutiliter judicem inquirere, idest interrogare de illo, qui non est diffamatus, cum tamen [ut nos fatemur] ille pro hoc judicialiter inquiri, idest accusari pro parte justitiæ, vel puniri non possit, infamia non interveniente. Respondetur, nos non dicere (attento jure communi, & semota consuetudine, de qua inferius) judicem posse interrogare de eo, cujus crimen occultum est, sed asserere, posse interrogare, an commiserit crimen, & simul de eo sit diffamatus, & ad hoc non esse necessarium præcedere diffamationem aliquam, de qua judici judicialiter constet, sed sufficere notitiam; aut infamationem extrajudicialem, qua motus judex, & intelligens per specialem interrogationem posse invenire criminofum diffamatum, prudenter procedat.

Decimò, quia, Inquisitiones generales, quæ sine dubio fiunt visitationibus per judices ecclesiasticos, vel aliàs per sæculares, resolvuntur sæpissimè in speciales, veluti quando interrogatur an aliquis clericus sit in concubinatum, in parrochia, in qua unus est tantum, vel quando judex inquit in aliquo loco, an desponsati cum consanguineis cum eis habuerint carnalem copulam, in specie *Ordin lib. 5. tit. 17. §. 5.* & in oppido solus Titius est desponsatus cum consanguinea: sanè in talibus, & similibus casibus idem est, ac interrogaretur nominatim, & illa generalis interrogatio

resolvitur in specialem, juxta *text. in l. Posthum. §. Nominatum ff. de justo rupto, &c. tradita per DD. per text. ibi in l. Certum ff. si certum petatur*. At per hoc nemo dicit, prohibitam esse, aut illicitam dictam Inquisitionem, sive interrogationem.

43 Undecimo probatur ex *text. in cap. fin. de accusat. in 6.* ubi deciditur, quòd valet Inquisitio, non præcedente infamia, si Reus non opposuit: ex quo colligitur, Inquisitionem non habere malitiam intrinsecam; si enim illam contineret, etiam si pars consentiret, vel non opponeret, valida esse non posset, & quanvis nos intelligamus prædictum *textum* de Inquisitione solemnij, non de interrogatione, tamen in hac à fortiori procedit.

44 Duodecimo probatur ex *text. in cap. Cū oporteat de accusat.* ubi ad dicta duorum inimicorum jubet Papa inquirere interrogando, an sit diffamatus Episcopus de quo ibi, cum tamen ex inimicorum dictis, nec etiam ex duorum, vel trium non inimicorum de delicto deponentium infamia non resultet, neque inquireri possit ex *text. in cap. Inquisitionis §. Tertie de accusation.* Neque modo ullo potest dici illum Episcopum esse infamatum per dicta delaturum; nam, si esset diffamatus, non juberet Papa inquirere, an esset diffamatus. Unde rectè colligitur ad Inquisitionem, quatenus est interrogatio super diffamatione, non requiri aliam diffamationem præcedentem; esset enim processus in infinitum.

45 Decimo tertio probatur ex *text. in cap. Cū in juventute de præsumpt.* ubi Episcopus, de quo ibi, sunt delatus apud Papam per litteras Regis Hungariæ de incestu, quam delationem malignam Papa judicavit: & tamen rescripsit Auriensi Episcopo, ut quæreret, & indagaret, Utrùm Episcopus delatus commisisset crimen illud; ergo apertò confes-

sat ad interrogationem, & indagacionem specialem non requiri infamiam præcedentem, quæ in specie dicti *text.* non præcellerat.

Decimo quarto probatur ex *text. 46 in cap. Licet in fine de accusat.* ubi ad dicta aliquorum inimicorum (ex quibus ut diximus, infamia non probatur) jus sit Papa inquire super fama delati, ergo ad hanc Inquisitionem infamia præcedens non requiritur.

Tandem probatur eadem assertio 47 auctoritate Doctorum docentium, infamiam præcedentem ad Inquisitionem specialem non requiri de jure Divino, aut naturali, sed de jure positivo, ita Sayro in *Clavi Regia lib. 12. cap. 10. num. 21. Filiuc. in Decalog. dict. tract. 40. cap. 6. num. 191. ubi asserit, id magis placere Doctoribus.* At supra latè probavimus, jus positivum requirentè infamiam præcedentem intelligi de alia specie Inquisitionis, scilicet solemnij, non de illa, quæ tantùm est interrogatio, & apud nos *devassa*, dicitur remanet certum, nullo jure vel ratione prohibitam esse Inquisitionem specialem in terminis nostræ quæstionis, siquidem nullo jure, nisi positivo prohibetur, & positivum non loquitur, nec intelligitur de specie Inquisitionis, de qua tractamus.

Idem existimarunt Maranta & Innocent. relati à Claro in *præct. crimin. §. 48 fin. quæst. 6. num. 4. & quæst. 20. n. 2.* [quos secundum ipsum Clarum communiter sequitur DD.] qui asserunt, quod illa juris dispositio, quæ requirit infamiam præcedere ad Inquisitionem specialem, non habet locum in illa Inquisitione speciali, quæ fit super ipsa infamia, ad inveniendum scilicet, an aliquis sit infamatus; ad hanc enim modica infamia sufficit, imò nulla requiritur, ut ipse Clarus inferius dicit. Idem intellexisse videtur Saccacia de *Judic. lib. 1. quæst. 84. n. 3. & quæst. 86. n. 15.* ubi

ubi ait, quod Inquisitio specialis, vel sumitur pro interrogatione speciali de delinquente, vel pro Inquisitione, in qua Reus citatur ad se defendendum: ad hanc non dubitat, de jure, semota consuetudine, quod infamia præcedens requiratur, ad illam verò, de qua nostra quæstio est contrarium credit. Fate- mur, quod *Clarus* dubitat de illa Do- ctorum assertione, & *Secacia* statim in- volvit at stemus juribus, & rationibus, his enim verè assertio fundatur.

49 Nunc respondeamus ad fundamēta, quæ in principio consideravimus pro parte, quam impugnavimus, & ad pri- mum de auctoritate Doctorum res- pondetur, eorum plurimos apertè lo- quutos fuisse de Inquisitione solemnī, quæ est accusatio pro parte justitiæ, ut suprà latissimè probavimus, ad quam, attento jure, & semota consuetudine, de qua infrà, non dubitamus infamiam præcedentem requiri. Ad aliquorum verò dicta, qui crediderunt, infamia re- quiri ad Inquisitionem, de qua tracta- mus, quatenus est interrogatio specia- lis, & *devassa*, ut nos dicimus, respõde- tur, deceptos fuisse existimantes, hanc esse veram Inquisitionem ad quam jura infamiam præcedentem requirunt.

Ad illud, quod addere videntur ali- qui DD. scilicet, ex illa interrogatione speciali infamari personam contra quā fit, ut *Farinat. de Inquisit. quæst. 9. n. 14.* *Sayro in Clavi Reg. lib. 12. cap. 10. num. 21.* & alij respondetur negando talem infamationem resultare, & dato, quòd aliqua resultaret, posse præferri publi- cam utilitatem, quæ consistit in inve- niendis criminosis, & diffamatis priva- tæ famæ, & in effectum admissas esse in judicijs has Inquisitiones speciales, ut supra latè probavimus. Neque DD. illi probant, in quo consistat talis ma- litia hujus specialis interrogationis; immò nullam habere ostensum re- manet latè suprà, & stante consue-

tudine de qua infrà dicemus, in dubi- tabilius est.

*Ad text. in cap. Erubescant 32. dist. & 50 in cap. Qualiter, & quando 17. de Accu. sat. ibi, Exceptis occultis criminibus res- pondetur, nos non asserere, attento jure, & semota consuetudine, posse, vel debere judicem Interrogare specia- liter an aliquis commiserit crimen, de quo non sit infamatus, sed quòd, licet non sit infamatus formaliter apud ipsū judicem, possit ipse quærere an com- miserit crimen sub intelligendo, vel de- clarando, de quo infamatus sit diffama- tus; quæ quidem declaratio, vel subintellectio non ideo requiritur, quia aliàs injustè infametur proximus, sed quia jus positivum ductum justis rationibus pertinentibus ad bonū regimen rei publicæ prohibebat, judi- cem ex officio procedere ad puniendū Reum, qui non erat infamatus, nec Rē. publicam, sive vicinam scandalisave- rat, siquidem ipsi non erat notum illum Reum, aut criminofum esse, quod in- ferius latius comprobabimus. Unde prohibito sine prohibita etiam erant media, scilicet interrogatio, & rece- ptio testium contra eum, quem testes sciebant, vel dicebant crimen commis- se, at non esse de illo diffamatum, ad no- tata per *text. ibi in l. Oratio ff. de sponsa- libus*, sentit in specie *Bonac. Moral tom. 2 disp. 10. punct. 5. n. 9.* At nulla alia ra- tione, aut malitia intrinseca prædictæ specialis interrogationis illa prohibita erat, quod magis patet, quia, ut inferi- ùs dicemus, hodie etiam occulta crimi- na inquiruntur, & puniuntur per con- suetudinem, quæ prævalere non posset contra legem naturalem, aut divinam nec reddere licitum, quod intrinsecam malitiam contineret *ex text. in cap. fin. de consuetud.* & dicta consuetudo justa est, & licita, ut infrà probabimus.*

Ad Boss. Menoch. & alios relatos ab Sc. 51 cacia de judic. lib. 1. cap. 86. n. 7. dicentes judicem

judicem cavere debere ab interrogatio-
ne speciali, respondetur, eos [secun-
dum ipsum *Secac.*] loqui de interro-
gatione facta Reo in tortura: in quo
casu (ut infra dicemus, & explicabi-
mus respondentes ad *text. in l. 1. ff. de
question.*) non inficiamur prohibitam
esse interrogationem specialem, quia
est periculossissima suggestio, & datur
ocasio Reo interrogato inculpandi
falso personam illam, de qua interro-
gatur, ut sic se eximat à tortura: quæ
ratio, & periculum cessat in teste or-
dinario modo, & liberè sine tortu-
ra, aut alia coactione interrogato,
ut statim dicemus.

52 *Ad text. in leg. 1. ff. de quest.* qui ap-
parenter probat partem contrariam, fa-
cillimè respondetur, *textum illum* loqui
de Reo, vel teste interrogato per tor-
turam, in quibus terminis ex speciali
interrogatione resultat periculossissima
suggestio; nam Reus, vel testis totus au-
diens judicem nominatam certam perso-
nam, & de illa quærentem facillimè cõ-
tra eam deponet, ut satisfaciatur judicis
intentioni, & sic cessent tormenta. Idem
erit, & si Reus non sit in tortura, si ta-
men sit in carcere, vel sibi conducatur
obtinendam absolutionem, vel pœnam
mitigandam dicere de complice: in
quibus, & similibus terminis, cum Re-
us speret utilitatem ex eo quod satis-
faciat judicis intentioni, aut informa-
tioni, si judex nominat aliquem, & de
illo se informatum ostendit, & Reus
videt, quod necessarium sibi est adver-
sus eum deponere, ut prædictas utili-
tates consequatur, poterit facillimè in-
nocentem prodere, ut propria damna
effugiat. Unde in prædictis terminis
neque etiam contra infamatum potest
nec solet specialiter inquiri: quæ intel-
lexisse videtur *Secac. cum relatis ubi pro-
ximè.* At quando testis interrogatur si-
ne tortura, nec alia ratio intervenit,
ex qua ipse cogatur, aut inducatur ad

deponendum contra personam nomi-
natam; cessat omnino prædictus timor
falsitatis, & testis libere deponit secun-
dum veritatem, neque ulla dator sug-
gestio, aliàs non liceret in accusationi-
bus, denunciationibus, & querelis
testes specialiter interrogare contra
certam personam: in quo suggestio-
nem considerare, cæcutire est.

Ad Constitutiones Episcopatum 53
respondetur, earum conditores, sicut
alios DD. immeritò existimasse, Inqui-
sitionem, ad quam jura requirunt præ-
cedentem infamiam, esse Inquisitionem
illam, quam nos dicimus *devassa*. Idem
respondetur ad *Concil. Provinc. Brachr.
cit. supra n. 6.* Neque ullam infami-
am injustè interrogari ex hac interro-
gatione speciali admissa ab eisdem ju-
dicibus ecclesiasticis in alijs terminis, in
quibus eadem ratio datur, ut superius
late probavimus. Neque Constitutio-
nes, aut Provincialia Concilia tale jus
esse, ut errare non possit, ex ijs, quæ
*Secacia de appellat. quest. 16. limitat. 1. n.
16.* At non negamus, prædictas Con-
stitutiones in suis Episcopatibus obser-
vandas esse. Advertimus tamen, quod
earum observatio inutilis videtur, sup-
posito, quod consuetudo introduxit
apud ipsa tribunali ecclesiastica, quod
aliàs ad informationem cujuslibet con-
tra certam personam nominatam in in-
formatione, & capituli (quæ denun-
tiationem appellant) testes nomina-
tim interrogentur, ut supra notavimus
num. 36. supposito etiam, quod ex of-
ficio proceditur contra Reum, & ipse
puniri pro criminibus, de quibus inve-
nitur culpatus sive etiam indiciatus eti-
amsi de illis non laboret infamia, ut de
consuetudine observari, dicemus infra
à n. 6. Si ergo licet, quod magis est,
& quod Reis affert veram diffama-
tionem, vexationem, & punitionem,
quare stare debet prohibitio in eo,
quod minus est, quale est interroga-
tio de

tio de certa persona, quæ nec infamat, nec vexat nec punit? Et, si cessat prohibitio in fine, quare non in medijs? Sane harum implicationum causa fuisse videtur illa juris regula, quæ passim affertur dicitando, Inquisitionem specialem non posse formari sine infamia præcedente, non advertendo, illam non habere locum in Inquisitione, quæ est tantum interrogatio, & apud nos *devassa*, dicitur, imò de consuetudine, neque etiam pro vera Inquisitione requiri.

Neque etiam obstat, quod scripsit *Clar.* quem refert *Farinat. de Inquisition. quest. 1. n. 1.* dicens errare plures, qui existimant quòd præcedere per viam Inquisitionis tunc dicitur, quãdo iudex transmittit Reo Inquisitionem, cum inquirere contra aliquem, sit recipere testes, sive informationes contra eum. Nam respondetur primò, *Clarum & Farinat.* pluribus locis supra citatis apertè nobiscum sensisse. Secundo: nos non contendere Inquisitionem tunc dici, quando transmissio fit; nam certò non scimus, quando apud alias Provincias, vel qualiter fiat dicta transmissio; nam secundùm ipsum *Clarum dict. §. fin. quest. 31. num. 8. Farinat. tom. 1. de Inquisit. dict. quest. 1. num. 2. Scac. de judic. lib. 1. dict. cap. 86. n. 17.* variaz sunt formæ, quæ in diversis Provincijs observantur informandis Inquisitionibus, Tandem respondetur, nos ad jura, & rationes, non ad DD. dicta teneri respondere.

Tandem ad jura principaliora *in cap. Qualiter, & quando 24. cum similibus* respondetur, prout latissimè supra probavimus, non requirere infamiam ad interrogationem specialem, quãdo non dicimus *devassa*, & de qua nostra est quæstio, sed ad illam, quæ est processus formatus ex officio, instituto iudicio contra Reum citatum ad eum puniendum, quam nos dicimus, *accusação por parte da justiça*. Ex quibus remanet nostra sin-

gulariter assertio optimè confirmata fundata, & indubitata, ab impugnationibusque facilè liberata.

Ad alia fundamenta, quæ in contrarium nostræ assertionis considerari possunt, patebit responsio per ea, quæ infra dicentur.

Ostenditur, quare ad veram, & propriam Inquisitionem specialem, quæ est accusatio ex officio justitiæ, præcedens infamia, jure attento, requiratur, qualis esse debeat, & quomodo probanda?

Promissus supra hæc declarare ad rectam intelligentiam, & confirmationem dictorum, & dicendorum, totiusque rei, de qua tractamus. Dico igitur, quod jurium dispositio requirens infamiam præcedentem ad specialem Inquisitionem illud significat quòd, scilicet, ut aliquis possit accusari ex officio, & puniri sine alio accusatore, non sufficit, quòd probetur, illum commisisse crimen, sed requiritur ulterius, quòd de alio sit diffamatus. Probatur dictum nostrum, & prædictorum jurium infamiam requirentium mens aperitur per *text. optimum, & notabilem in cap. Inquisitionis §. Tertie de accusat.* ubi Summus Pontifex disponit, quòd licet duo, aut plures deponant contra aliquem, se videntibus crimen commisisse, de quo tamen non laborat, infamia illi per hoc non est poena aliqua per iudicem ex officio infligenda. Ratio est, nam iudex ex officio non poterat [ante consuetudinem, de qua infra] procedere, nisi quando criminofus diffamatus erat, & scandalum generasset in populo, sive vicinia; pro quo tantum scandalo tollendo per punitionem delinquentis, & ne alij eum impunitum videntes occasionem similia committendi arriperet, officium suum interponere cõveniens visum est. Quæ dicta sunt agnoscere videntur.

videntur, *Cov. practic. cap. 11. n. 6. vers. illud. Gam. decis. 53. Barbof. in leg. Heres absens §. Proinde, in articulo de foro deli. Et num. 32. ff. de judic. Et magis in specie Scaccia de judic. lib. 1. dict. cap. 84. n. 21. versiculo. Neque obstat sentit Filiuc. in Decalog. tract. 4. cap. 6. n. 190.* Ecce, quid sibi velit requisitum infamiae, id est, quòd non procedatur ex officio contra Reum, nec ille puniatur, licet crimen probetur, nisi ulterius probeatur, & de crimine illo esse diffamatum. Quo quidem juris præceptum olim iustum visum fuit, & regulariter (aliquibus, & atrocioribus criminibus exceptis, quæ congerit *Bonacin. dict. secundo tom. disp. 10. punct. 5. num. 15.*) locum habebat. Et adhuc hodie observatur in crimine concubinitus: nam non sufficit probari, aliquem in eo esse, sed requiritur ulterius, quòd de eo publicè sit diffamatus, aliàs non proceditur contra Reum, nec ipse punitur. Quæ antiqui juris observantia in hoc crimine [cum in alijs sit oblata, ut infra dicemus] videtur magis de necessitate, quam de voluntate observari in judicijs ecclesiasticis: nam laici defenduntur per judicem Coronæ Regiæ, si diffamatio non præcedit, quasi ex oppressione notoria, & juris violatione, juxta *Ordinat. lib. 1. tit. 9. §. 12. cum alijs.* Quod igitur adhuc hodie observatur in concubinitu, olim ante consuetudinem contrariam regulariter observabatur. Et iste erat sensus prædicti requisiti, non autem, quòd [ut vulgò intelligitur] deberet Reus esse infamatus apud judicem in actis, ut ipse posset interrogare specialiter de illo, vulgò *devassar*, neque enim talis est sensus, neque illud requisitum sic intellectum non inutile, aut ineptum foret, ut supra consideravimus, & multis ostendimus.

§ 5 Sin autem quæras, quænam esset infamia illa requisita, ut aliquis inquiri, &

puniri posset ex officio? Respondebimus cum *Sayro in Clavi Reg. lib. 12. cap. 10. num. 12. Soto lib. 5. de just. quest. 6. art. 2. concl. 5. Bonacin. in Decalog. 2. tom. disput. 10. punct. 5. num. 4.* Esse frequentem vocem proborum vitorum, quæ aliquem rationabiliter de crimine suspectum reddit, sufficit autem, ut aliquis dicetur infamatus, quòd prædicta vox involverit apud maiorem populi parocchia, sive vicinæ partem *Sayroubi proxime num. 13. Bonacin. ibidem versicul. Respondent.*

Idem sufficiunt duo testes ad probandam infamiam exijs, quæ in specie scribit *Clar. dicto §. fin. quest. 6. num. 12. ubi num. 14. addit.* qualiter testes deponere debent super infamia, ut probent Reum esse diffamatũ, alia requisita ponit, & latè explicat *Scaccia de judic. dict. lib. 1. cap. 84. à num. 24.* Neque obstat *text. in dict. cap. Inquisitionis §. fin. ibi, qui propter dicta paucorum eum infamatum reputare non debet:* nam respondetur loqui de paucis, qui de crimine non verò de infamia super eo exorta deponunt. Dices; ergo per contrarium; si multi deponant de crimine, licet non de infamia, reputandus erit infamatus. Respondetur, quòd, si tot fuerint, qui de crimine deponunt, ut constituent maiorem partem populi, parocciæ, sive vicinæ, licet non addant, neque sciant apud alios diffamatum, poterit, & debet infamatus reputari; nam in effectu maior populi, seu vicinæ pars agnoscit, illum esse criminofum, & sic communitas de illo scandalum habet.

Dices, infamiam non videri requiri ad dictam Inquisitionem solemnem tantum, sed ad interrogationem specialem: quod videtur de duci ex auctoritatibus *Evangelij, & Genes. relatis in dicto cap. Qualiter, & quando 24. de accusat.* Videtur enim invere, quòd fama debet pervenire ad prælatum sive judicem

judicem, & tunc ipsum descendere ad videndum, & interrogandum, an ita sit, quod fama dicat. At respondetur, tunc Prælatum, sive judicem ad videndum, &c. quando habita legitima informatione infamiae, Reum vocat ad iudicium, ut in eo controvertatur, Reo, audito, de ejus crimine, & infamia, sine innocentia: quod patet in exemplo villici, de quo in Evangelio: nam post ejus diffamationem, non descendit Dominus ad interrogandū extrajudicialiter de criminibus, & infamia, sed villicum vocavit ad redendam rationem, seque defendendum. Unde patet, ex diffamatione, quæ pervenit ad judicem, non sequi interrogationem specialem, quam nos *devassa*, appellamus, sed accusationē pro parte justitiæ, neque contrarium prædictas auctoritates probare. Sensus igitur est, quod debet esse Reus diffamatus, id est, quod debet iudex habere probationem, non solum delicti, sed diffamationis, ut possit contra eum ex officio procedere, & idem significat illud, quod, scilicet, non semel, sed plures debet ad ejus aures infamia pervenire, tunc enim sæpius pervenit, quando unus, alter, atque alter testis deponit, aliquem esse infamatum de crimine; & sic perficitur clamor requisitus, ut iudex descendat ad Inquisitionem specialem, quatenus est accusatio pro parte justitiæ, non verò ad interrogationem specialem; ad hanc enim nulla præcedens infamia requiritur, ut latè probavimus.

Neque etiam, si intelligeretur jura illa, & auctoritates de hac Inquisitione, quæ est interrogatio specialis, adhuc extra iudicium deceretur, ad illam requiritur infamia præcedentem de jure Divino, ut bene advertit *Sayro dict. lib. 12. cap. num. 21*. Inquirens de infamia requisita ad veram, propriam, & solemnem Inquisitionem specialem, & probans, illam de jure Divino non

requiritur, sed tantum de jure positivo: quod nos supra innuimus, & infra confirmabimus, cum de consuetudine admessa contra dictum infamiae, requisitum dixerimus.

Ex dictis colligitur etiam ratio, quare de delictis occultis non posset testis interrogari, nec respondere, juxta decisionem *text. in dict. cap. Erubescant 32. dict. text. in cap. Qualiter, & quando 17. ibi, excepti occultis criminibus de accusat*. Nam cum prohibitus esset finis, id est processus ex officio, & punitio illius criminosi, qui occultus, id est diffamatus non erat, prohibita etiam erant media, *ex regul. text. in dict. l. Oratio ff. de sponsalibus*.

Hinc inferitur, attento jure communi, semotaque consuetudine, non tutum esse, quod asserit *Bonacina* (de jure communi loquens) *dicto 2. tom. disp. 10. punct. 5. num. vers. Hinc colligitur*. Dicens, judicem nec teneri, nec posse in generali Inquisitione eum, quem interrogat, admonere, ne manifestet occultum crimen, aut delinquentem, nam [ut ait] iudex utitur jure suo, testisque cavere debet, ne manifestet ea, quæ manifestare non potest. Non, inquam, tuta videtur prædicta assertio; nam *text. in dicto cap. Inquisitionis S. Tertie*, expræsse dicit, quod recipi non debent testes, qui de criminoso occulto, sive non diffamatio deponunt, quod bene sentiunt relati à *Sayro dict. lib. 11. cap. 4. num. 19*. & alij passim firmantes, edicta Prælatorum jubentium subditis, quod crimina detegant, declaranda, & intelligenda esse de publicis, de quibus Reus fuerit diffamatus, non de occultis. At, licet horum opinionem probemus, attento jure, & semota consuetudine, illa tamen attentata opinionem illam probare non possumus, & latius improbavimus infra. Concludimus igitur contra *Bonacin* jure communi attento, non posse judicem admittere testes

testes deponentes de criminibus occultis.

Itaque stando in jure, non sufficiebat probatio delicti, sed requirebatur quod de eo esset Reus diffamatus, ut inquit, idest, accusari, & puniri ex officio posset, & per consequens, nec iudex interrogare, nec testis respondere debeat de occulto, idest, non diffamato delinquente, quando, scilicet, ex officio, idest, in generali Inquisitione, vel aliàs interrogatur, non quando ad instantiam partis verè accusantis, sivè denunciantis, quod semper intelligimus in materia, de qua loquimur. At per hæc non credimus prohibitam, infamia non præcedente, illam Inquisitionem, quæ tantum est interrogatio, & informatio, num assumptio, apud nos *devassa*, dicitur: quæ latè suprâ probavimus.

Hæc stando in jure. At de consuetudine nunc dicimus.

Ostenditur ex consuetudine generali hodie non requiri diffamationem præcedere ad Inquisitionem specialem, & sine ea ex officio, accusari, & puniri Reos, dummodo tamen iudicia præcedant, resque ista aptissime declaratur.

60 Quicquid sit de jure, quod latissimè suprâ disputavimus, & explicavimus, consuetudine tamen introductum est apud pleraque tribunalia, & iudicia tã ecclesiastica, quàm secularia, in plerisque mundi provincijs, Inquisitionem specialem formari sine infamia præcedenti, quod requisitum jam abolitum esse, & ab aula recessisse, testatur *Bossius in practica tit. de Inquisitione num. 8. Clarus dict. §. fin. questione 3. num. 5. & sæpius questione 6. per tot. Bernardus Dias in practica. cap. 6. num. 3. Navarrus in cap. Inter verba columna 50. n. 587. Farinat. tom. 1. quæst. 9. n. 21. & est definitum*

per leg. Castellæ 1. & tit. 1. lib. 8. Recopilation. quam consuetudinem agnovit Bonacin dict. 2. tom. disput. 10. punct. 5. num. 12. & melius Filiuc. qui tam approbat. & defendit in Decalog. dict. tract. 4. cap. 6. num. 191.

Quæ quidem consuetudo legitima 61 nititur ratione; nam, licet olim videretur conventens, quod iudex ex officio procederet, & puniret illos tantum Reos, qui diffamati essent, tamen crescente hominum malitia, accusatorumque desidia, ansa delinquendi dabatur in nõ punitione Reorum non diffamatorum, ut agnovit *Alderete de Ecclesiast. disciplin. lib. 1. cap. 7. n. 21. & bene advertit cum Lessio Filiuc. dict. num. 191. vers. Quarto.* Unde justè, & necessario prædicta consuetudo introduxit, quod procederetur per Inquisitionem, idest ex officio contra criminosos, etiam non diffamatos, & ipsi debitis punirentur pœnis, licet infamia non laborarent. Neque prædicta consuetudo est introducta contra jus Divinum, aut naturale, sed tantum contra positivum, quale erat illud, quod requirebat, infamiam præcedere, ut benè resolvit *Sayro dict. lib. 12. cap. 10. n. 21. & Doctoribus magis placere refert, & sequitur Filiuc. dict. num. 191.*

Neque etiam dubitare potest de consuetudine prædicta, qui mediocrem iudiciorum habuerit experientiam; nam apud omnia videmus, nulla præcedente infamia, sed tantum indicijs, etiam levioribus, accusationem pro parte justitiæ, instituti contra Reos, ipsosque, probatione inventa, puniri, licet non sint de criminibus diffamati, excepto crimine concubinitus, in quo adhuc requiritur diffamatio, ut diximus suprâ num. 54. & ibidem innuimus de ratione hujus observantiæ in crimine prædicto.

Et quidem licet *Præceptor Petrus Cabral in coment. ad dict. cap. Qualiter, & quando*

quando 24. de accusat. art. 1. n. 37. dubitet de prædicta consuetudine, tamen ex eo dubitat, quia semper intellexit, Inquisitionem specialem esse interrogationem specialem, idest *devassa especial.* At in Inquisitionibus quatenus sunt *devassas*, agnoscimus, consuetudinē non esse, quod fiat interrogatio specialis de certa persona, infamia non præcedente. Defendimus tamen, illam non esse illicitam attento jure cōmuni, aut Regio. Atsi prædicta Doctorum Assertio, de qua supra num. 60. intelligatur [prout intelligi debet] de vera Inquisitione, quatenus significat processum formatum ex officio justitiæ ad Reum puniendum, dubitari non potest, veram esse; nam passim videmus accusari, & puniri ex officio in judicijs ecclesiasticis, & sæcularibus Reos illos, qui in culpa inveniuntur, licet nullo modo de criminibus, de quibus impetuntur, sint difamati, sed aliqui tantum testes de crimine, imò de indicijs, & non de infamia deponant, quæ consuetudo à fortiori convinceret, licet Inquisitionem specialem, quatenus est *devassa*, dato quod ad istam requireretur diffamatio.

Diximus, Consuetudinem prædictam circa veram, & propriam Inquisitionem introductam, à fortiori convincere licitam esse Inquisitionem specialem, quatenus est interrogatio tantum, & *devassa*, ut nos dicimus, nam, si, non obstante juris positivi præcepto, quo expresse requirebat diffamationem præcedentem, ut posset Reus inquiri, idest, accusari pro parte justitiæ, & ex officio puniri consuetudo introduxit, ut sive infamia præcedente Reus, ut dictum est, inquireretur, & puniretur, quanto magis debet licere interrogatio specialis, quæ nec antea erat prohibita, nec per eam Reus infamatur, aut vexatur, aut punitur.

Licet autem de consuetudine infra 63
 mia ad Inquisitionem præcedens non
 requiratur, requiruntur tamen indicia
 præcedentia, ita *Farnat plures referens*
 [quos non transcribo] dicto tom. 1. tit.
de Inquisition. quæst. 1. n. 4. & quæst. 9. n.
20. latè Socacia de judic. dict. lib. 1. cap.
84. per tot. agnoscit Filuc. dicto tract.
40. cap. 6. num. 192. Bonacin. dict. 2. tom.
disp. 10. punct. 5. num. 12. à contrario
sensu: & dicti requisiti sensus est,
 quod non possit ex officio procedi
 contra aliquem eum accusando pro
 parte justitiæ, nisi in actis, sive sum-
 mario culpatus, sive judicatus sit. Di-
 ces fortè, hunc nostrum dictum videri
 indubitatum, atque ineptum. Subsiste
 tamen, quia imò necessaria fuit præ-
 dicta dispositio, & Doctorum assertio;
 nam aliàs meritò posset credi, licere
 judici existimanti per discursum causæ,
 tempore ordinario delictum probari
 posse, Reum cujus culpæ informa-
 tionem etiam extrajudicalem habe-
 ret, ad judicium vocare adversusque
 illum procedere, quemadmodum li-
 cet privato accusatori incipere ab
 accusatione, nulla alia informatione
 culpæ præmissa, ex *Ordinat. lib. 5. tit.*
11. §. 21. Ut igitur hanc justam dubi-
 tandi rationem tollerent, dixerunt præ-
 dicti DD. aliud esse observandum in
 accusatione, quæ fit ex officio, & in
 jure Inquisitio specialis dicitur. Ratio 64
 differentiæ illa est; nam judex non est
 accusator, ut dicitur in dicto cap. *Qua-*
liter, & quando 24. de accusat. Unde
 proprio motu, & sine aliquo, quod
 eum moveat, procedere non potest,
 & sic olim requirebatur diffamatio lo-
 co accusatoris, idest probatio criminis
 cum diffamatione, hodie verò stante
 consuetudine, requiruntur indicia,
 quæ loco diffamationis moveant ju-
 dicem ad procedendum ex officio.
 Illa etiam ratio considerari potest;
 nam, si judici, non præcedentibus
 Mm culpis

culpae, five indicij apud acta, vel in sumario, licere procedere ex officio contra aliquem, daretur maxima occasio, vexandorum innocentium, judices enim, vel malevoli, vel imprudentes vocarent facile personas ad judicium; accusationemque ex officio adversus eas proponi jubere, & quanvis tandem nihil contra eas probaretur, nihilominus iudex immunis remaneret, personaque illa vexata, & oppressa: quod non facile contingit in accusationibus, quæ fiunt, dato verò accusatore, is enim, si non probat ad expensas condemnatur, & si calumniari invenitur, corporaliter punitur: Ecce differentia apertissima, & quare requirantur indicia, five ut dicimus, culpæ præcedente, ut possit contra aliquem institui specialis Inquisitio, idest accusatio pro parte justitiæ, ut nos dicimus.

65 Sin autem quæras quænam indicia, five culpæ probationes præcedere debeant? Respondemus per ea, quæ dicenda sunt quæstione sequenti.

Ostenditur. Consuetudine attentam posse, & debere iudicem interrogare, testemque de occultis respondere.

66 Ex illis, quæ supra de consuetudine introducta diximus, & explicavimus, consequens fit, stante dicta consuetudine, iudicem interrogare posse, & debere, testemque respondere de occultis criminibus, idest de illis, de quibus Reus non est diffamatus, imò indicia quælibet, quæ agnoverit, propalare debere. Ratio est, & jam supra tacta; nam ex eo solùm erat illicita interrogatio, & responsio super occultis, quia erat prohibitum de illis accusare, & puniri Reum ex officio, & sic prohibito sine, prohibita erant media, *ex regul. text. in dict.*

l. Oratio ff. Sponsal. neque inquiri potest de delicto non punibili ex Farinat. tom. 1. quæst. 17 n. 1. At hodie concessio sine per consuetudinem, de qua supra n. 60. concessa quoque videntur media, ex regula text. in l. Ad legatum, & in l. Ad rem mobilem ff. de procurat. & cessat ratio prohibitionis: ideo enim non poterat inquiri de occultis, quia occulta, de quibus, scilicet, Reus diffamatus non erat, non poterant ex officio puniri, cessante ergo hac ratione per consuetudinem puniendi ex officio Reos non diffamatos, cessavit prohibitio recipiendi dicta testium deponentium de occultis, ex regul. text. in cap. Cum cessante de appellat. cum similibus.

Neque hæc nova sunt, aut insolita; 67 nam etiam ante prædictam consuetudinem, & stando in terminis juris debebant detegi in Inquisitionibus crimina perniciosiora. ut hæresis, & læsæ Majestatis, & alia enormia; ita resolvit cum multis, *Farinat. in pract. tom. 1. tit. de Inquisit. quæst. 9. num. 14. & 15.* Quòd igitur olim licebat in illis criminibus hodie generaliter licet in omnibus; nam ut supra consideravimus, crescente hominum malitia, visum fuit conveniens, quòd Rei punirentur, etiam si crimina publica non esse, neque ipsi de illis diffamati. Facit, quia crimina, de quibus inquiritur, sunt perniciosiora, ut constat ex his, quæ scripsimus *quæst. 2. & 3.* at ut proxime diximus, talia crimina, etiam occulta, detegi debent, etiam jure communi attentato, & semota consuetudine; ergo &c. Neque per hæc dicitur secretum detegi contra jus naturale; nam id offenditur solùm, quando aliquis detegit secretum, quod alter sibi commisit, non, quando occulta justè, & pro bono publico propalantur.

Et certè mirum est qualiter aliqui 68 scribentes, etiam moderni adhuc hodie asserant, occulta crimina non esse

esse denuncianda aut per judicem inquirenda, Cum tamen semper præ oculis contrarium habemus in omnibus judicijs. Et quæro pro Deo, quando vidimus, judicem inquirentem generaliter, vel specialiter super crimine contingenti, non recipere dictum testis deponentis de crimine occulto, & quod sibi tantum totum existimat? Videmus sanè sine dubio testes, etiam de occultissimis, & remotissimis judicijs, & præsumptionibus deponere, & judices de illis interrogare, & non dubitamus id fieri posse, & debere: consuetudo enim rationabilis id introduxit, nam, si staremus in jure rarissimè punirentur Rei; nam raro infamia ex oritur contra eos, solent enim occultè delinquere. Ad quæ, si advertisset *Cabed. 1. p. decis. 79.* aliter decidisset quæstionem illam.

Concludimus igitur, quòd quæstio proposita non deciditur per jura illa, quæ ad Inquisitionem requirunt præcedentem infamiam, loquuntur enim de vera, & solemni Inquisitione, quæ est processus ex officio ad Reum puniendum. Ad quam ideo requirebatur, quòd Reus esset diffamatus, ut inquireretur, id est accusaretur, & puniretur ex officio, quia scilicet juris conditoribus conveniens visu fuerat, ne procederetur ex officio contra delinquentes, nisi diffamatos, quasi hi solum rempublicam offendissent, non sic occulti, id est non diffamati, ex eadem ratione illicitum erat interrogare, aut respondere de criminosis occultis, id est non diffamatis, At consuetudo unum, & alterum per consequens immutavit, & merito; occasio enim dabatur delinquendi

non punitione ex officio, nisi diffamatorum, non enim plures de inquentes diffamabantur: unde sine hæsitacione videmus hodie puniri delinquentes ex officio, etiam si nullatenus sint diffamati, & accusati ex officio, etiam si solis testibus, de crimine, imò de judicijs constet; ipsosque testes respondere, judicesque interrogare de occultis diffamationem minimè requirentes. Quod justa consuetudo introduxit. Ecce, quid olim petere diffamationis requisitum hodie prorsus incognitum. Nihil ergo commune unquam habuit illa Inquisitio de qua supra, cum Inquisitione, quatenus est *devassa*. Neque etiam ex alijs juris rationibus, aut principijs prohibita est specialis interrogatio, ut supra latè probavimus. Cum igitur sepius utile sit interrogare specialiter de aliquo contra quem judex habet extrajudiciales informationes; nam sic interrogati testes, vel melius recordantur, vel negare non audent, quod aliàs occultare prætendunt, licitam esse existimamus interrogationem specialem bono zelo, cautè, & prudenter factam. Nisi forte concurrant peculiæ circumstantiæ, quæ in aliquo particulari casu eam illicitam esse suadeant. Vel nisi Constitutionibus, vel statutis sit expressè talis interrogatio prohibita, prout est in omnibus ferè hujus Regni judicijs ecclesiasticis per Constitutiones Episcopales, quæ in foro Ecclesiastico observandas esse, non diffitemur: Ecce quid intelligamus circa hujusmodi juris articulum, si Lector meliora nos docuerit, cum gratiarum actione recipiemus.



QUÆSTIO DECIMA.

Qualiter, & quo tempore, sint faciendæ pronunciationes super culpis procedentibus ex Inquisitionibus, & quænam culpæ ad id sufficiant?

SUMMARIUM.

- 1 **T** Res formæ pronunciationum sunt, apud nos admiffæ.
- 2 Pronunciatio fit ad capturam, quando datur pars offensa, quæ accusare possit.
- 3 Etiãsi pœna corporalis non sit imponenda, qui non habet in ære luit in corpore.
- 4 Eodem modo fieri debet pronunciatio, quando delictum est grave, licet non detur pars offensa.
- 5 Captura non est decernenda, nisi habitis prius informationibus.
- 6 Nisi in flagranti aliquis dicatur delinquens.
- 7 Apud nos in terminis legis novissimæ §. 14. decernitur captura ad petitionem partis sine alia informatione, sed plura requiruntur.
- 8 Suspectus de fuga non debet carcerari ex sola suspitione.
- 9 Arbitrarium est, quænam probatio suspiciat ad decernendum capturam.
- 10 Arbitrium nunquam adeo liberè conceditur, ut non sit jure regulandum.
- 11 Querela partis, etiam morientis non sufficit ad decernendam capturam.
- 12 Neque sola informatio verbalis.
- 13 Sufficit informatio summaria habita sine partis citatione.
- 14 Probatio maior requiratur pro decernenda captura in delictis levioribus, quam in gravioribus, item maior ad capturam viri bonæ famæ, quàm malæ.
- 15 Semiplena probatio vel unius testis legitimi plenè deponentia dictum sufficit sine dubio ad decernendam capturam.
- 16 Qualis qualis probatio sufficit secundum aliquos.
- 17 Optaret A quòd vel requireretur ad capturam probatio sufficiens ad pœnam, vel relaxaretur in carceratus, quando jam absoluta Inquisitione, non invenitur probatio ad penam sufficiens.
- 18 Quando delictum semiplenè, vel quasi probatur, imponitur arbitraria pœna mitior ordinaria.
- 19 Eadem probatio requisita ad capturam requirunt etiam, ut carceratus in forma l. novissimæ detineri possit.
- 20 Jure non fundatur pronunciatio illa secundum quam jubetur Reus liberari tanquam Asscuratus.
- 21 Potest tamen æquitate suadente observari dummodo delictum leve sit, & sine accusatore.
- 22 Pronunciatio illa, secundum quam Reus jubetur liberari ordinario modo in levissimis tantum delictis & sine parte, quæ accuset & quando culpæ resultat ex Inquisitionibus generalibus est admittenda.
- 23 Traditur aptior pronunciationum forma.
- 24 Probatio ad faciendas dictas pronunciationes eadem, & fortior requiritur, quàm ad decernendam capturam.
- 25 Pronunciatio ad capturam fieri debet, ubi primum probatio requisita extaverit, licet non dum absoluta sit Inquisitio: non sic aliæ pronunciationes.



Ultra pronunciationem jure cõmuni cognitam, id est ad capturam, admiffæ sũt, apud nos, duæ aliæ pronunciationum formæ, scilicet altera, quòd delatus liberetur tanquam Asscuratus, id est judice pronunciante. Pelo q̄ desta de vassa cõsta, l. vrese N. como seguro. Quæ pronunciationis forma videtur deducta ex Ordin. lib.

lib. 5. tit. 117. §. 18. & 19. & tit. 23. in principio. Altera, quod, delatus liberetur ordinario modo, scilicet, *livrese N. ordinariamente.*

2 Oportet igitur videre, quando conveniat quælibet ex dictis pronunciati. onibus forma. Et agendo in primis de pronunciati. one, quæ fit ad capturam, dicendum est, illa utendum esse primò, quãdo delictum offendit privatum, qui possit accusare. Probat; nam regula est, quod Reus, contra quem invenitur summaria delicti probatio, sive legitima judicium, carceretur, *Paz in praxi 5. part. tom. 1. §. 2. à num. 1. Clarus receptarum sentent. §. fin. quæst. 28. à n. 1. & scribunt latè ceteri criminalistæ, quos citavimus in tractat. Securitat. quæst. 2. at à regula non est carcerandum, nisi ubi consuetudo, vel jus aliud introduxit ex text. in l. Præcipimus in fine C. de appellat. Et in hac specie, de qua agimus, non datur usus, vel stylus, secundum quem fieri debeat pronunciatio alia secundum dictas formas mitiores pronunciati. onum; ergo ad carcerem fieri debet. Quæ sine dubio procedunt, quando venit ex delicto pœna corporalis imponenda; tunc enim timetur Rei fuga, ideoque justè carceratur per summariam informationem.*

3 Sin autem corporalis pœna non veniat imponenda, videtur dicendum, delatum non esse pronunciandum ad carcerem, sive, ut carceretur, ex his, quæ scripsit *Clarus dicta quæst. 28. num. 1. in fine Angel. in tractat. de malificijs verbo judex num. 40. Bonacosa communium parte 1. vers. Captura.* Verum, licet possit vera esse dicta assertio, quando non datur pars offensa, quæ possit accusare, tamen quando datur, ut in specie, de qua nunc agimus, non videtur admittenda prædicta resolutio, nam offensi maxime interest, ut satisfactionem consequi possit, quò Reus carceretur, sic enim citius satisfacet, ut relaxetur, &

si non habuerit in ære luet in corpore, ut dicitur in l. 1. in fine ff. de pœnis, & in l. fin. ff. de in jus vocando: unde huic non potest bonorum cessio, secundum *Cov. lib. 2. variar. cap. 3. num. 8. Clarus dicto §. fin. quæst. 95. num. 5. Paz in praxi 4 part. tom. 1. cap. 5. num. 18.* apud nos iste, qui non habet unde satisfaciat, detinetur per annum in carcere, & si non solum, mittitur ad Brasiliensem Provinciam, ut ibi detineatur, donec offenso satisfaciat condemnationem, ita statuente *Ordinat. lib. 5. tit. 140. in principio & §. 4.* Qui omnes effectus in favorem partis offensa inducti cessarent, si Reus non carceraretur. Unde in hoc casu non potest habere locum prædicta DD. assertio, ne jus partis offenda- tur. Erit ergo pronunciandus delatus, ut carceretur, & non alia ex prædictis mitioribus formis pronunciati. onum in dicto casu erit utendum etiam si pro delicto corporalis pœna imponenda non sit.

Eadem pronunciati. onis forma est 4 utendum, quando [licet pars offensa non detor] delictum fuerit grave ita, ut merito fuga timeatur; nam in hoc casu standum est regulæ supra firmatæ, à qua nihil suadet discedendum esse in prædictis terminis.

De probatione autè, sive informatio- 5 nibus, aut indicijs necessarijs ad faciendam pronunciati. onem, ut delatus carceretur, dicendum est primò, capturam non esse decernendam, nisi habitis prius informationibus delicti, ita disponitur in *Ordin. lib. 5. tit. 117. §. 12.* & deducitur in *Ordinat. lib. 1. hoc tit. 65. §. 37.* & per argumentum ab speciali ex lege novissima vulgò, *reformação da justiça §. 14.* quod etiam de jure communi verius est ex text. in l. Nullus, & in leg. fin. C. de exhibendis Reis, latè *Secacia de judic. lib. 1. cap. 42. à num. 1. Paz in praxi part. tom. 1. cap. 3. §. 2. num. 2.* Unde cavendum est ab illis,

quos refert, sed non sequitur *Farinat. in praxi tom. 1. quest. 27. num. 115. & n. 118.* qui asserunt, posse iudicem incipere à captura, vel suspicionem ipsius iudicis sufficere, si credat Reum de fuga suspectum.

6 Limitatur tamen nostra assertio proximè facta primò, ut non procedat, si aliquis capiatur in rixa, ex eo; quia informatus fuit iudex verbaliter, eum in vulneratione ibi facta culpatum esse, ita disponente *Ordin. lib. 1. dict. tit. 65. §. 37.* tenebitur tamen iudex illum relaxare, nisi intra sequentem diem culpa contra eum legitimo modo apareat. Et dicto casu, scilicet inflagranti, delinquentem assertum posse carcerari, est de jure secundum ea quæ tradit *Paris de Puteo in tractat. syndicat. fol. 188. num. 15. Clar. dict. §. fin. quest. 28. num. 7. Paz in praxi 5. p. tom. 1. cap. 3. §. 2. num. 5.*

7 Limitatur secundò prædicta nostra assertio, ut non procedat apud nos, si pro delicto, de quo agitur, sit per legem poena mortis imposita, nam in tali casu Magistratus à parte requisitus poterit, & debebit, etiamsi culpa aliqua formata non sit, carceri mancipare assertum delinquentem, ita disponente *leg. novissima §. 14.* Requiritur tamen, quòd Magistratus requisitus pro facienda dicta incarceratione sit Iudex foraneus, vel Corrector, vel Auditor terrarum *Ordinum.* Si igitur requiratur iudex ordinarius, vel Auditor alicujus Domini non poterit virtute dictæ legis decernere capturam, culpa non formata, quia, cum certi Magistratus ibi sint nominati, & admissi, cæteri exclusi videntur ex *regula text. in l. unic. §. Sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollend. text. in leg. Maritus C. de procur. & licet aliquorum Dominorù Auditores correctione exercent, tamen ad effectum, de quo agimus. Correctoribus. Auditoribus Ordinum non erunt comparandi, exijs, quæ in simili resolvit *Thom. Vaz alle.**

gat 67. n. 33. & 34. & diximus in tractat. securit. quest. 3. n. 28. in simili Requiritur præterea, quod culpa formetur intra octo dies, aliàs carceratus relaxabitur, In quibus terminis dictæ *legis novissimæ* & non aliàs poterunt, apud nos locum habere, quæ indistinctè asserit *Paulus Castr. relatus, & impugnatus à Claro dict. quest. 28. num. 2.* dicens per solam querelam posse carcerari querelatum: quod aprobat *Farinat. in praxi tom. 1. quest. 46. n. 18.* quando moriens querelam proposuit, vel quando datur suspicio fugæ, & offensus offert cautionem de reficiendis damnis, si delictum non probetur, ut prosequitur *Farinat. ubi supra quest. 27. n. 128.*

Neque etiam probare possumus opinionem multorum relata à *Farinat. dict. quest. 27. n. 125. & Scaccia ubi sup. num. 5.* asserentium, suspectum de fuga posse carcerari, etiam non habitis prius indicijs, sive informationibus delicti. Nam omnis delinquens est suspectus de fuga, quam, sine arripiat, carceratur per summariùm informationem, ut advertunt *Clar. & Paz sup. cit. & ferè omnes.* At nihilominus communis defendit, & praxis observat, quòd requiratur prius informatio delicti, & merito, nam si non datur ulla informatio, quòd ille commisit delictum, qualiter præsumendum est, quod aufugiet propter delictum? Ergo illa assertio non solum apud nos defendi non potest, sed nec in terminis juris communis tuta videtur; unde meritò, illam jure non fundari, dixerunt ex *Bossio Scac. sup. n. 5. Farinat. ubi sup. n. 121.* Neque est bona confirmatio, quam pro illa assertionem adducit *Scac. dict. loco,* quod scilicet, etiam in civilibus suspectus de fuga carceratur, nam talis carceratio non fit, nisi præcedentibus debitis informationibus, ut videre est per *Ordin. lib. 3. tit. 31. §. 3:*

Quavis autem ex dictis certum sit, præci-

præcipuè apud nos, regulariter debere præcedere probationes, siue informationes summarias delicti, ut quis possit carcerari, tamen certum non est aut facile, quænam probatio ad id sufficiat, imò, difficile propter varias, & confusas Doctorum opiniones circa rem istam, brevitati tamen consulendo quid verius existimemus, multa omittendo declarabimus.

9 Dicimus igitur primò, arbitrio iudicis relinqui, quænam probationes siue indicia sufficiant ad pronuntiandum ut carceretur, cum *Claro dict. quest. 28. n. 2. Farinat & ab eo citatis dict. quest. 27. n. 126. Sccac. de judic. lib. 1. cap. 42. n. 2.* quod apud nos expressè dispositum est per *Ordin. lib. 5. tit. 117. §. 12. ibi O q̄ ficarâ em arbitrio do julgador, &c.*

10 Quia tamen arbitrium nunquam a deo liberè concessum est, ut non sit regulandum, & mittendum per juris regulas, ut notat *Martha de clausulis p. 1. clausul. 303.* & in specie, de qua agimus, *Farinat. dict. quest. 27. n. 127.* Videre oportet, intra quos terminos consistere debet huiusmodi arbitrium: Pro quo *Farinat. dict. quest. 27. à num. 127. & quest. 37. num. 196.* quatuor ponit admonitiones, tres aliàs tradidit *Sccac. dict. cap. 42. à n. 3.* Sed aliæ apud nos tutæ non sunt, ut supra diximus. Aliæ verò non satis instrunt iudicem ad iudicandum, quænam probatio sufficiens sit ad prædictum effectum. Unde, ut clarè in hac re loquamur, & aperiamus quid in ea existimemus, præmittimus aliquas regulas generales, & deinde ad speciales deveniemus.

11 Primò igitur certum est, apud nos non sufficere, ut quis carceretur, partis etiam morientis querelam, sed & requiri aliquam delicti informationem, ita deducitur ex *Ordin. lib. 5. dict. tit. 117. §. 12. & lib. 1. tit. 65. §. 27.* (excipimus casus, de quibus supra *limitat. 1. & 2.*) quidquid de jure controvertant *Farin.*

& citat. supra.

Secundò certum quoque est, apud nos non sufficere informationem verbalè ad decernendam capturam, sed debere ipsam esse apud acta legitimè scriptam, ut colligitur ex dictis *Ordinationibus citatis n. precedente,* & est juri communi, & praxis magis conforme, secundum *Sccaciam dicto cap. 42. num. 8. Farinat. dict. quest. 27. n. 130.*

Tertiò certum est per contrarium, ad capturam decernendam sufficere informationem summariam, parte non citata, acceptam; quod apud omnes est inconfesso, & in praxi indubitatum, & firmat *Paz in praxi 5. part. tom. 1. cap. 3. §. 2. num. 1. Sccacia de judic. lib. 2. cap. 9. num. 18.* qui testatur, totum mundum sic servare.

His sic animadversis, adhuc supponendum, est, quòd maior probatio requiritur in delictis levioribus, quam in gravioribus. Item maior requiritur ad capturam viri divitis, & bonæ famæ, quàm pauperis adjecti, vel malæ famæ, ut bene advertunt *Clarus dicta quest. 28. num. 2. Farinat dict. quest. 27. n. 164. Sccacia dict. cap. 42. num. 7.* Addit *Clarus,* quòd minor informatio sufficit in criminibus difficilis, quam facilis probationis, & meritò; nã si in illis minor probatio sufficit ad condensationem, ut videre est apud nos per *Ordin. lib. 5. tit. 135* & de jure per tradita latè per *Farinat. ut supra quest. 52. à n. 157.* ita proportione nabiliter ad capturam sufficere debet minor probatio, quàm aliàs requisita in delictis facilioris probationis.

Sed adhuc dubitatur, quænam probatio, siue informatio requiratur ad effectum, de quo agimus, an plena, an semiplena, an sufficiat unus testis dictum, an iste requiratur de visu, an tandè sufficiant conjecturæ, & præsumptiones? In qua dubitatione certum est, plenam, vel semiplenam informationem, siue probationem sufficere: quòd apud omnes

omnes est indubitatum, & colligitur à fortiori ex his, quæ statim sunt dicenda. Et sic unum resem plenè deponentem, & omni exceptione maiorem sufficere ad decernendam capturam, certum etiam est, quia iste etiam in criminibus semiplenè probat, secundum *Farinat. in pract. crimin. 3. tom. quest. 86. num. 23. & 24. Maschard. de probat lib. 1. conclus. 459. num. 12.* & quia sufficit ad torturam ex *Farinat. 1. tom. tit. de indit. & tot. quest. 37. num. 54.* ubi plures citat. *Maschard. de probat lib. 1. quest. 15. n. 12. Clarus in §. fin quest. 21. vers. Unus testis.* Et, ut infra dicemus, probatio sufficiens ad torturam est sufficiens ad capturam in illis criminibus saltem, in quibus tortura potest inferri.

16 Non solum autem semiplena probatio secundum plures sufficit, sed, minorem, imò qualem sufficere ad capturam decernendam, ait *Paz in praxi 5. part. tom. 1. cap. 3. num. 1.* Aliquam (sic in genere) sufficere, dixit *Secacia dicto cap. 42. num. 1.* Aliquem requiri, scripsit *Clarus dict. quest. 28. n. 2.* & addit *Paz ubi proximè*, sufficere præsumptionem habitam per unum testem, etiam minus idoneum. Ex quorū dictis satis colligitur, tenuissimam sufficere probationem ad capturam decernendam.

17 Ego quidem non possum negare, quæ dicta sunt à jure. Doctoribus, & praxi esse admissa. At precipere vix possum rationem, qua semel pronuntiat, vel incarceratus per probationem insufficientem ad poenam aliquam illi imponendam, vel etiam ad torturam inferendam, debeat judicalem telam experire, gravissimisque molestiis, & expensis subjici, cum, etiamsi nihil præstiterit sit in causa absolutionis, cumque tota Inquisitio sit absoluta, neque pars offensa, aut fiscalis habeat contra eum aliam informationem, aut probationem, Videbatur ergo justum, ut tot vexationibus hominum sæpe innocentium

obviaretur, quòd, vel non incarcerationentur, nisi habita contra eos tali probatione, quæ sufficiens videretur ad poenam, vel torturam: quod in casu fecit *Ordinat. nostra lib. 5. tit. 128. §. 1.* & in alio *Dian. resol. moral. tom. 4. tract. 8. resol. 11.* Vel saltem si incarcerationentur per indicia insufficientia ad poenam, tamen liberè, & sine tela judiciaria vulgò, *sem livramento* relaxarentur, si Inquisitione jam absoluta, vel alia quacumque informatione jam contra incarcerationatum quæsita, non adesset contra eum probatio ad aliquam poenam, vel torturam sufficiens. Neque audiendus esset accusator, aut fiscalis dicens sperare delictum probari posse tēpore ordinario probationum faciendarum in causæ ordinariæ processu: nam justissimè responderetur, vel illicò offerre informationes, quas habere dicunt, vel si non habent, Reo à carceribus relaxato, causam ordinario modo agere. Cur enim detinendus ille, qui, etiamsi non se purgaverit, & quanvis nihil præstiterit, absolvendus est? Sanè quando semiplena, vel quasi, datur probatio non dubito detinendum; nam per hanc arbitrarie poena potest imponi. *Capit. decis. 26. Gramaticus decis. 24. Farinat in pract. tom. 3. quest. 86. num. 27 Paz in praxi 5. p. tom. 1. cap. 3. §. 12. n. 22.* At, quia hæc statuere nostrum non est, solum concludimus nos quidem non decreturos capturam levioribus conjecturis, sed fortioribus, cum si nostrum esset, requireremus probationem ad aliquam poenam sufficientem.

Illud certum credimus, quod scilicet 19 cet, illa probatio, sufficit ad capturam decernendam, sufficiens quoque est ad detinendum illum, qui nulla informatione præcedente, fuit incarceratus ad requestum partis in forma *l. novissima §. 14.*

Quod verò attinet ad secundam pronuntiationis formam, scilicet, *Libretur* N.

N. tanquam affecuratus, vulgò, *Livrese N. como seguro*, dicendum est in primis dubitari jure posse de praxi, & ratione, qua fuerit admessa dicta pronunciationis forma illa enim nulla lege generali fieri, jubetur, sed tantum in aliquibus casibus addidit lex, quòd Reus tanquã affecuratus, resideret, veluti in specie *Ordinat. lib. 5. tit. 23. in principio* ubi disponit, quòd accusatus à muliere propter deflorationem relaxatur tamen a carcere sub pinoribus, resideat in processu causæ tanquam affecuratus. Item in specie *Ordinat. lib. 5. tit. 117. §. 18. & 19.* ubi disponit, quòd ille, cõtra quem fuit data querela, sed non probata, si accusetur, vel se liberare velit, resideat tanquam affecuratus. Ex quibus *Ordinationibus*, si rectè advertimus, nõ potest deduci modus quo praxis utitur pronuncianti in aliquibus casibus, quòd culpatus liberetur, tanquam affecuratus nam ultra quòd casus illi sunt speciales, in illis fit pronunciatio, quòd liberetur, ut affecuratus imò in specie dicta *Ordinat. tit. 23. in principio* jam erat facta pronunciatio, & Reus carceratus, & illius legis dispositio non habet locum pronunciationis, sed cujusdam onerosæ adjectionis, quæ etiam magis onerosa est in specie dictæ *Ordin. tit. 117. §. 18. & 19.* nam jubetur residere tanquam affecuratus Reus, contra quem nulla adest culpa, sed sola partis querela [in quo sanè difficilis, & notabilis est illius legis dispositio.] Unde, cum quasi odiosè, in illis speciebus injungatur Reis, ut resideant personaliter, tanquam affecurati, ex illis *Ordinationibus*. non potest deduci favorabilis forma pronunciationis, ut liberentur Rei tanquam affecurati in termini, in quibus aliàs erant pronuncianti ad carcerem, secundum regulam in hac materia, à qua non est efficax ratio, quæ discedendum suadeat, cum ex dictis *Ordinationibus*, ut potè odiosis, nõ possit favor deduci, *ex regula text. in l.*

Legat. inutiliter ff. de admend. legat. ubi docemur, quòd inducta ad unum effectum, non operantur contrarium.

Neque prædictæ praxis impugnationes cessant per moderamè, quòd aliqui addunt, ut scilicet prædicta praxi, & forma pronunciationis tunc tantum sit utendum, quando Magistratus, qui illam pronunciationem facit talis est; ut possit concedere Securitates. Neque enim per hoc prædictæ difficultates cessant, neque qui concedere potest Securitatè illam, proprio motu cõcedit, nec divinitate potest, an assertus delinquens eam velit negativam, aut confessativam neque ex multis alijs ita potest concedi, vel prodesse Securitas.

Verum quia prædicta praxis jam est ²¹ admessa, & favorabilis, neque alicui nosciva, æquitate suadente, observari potest, dummodo tamen ea pronunciationis forma tunc solum utatur quando delicta leviora fuerint, & [secundum nostram opinionem] partem offensam non habuerint; nam, cù non desint, qui in istis terminis asserant, Reum non esse mittendum ad carceres, ut placuit *Claro dict. §. fin. dict. quæst. 28. num. 1. Bonacof. Communium parte 1. vers. Captura fol. 19. cum Angelo*, quem refert *Saccacia* licèt ipse cum alijs dissentiat, *de judic. lib. 1. cap. 54. n. 15.* praxis, de qua agimus, quasi mediam viam eligens, in dictis levibus criminibus, in quibus fuga non timetur, introduxit, quòd Reus nec carceretur, nec tamen à judicio abesset, sed in eo præsens, ut ille, qui securitatem impetravit paratus judicatis obtemperare. Qualiter autem, & quando sit carcerandus Reus sic pronunciat, si non resideat, diximus in tracta. Securitatem *quæst. 12.*

Tandem, quòd attinet ad tertiam ²² formam pronunciationis, scilicet, liberetur ordinario modo, vulgò, *Livrese N. ordinariamente*, dicendum est, prædictam pronunciationis formam tunc solum admitt,

admissam esse, quando crimina sunt levissima, & [ut ego semper addendum existimavi] pars offensa non datur, imò credo, tunc solum utendum esse dicta pronuntiationis forma, quando scilicet, culpa resultat ex Inquisitione generali, & ut dictum est levissimum est crimen, non quando resultat ex Inquisitione speciali, vel querela, hæc enim non formantur, nec proponuntur pro levioribus delictis; quod magis colligitur ex *Ordin. lib. 5. dicto tit. 117. §. 18. & 19.* ubi data, querela, licet nullatenus probetur, tamen jubetur Reus sive querelatus, ut in causa resideat, tanquam affecuratus, non, ut ordinario modo se liberet: ergo à fortiori, quando querela fuerit probata, & iudex pronuntiaverit, non poterit hac pronuntiationis forma uti.

23 Noto obiter ineptè consuevisse formari pronuntiationes, quatenus dicitur *liberetur N. tanquam affecuratus, vel ordinario modo, vulgò livrese N. &c.* Nã: iudicis intentio est, quòd adversus ipsum procedatur, non, quòd ipse se liberet, vel defendat, id enim in ejus potestate est facere, vel omittere, & ad hoc Reum non cogit iudex, neque ad hoc illa pronuntiatio dirigitur. Debent igitur formari aptius pronuntiationes dicendo: *Pelo que consta desta devassa, vel destes autos, ou summario, procedase contra N. que assistirà a seu livramento como seguro, vel, Procedase ordinariamente contra N.*

24 Probatio autem sive informatio requisita ad faciendas pronuntiationes

prædictis modis, scilicet ut qui liberetur, ut affecuratus, vel ordinario modo, eadem; & fortior requiritur, quam supra defendimus requiri ad pronuntiationem ad capturam faciendam. Ratio est, quia in specie, de qua agimus, non timetur fuga, siquidem iudex ipse pronunciat, Reum liberari, sine eo quòd carceretur. Cum igitur hic solum procedatur contra delinquentes ad eos puniendos, multò minus debent accusari, & vexari, quando contra eos tenuissima datur probatio. Unde à fortiori succedunt dicta, & resoluta à nobis supra, quando agimus de probatione necessaria ad capturam, decernendam.

Quod verò attinet ad tempus faciendarum pronuntiationum, dicendum existimo, pronuntiationem ad capturam faciendam esse, ubi primum ex Inquisitione, vel alio summario resultaverit probatio ad illam sufficiens juxta dicta, & resoluta supra, & si post pronuntiationem accrescant culpæ, post finitam Inquisitionem iudex addet. *As culpas que accreseram contra N. se juntem às mais.* Quando autem pronuntiatio fieri non debet ad capturam, sed alio ex prædictis modis, cum non detur fugæ timor, nec talis pronuntiatio fiat, ut citius Reus detineatur, non est cur properet iudex ad eam faciendam, imò debet prius expediri, & absolvi Inquisitio, & tunc fieri pronuntiatio, ex anticipata enim pronuntiatione in dicta specie nullum conveniens resultat, & possunt inconvenientia resultare.



QUÆSTIO XI. ET ULTIMA

Utrum testes interrogati in Inquisitionibus faciant fidem in iudicio plenario ita, ut ex illis possit sequi condemnatio, si non repetantur.

SUMMARIUM.

- 1 **N**egative resolvitur quæst. proposita.
- 2 Testes recepti parte non citata repeti debent, ut probent, & assignatur forma in hac re à lege novissima præscripta.
- 3 Defenditur, secundo dicto contrario priori standum esse in hoc casu.
- 4 Testes recepti, parte non citata probant, si repeti non possint, quia mortui sunt, vel absentes à Regno.
- 5 Contra contumacem probant testes interrogati, eo non citato.

Negative respondendum est propositæ quæstioni per text. & ibi cõmuniter notata in cap. 2. de testibus Clar. in pract. dict. §. fin. q. 11. n. 2. Gom. 3. var. cap. 12. n. 18. & bene colligitur ex Ord. lib. 3. tit. 62. §. & ex l. novissima statim citanda. Debent igitur secundum prædictas, & secundum dispositionem dictæ Ord. n. re. 2 peti testes, parte citata, ut probent. Ad cuius rei breviorẽ expeditionem leg. novissima vulgò Reformaçãõ da justiça cautum est in §. 18. quod tẽpore, quo datus fuerit Reis terminus ad contrarietatem formadã illis indicatur, ut habeant pro judicialibus dicta testiũ sumariẽ interrogatorũ, vel si nolint, faciant eos repeti, idest iterũ interrogari, durate probatorio termino cum comminatione, quod aliàs, termino elapso, eo ipso habebuntur pro repetitis, & illis fides adhibebitur, & quidẽ solent Rei plerumque pro judicialibus habere dicta testiũ sine eos, quod repetantur, scientes, ipsos testes ferẽ semper confirmare prius dictum inciviliter tamen aliqui iudices, dicta forma non observata, cogunt Reos ad faciendum terminum de iudiciaes, ut di-

cunt, & pessimẽ alij dicunt, etiam quãdo non præcessit dicta cõminatio ipsos habere testes pro judicialibus, quasi ab ipsis iudicibus; non à Reis sit huiusmodi solemnitas remittenda, nisi quando in pœnam, ut dictum, est, ipsa, lege habetur pro remissa.

Circa hæc tamen insurgit quædam dubitatio maximos producens effectus, licet videatur à pramaticis spreta. Finge, quod Reus petit, ut testes interrogati in Inquisitione repetantur, idest de novo interrogentur, & quid si interrogati deponunt, vel diverso, vel cõtrario modo ab eo, quo in prima attestazione deposuerant, vel pro Reo, vel contra ipsum? Cuinam dicto fides adhibenda, priori, an posteriori? Et quidem, licet quando prius dictum legitimè parte citata, fuit receptum, illi standum sit, non secundo, ex his, quæ. Bart. in l. eos n. 1. ff. ad l. Corn. de falsis, Menoch. usu frequens lib. 2. cap. 32. n. 1. glos. verbo Purgavit in cap. litteras 14. de præsumpt. tamen in specie, de qua agimus contrarium dicendum existimamus. Movemur, nã, ut omnes fatentur, illorum testium dicta nulla sunt ad cõflectum condemnationis faciendæ: ergo dictum secundum, quod requiritur valere, debet non obstante primo, quod cũ nullum sit ad prædictum effectum, nõ est habendum in cõsideratione ex vulgaribus. Deinde, quia, si priori dicto omnino standum esset licet testis modo cõtrariũ deponeret, frustra fieret repetitio, & nova interrogatio: quod non est dicendum ex text. in l. Plane, & in l. fin. ff. de petit. hered. l. Hac stipulatio §. 1. ff. Ut legat nomine caveatur, ubi dicitur, quod leges non solent requirere, vel admittere frustratoria. Tandem

ex his quæ scriptis Clarus dicto §. fin. quæst. 11. n. 2. ibi, *Sed si Reus compareat, tunc attestations talium testium examinatorum sine citatione partis nullam fidem faciunt, neque ad condemnationem, neque ad torturam, nisi parte ipsa præsentem, aut legitime citata, seu monita, deponant, vel prius per eos deposita repetant, & in eis præstant.* Hæc ille: in quibus ultimis verbis sentit, quò testis poterit non præstare in priori dicto, imò in priori scripto; ipse enim quando ab illo recedere voluerit, debet allegare non sic dictum prout scriptum. Faciunt, quæ Menoch. de arbitr. casu 109. num. 6. ubi dixit, testem secundo loco examinatum, non posse referre ad dictum primum in summario contentum, quia examinatio facta in summario videtur facta minus diligenter.

Infurgit tamen difficultas, quia si dictum secundum primo contrarium deberet admitti, disponderet *Ordinat.* quòd prius dictum concremaretur, ut testis sine metu contrarietatis verum deponeret, ut eadem *Ordinat. disposuit lib. 3. tit. 62. §. 2.* pro alio casu, in quo testes de novo interrogantur. Unde, cum idem in casu nostro non disposuerit, visa est intellexisse secundo dicto standum non esse. Verum respondetur in specie dictæ *Ordinationis §. 2.* non

solum concremari attestations priores ad hoc ut possit testis verum deponere, sed ex eo etiam, quia præsumuntur falsò scriptæ, cum iudex, vel notarius suspectus essent. Deinde legem loquentem in illo casu non negasse similiter in nostro fieri posse, licet sufficere videatur, si cautus iudex advertat, & certiores raddat testes, qui repetuntur, ut vera deponant sine metu contrarietatis, quia secundo dicto standum; non habita mentione de primo.

Ad calcem adverto, quòd dicta testium, qui repeti, & de novo interrogari non possunt, quia sunt mortui, vel absentes à Regno, habentur pro judicialibus, & probant, ac si parte citata, fuissent interrogari ita disponente *Ordin. lib. 3. dict. tit. 62. §. 1.* Similis eodem *lib. tit. 16. §. 1.* Idem erit dicendum, si Reus contumax sit, & citatus ad iudicium non veniat, tunc enim testes, parte non citata, interrogari, in contumacis odium habentur pro judicialibus, ex *Ordinat. dict. tit. 62.* & est de jure secundum Clarum *dict. §. fin. quæst. 11. num. 2.* *Sccaciam dict. lib. 2. de judic. cap. 9. num. 22.*

Et per hæc finem imponimus tomo primo de Jure Lusitano.

LAUS DEO.

Virginique Matri, in quorum gloriam dicta nostra scripta esse optamus, eaque Sanctæ Ecclesiæ, & sapientiorum correctioni libenter subijcimus.





INDEX

RERUM NOTABILIUM, QUÆ IN HOC TOMO I. CONTINENTUR.

Litera P. paginam, litera N. numerum marginalem significat.

A

Absolutiones ab instantia propriè vim definitivarum habent. p. 58. n. 20.
Absurda vitanda. p. 271. n. 14.
Actus nullus non desinit esse talis quamvis cesset causa annullans. p. 163. n. 18.
Advocatus non est officialis justitiæ. p. 252. n. 59.
Advocati ineptè provocare solent dicendo: *Appello, ou aggravo, qual no caso couber.* p. 87. num. 4.
Appellare non licet ab interlocutoria, nisi gravamen irreparabile contineat, vel definitivæ vim habeat. pag. 15. num. 1.
Appellare licebat de jure canonico ante S. C. Tridèt. ab omni interlocutoria. p. 15. n. 2.
Appellari potest ab interlocutoria qualicumque, quando definitiva postea proferenda appellari non potest. p. 35. n. 33.
At actor distinguit n. 35.
Appellari potest ab interlocutorijs prolatis super dilatorijs. p. 43. vers. quinto.
Appellari potest de jure communi etiam in causis minimi valoris. p. 47. n. 57.
Appellari non potest à Vicario generali ad Episcopum, sive ejus senatum. p. 107. n. 84. vers. hinc infertur.
Appellari non potest à denegatione gratiæ. p. 157. n. 24. Nisi lex gratiam concedi jubeat. p. 157. n. 25.
Appellatus potest, & debet provideri, si gravatus inveniatur. p. 39. n. 45.
Appellans respondens coram judice à quo in causa principali appellationi renunciat. p. 120. num. 147.
Appellatio, ut rejiciatur, quid sit considerandum? p. 49. n. 64. cum sequentibus.

Appellatio à definitiva potest justificari ex novis causis. p. 50. n. 67.
Appellatio est communis utrique parti p. 74. n. 57.
Appellatio suspendit. p. 88. n. 8.
Appellatio ab interlocutoria habente vim definitivæ, vel gravamen irreparabile justificari potest ex novis causis p. 88. n. 9.
Appellatio interponitur ab actibus extrajudicialibus. p. 90. n. 15.
Appellatione interposita in casu gravaminis, solet senatus pronunciare eadem acta pro gravamine distribui p. 101. n. 61.
Appellandi tempus non currit pendente causa nullitatis. p. 101. n. 60.
Arbitrium judicis secundum jus regulandum est. p. 50. n. 66. & p. 327. n. 10.
Argumentum ab speciali validum est in jure. p. 160. n. 1.
Armorum nomine quid intelligatur? p. 203. n. 4. Remissivè.
Argumentum à contrario sensu non procedit, quando contrarium est in jure expressum. p. 43. n. 51.
Afluada, quid sit? p. 255. n. 141. & quot personas requirat. p. 266. n. 145.
Affecuratus intrans in prætorium cum armis, illis privatur, & quando? p. 203. n. 1. cum sequentibus.
Affecuratus personaliter comparere debet, etiam si delictum tale sit, quod posset aliàs respondere per procuratorem. p. 204. n. 10. etiam si actor accuset per procuratorem ibi n. 13. & 15. Nisi ad allegandum justum impedimentum, ibi n. 12. Vel nisi dispensatus sit à Rege, vel prælato. p. 206. n. 17. & 18.
Affecuratus, qui semel se præsentat, & impreterat mandatum nè carceretur non potest

Index Rerum.

test amplius iudicium illud declinare p. 206. n. fin.
Asscuratis datur copia actorum inquisitionibus clausis. p. 203. n. 6.
Auditors Dominorū regulariter non possunt concedere securitates. p. 157. n. 10.
 Nisi ex privilegio, vel consuetudine ibidem n. 11.
Ædiles quam inquisitionem generalem formare teneantur? p. 232. n. 31.

B

Blaspheмиæ hæreticalis cognitio ad Inquisitores privativè pertinet. p. 231. n. 21. & quænam hæreticalis sit? ibidem n. 22.

C

Captura decernenda non est, nisi habitis informationibus delicti commissi. p. 325. n. 5. Nisi in flagranti delicto aliquis apprehendatur. p. 326. n. 6. vel nisi simus in terminis legis novissimæ §. 14. ibidem num. 7.
Captura decernitur per conjecturas, & præsumptiones. p. 131. n. 5.
Captura decernitur per probationem arbitrariam. p. 327. n. 9.
Captura decernenda non est ad solam querelam, etiam morientes. Ibidem n. 11.
Captura non est decernenda per verbalem tantum informationem. Ibidem n. 12.
Captura decernitur per probationem summariam factam parte non citata ibidem n. 13.
Captura in delictis gravioribus decernitur per minorem probationem. Ibidem n. 14.
Captura decernitur per qualè qualè probationem, secundum aliquos. p. 328. n. 16.
Capturā non decerni nisi per probationem sufficientem ad aliquā penā, vel saltē ad torturam iustum fore probatur, ibidem n. 17.
Carcerandus non est suspectus de fuga, sine inditijs. p. 326. n. 8.
Carceris privati crimen, quando committitur? p. 253. à n. 68.
Charta testimonialis in quo differat ab instrumento gravaminis. p. 114. à n. 121.
Clausulæ securitatū quænam aptæ, & quæ unā verò sint ineptæ. p. 217. cum sequentibus.
Clausula eadem sæpè accipitur, & intelligi-

tur diversimode. p. 144. n. 15.
Corpus illius, qui dicitur occisus exhumari solet ad vidēda signa etia sine licentia prælati, secundum aliquos. p. 245. n. 21.
S. Concil. Trident. sess. 13. de reformat. cap. 1. explicatur. p. 46. num. 56.
Concilia provincialia errare possunt. p. 116. num. 53.
Conservator. Universitatis Conimbr. concedit securitates, etiam in casu homicidij. p. 157. n. 15.
Contrariorum uno cognito, cognoscitur, & aliud. p. 13. n. 27.
Contraria elegans non auditur. p. 192. n. 35.
Concessio quod est maius, concessum etiā videtur, quod est minus. p. 36. vers. quarto.
Contemplationis nomine, quid intelligatur. p. 285. n. 9.
Confessio facta pro impetratione securitatis, an præjudicet in causa principali? p. 179. à n. 1. & per totam quæstionem.
Confessio coram iudice facta non est extrajudicialis. p. 180. n. 3.
Confessio non potest acceptari, & qualis adjectarejici. p. 182. n. 11. cōtrariū ibid. n. 13.
Confessio per errorem facta revocari potest. p. 183. num. 17.
Confiteri voluntariè crimen, creditur in ijs, quæ pro se allegat. p. 181. à n. 9. Non tamen si Confessio fiat metu probationum p. 182. n. 12.
Confiteri potest in qualibet iudicij parte reus, qui antè negaverat. p. 184. n. 20.
Constitutiones Episcoporum juri communi contrariæ invalidæ sunt. p. 285. n. 11.
Corrector quas inquisitiones generales formare teneatur. p. 132. n. 33.
Correctores curiales, criminales, quas inquisitiones generales formare teneantur. p. 233. n. 40.
Culpe resultantes contra officiales justitiæ ex inquisitionibus formatis per iudices ordinarios remittuntur correctoribus. p. 234. n. 46. Ulyssipone verò Correctoribus curialibus, criminalibus ibidem n. 47.
Cursæ nomine quid cōprehendatur. p. 259. n. 97.

D

Dicto priori testis standum est, nisi primum parte non citata prolatum fuisset. p. penultima à n. 3.

Di-

Index Rerum.

- Digitus non est membrum. p. 263. n. 130.
- Digitus constituitur ex quatuor granis. p. 97. n. 45.
- Decipiendus nemo est auctoritate iudicis. p. 139. n. 8. & p. 176. n. 10.
- Decretum secundum non habet vim definitivam. p. 58. n. 18.
- Decreta iudicis sumariè facta, interlocutoria sunt. Vide verbo interlocutoria.
- Definitivam vim, quam interlocutoria. Vide ibidem.
- Definitivam vim ut habere dicatur interlocutoria, requiritur quod ad definitivam non adhuc prolatam deveniri impediatur. p. 56. n. 8. & 9.
- Defensio allegata ad impetrandam securitatem debet concludere impetrandam esse omnino immunem à pœna p. 208. n. 5.
- Defensio iure probata qualis sit, & quæ possit admitti pro concessione securitatis ibidem n. 6. cum sequentibus.
- Defensio bonorum licita est, & potest aggressor bonorum offendi, & quando. p. 209. n. 7.
- Defensio proprii honoris licita est, etià cum offensione honoris cadentis ibidem n. 8.
- Denuntiatio facta per Promotorem, sive fiscalem ad informationem inimici validam esse defenditur. p. 283. à n. 8.
- Destinatum, juris fictione, habetur profecto p. 7. n. 11. & p. 146. n. 20.

E

- E**xempla regulam restringunt. p. 44. n. 52.
- Expensarum condemnatio non fit per iudicem superiorem, sed per inferiorem, quando superior de gravamine non cognovit. p. 111. n. 109. secus quando cognovit. p. 112. n. 112.
- Expressio delicti qualiter sit facienda ad securitatem impetrandam p. 207. n. 1. & p. 208. n. 3. & 4.

F

- F**aciei nomine quid comprehendatur p. 263. n. 124.
- Falsa moneta quando dicatur fabricata. p. 250. n. 47.
- Formula petitionis gravaminis p. 108. sub num. 90.
- Formula decreti, vulgò *despacho*, super petitione gravaminis. p. 109. n. 96.

- Formula sententiæ super gravamine per petitionem p. 113. num. 114.
- Formula sententiæ super gravamine, quando Iudex accipit cognitionem, & non providet aggravanti. p. 113. n. 114.
- Formula requisitionis gravaminis, vulgò *do requerimento do agravo*. p. 119. n. 131.
- Formula petitionis, sive supplicationis pro impetranda securitate negativa. p. 212. n. 3.
- Formula petitionis pro securitate coarctata impetranda, 214. n. 5.
- Formula decreti, vulgò *despacho*, super petitione pro coarctata. p. 215. n. 6.
- Formula petitionis pro securitate confessativa impetranda ibidem.
- Fuga carcerati, rupto carcere, probat delictum. p. 169. n. 16.
- Furtum aliquando committitur, non incipiendo à furto, p. 256. n. 79.

G

- G**ravamen irreparabile, quam interlocutoria habeat, vide verbo interlocutoria.
- Gravamen irreparabile est illud, quod non potest reparari per appellationem à definitiva, p. 19. n. 2.
- Gravamen illarum per interlocutoriam præjudicantem negotio principali reparabile est per appellationem à definitiva. p. 20. n. 4. cum sequentibus. Secus si negotio principali non præjudicat, ibidem, & p. 40. n. 46. cum sequentibus.
- Gravamen irreparabile dicitur illud, quod reparari non potest per appellationem à definitiva, quanvis ex natura sua reparari posset ibidem n. 49. etiam si possit cessare per definitivam. p. 44. num. 53. etiam si leve sit præjudicium, quod causat. p. 47. n. 57. Etiam si conditionaliter tantum inferatur. p. 47. n. 60. Etiam si de futuro sit. p. 48. n. 61. Etiam si consistat solum in denegatione modi agendi, vel defendendi ibidem n. 62.
- Gravamen in processu tantum, quando sit interponendum. p. 64. n. 6.
- Gravamen in processu tantum interponitur à pronuntiatione, super dilatorijs. p. 64. n. 10.
- Gravamen in processu inutile est, quando interlocutoria pronuntiat dilatoriã probari, Actoremque non esse audiendum ibidem n. 11.

Index Rerum.

Gravamen in processu tantum interponitur à condemnatione expensarum retardationis. p. 66. n. 15. Item ab interlocutoria pronuntiante non probari exceptionem peremptoriam in vim dilatoria oppositam. Ibidem n. 16. Item ab interlocutoria admittente appellationem adversario, si tamen velit gravatus, poterit per instrumentum aggravare. p. 66. n. 18. Item ab interlocutoria, quæ profertur super attentato, cum distinctionibus tamen. p. 66. n. 21. cum sequentibus.

Gravamen per petitionem, aut instrumentum interponitur ab interlocutoria denegante terminum probatoriū, vel concedente nimis restrictam, vel latā dilationē ad probandum extra regnum. p. 69. n. 32.

Gravamen per petitionem interponitur ab interlocutoria rejiciente contrarietatem, defensionem, replicationem, triplicationem, sive causa tractatur coram aliquo senatore ibidem n. 33.

Gravamen per petitionē interponitur ab interlocutorijs, alijs pertinentibus ad processum, si proferantur per Senatorem, qui in senatu causam illam finaliter remota quacumque provocatione judicare debet. p. 70. n. 34.

Gravamen per petitionē, vel instrumentum interponitur ab interlocutoria, per quā non observata dicitur aliqua Ordinatio circa processum ordinandum. p. 31. n. 25.

Gravamen à Senatu propter Ordinationem non observatam, interponi non potest. p. 71. n. 39.

Gravaminis interpositi à sententia Senatoris, propter Ordinationē non observatam cognitio pertinet ad Rectorem justitiæ, sive Gubernatorem Portuensem cum quinque Senatoribus. p. 71. n. 38.

Gravaminis in processu tantum casus in Ordinatione expressi enumerantur. p. 71. n. 41. cum sequentibus.

Gravaminis in processu interpositi reparatio quomodo, & per quem sit faciendā, & quando? p. 47. n. 50. & 51. cū sequentibus.

Gravamen aliud ordinarium dicitur, & interponitur à definitivis. p. 86. n. 2.

Gravamen non suspēdit. p. 88. n. 8. & p. 103.

Gravamen nō interponitur à Senatu Portuensi in causis ibi introductis per instrumentum, vel petitionē gravaminis. p. 88. n. 11.

Gravamen solum interponendū in casibus in Ordinatione expressis. p. 90. n. 16.

Gravamen quandò per instrumentum, quandò verò per petitionē sit interponendū. p. 93. n. 26. cum sequentibus, & p. 114. n. 110.

Gravamen intra decendum interponendum est. p. 98. n. 50.

Gravamen qualiter interponendum ab actu, vel jussu judicis sine forma judicij facto ibidem n. 51. cum sequentibus.

Gravamen interponi potest etiam ultra decendum, quandò per errorem in casu gravaminis appellatio fuit interposita. p. 101. n. 59. cum sequentibus.

Gravamen in casibus hic expressis debet expediri, vulgò *faserse despachar* intra certos terminos, licet regulariter ad id non teneatur aggravans. p. 102. n. 68. & 69. & p. 119. n. 144.

Gravamen quandò interponitur, debet exprimi superior, ad quem aggravatur. p. 103. n. 70. nisi superior certus sit, & necessarius. ibidem n. 71.

Gravamen interponens per petitionē in casibus, alijs pertinentibus ad processum, citare debet in petitione Ordinationē concedentem in illo casu gravamen per petitionem interponi p. 140. n. 72.

Gravamen interponi non potest, quando valor causæ non excedit judicis jurisdictionem, vulgò, *quando cabe na alçada*. p. 150. n. 75. & attenditur causæ principalis æstimatio. p. 105. n. 79. In casibus tamen aggravatur, etiamsi causæ æstimatio non excedat judicantis jurisdictionem ibidem n. 81. & 82.

Gravamen non potest denegari per judicem à quo, etiamsi injustè interponatur. p. 106. n. 84.

Gravaminis petitio intra quem terminum sit actis adjungenda. p. 107. n. 85.

Gravaminis cognitionem non accipit superior si deficiat aliquod ex requisitis necessarijs. p. 107. n. 86.

Gravamen coram judice interponendum, non tamen requiritur quod in audientia interponatur, ibidem n. 87.

Gravaminis per petitionem interpositi datur copia judici, & parti modo hic assignato. p. 109. n. 97.

Gravaminis æstimatio, vulgò *avaliação* quo tempore faciendā. ibidem n. 99.

Gravaminis copia non datur partibus in judicio superiori, nisi in casibus hic expressis. p. 110. n. 102. & 103.

Gravamen aliquando potest iterum interponi

Index Rerum

poni à sententia prolata super gravamine, at aliquando ab ea aliter est provocandum. p. 113. n. 116. cum sequentibus.

Gravamen æquè principaliter interponitur per instrumentum, ac per chartam testimoniam, neque ista conceditur in subfilium denegati instrumenti. p. 117. n. 129. cum sequentibus.

Gravamen intra triginta dies præsentandū est coram superiore ad quem, at in casu intra decem. p. 118. n. 135. Nisi justo impedimento excusetur non præsentans intra dictos terminos. p. 119. à n. 136. Vel nisi pauci tantum dies transacti sint post terminos elapsos ibidem. n. 139. Nisi etiam non detur Regia provisio, quæ concedi solet contra lapsum dictorum terminorum; ibidem. n. 142. vel nisi ab inutilis interpositum sit gravamen, tunc enim assignatur terminus per judicem à quo ibidem n. 143. vel tandem nisi interponatur gravamen à iudicibus Ecclesiasticis, ad iudicem Coronæ, quo casu nullus terminus est præfixus ad præsentandum gravamen ibidem n. 141.

Gravamen per instrumentum interpositum distribuitur, quādò ad Senatū interponitur, & per deliberationes expeditur, quādò autē certū iudicē habet in voce, vulgò *por Relaçõ* expeditur. p. 120. n. 146.

Gravamine penderet respondens in causa principali, gravamini non renuntiat. p. 121. n. 148.

Gravaminis per petitionem, vel instrumentum casus omnes in Ordinatione, & in scriptis nostratum expressi recensentur. p. 121. n. 150.

Gravaminum cognitio ad quos Magistratus pertineat. p. 124. n. 151.

Gravamen interponitur à concessione securitatis advertario. p. 159. n. 26.

Gravamen personaliter est interponendum, quādò provocatur ab interlocutoria iudicis pronunciantis securitatē ruptam esse. p. 195. n. 48.

Gravaminis expeditioni assignatur terminus, quādò aggravatur à decreto iudicis pronunciantis assecuratum relaxari. p. 204. n. 8.

Gratia per decretum, sive fiat, perficiatur. p. 172. n. 1.

Gubernator domus Portuensis, quas inquisitiones generales formare teneatur. p. 233. n. 43.

H

Hæresis in crimine competit securitas. p. 165. n. 1.

Homagium frangens non punitur tanquā aufugiens à carcere. p. 249. n. 40.

I

Judicia præcedere debent Inquisitionem in locum diffamationis ante requisitæ. Et quid pateat hoc indiciorum requisitum. p. 321. n. 63. & 64.

Infamia, quæ jure attentato, ante consuetudinem contrariam præcedere debebat ad inquisitionem specialem, quid sit, quare, & ad quam inquisitionem præcedere debere. p. 318. n. 55. cum sequentibus.

Infamia præcedens ad inquirendum, jam non requiritur de consuetudine. p. 320. à n. 60.

Inquiri potest de occultis, attentata consuetudine p. 322. n. 66.

Inquirere non posse Judices constitutos pro causis certarū personarū, quia ab his dicitur crimen commissum defenditur. p. 271. n. 12. cum multis sequentibus.

Inquisitores quare ita dominantur? p. 309. n. 30.

Inquisitio generalis, apud nos, dicitur illa, quæ formatur, quando non constat delictum contingisse, sed quæritur an aliquis illud commiserit? p. 222. n. 2. Etiam si contra certam personam dicto modo inquiratur ibidem.

Inquisitio specialis illa apud nos dicitur, quæ formatur occasione delicti contingentis. p. 223. n. 6.

Inquisitiones inventæ fuerunt nè delicta remaneret impunita. ibidem n. 9.

Inquisitio est modus procedendi ex officio ibidem n. 10.

Inquisitio non est restringenda ad certam tantum personam, neque offensi querela est scribenda, aut tantum attendenda in inquisitione. p. 224. n. 11.

Inquisio quare apud nos appelletur *devassa* ibidem n. 14.

Inquisitiones generales per viam regulæ sunt prohibita. p. 227. num. 1.

Inquisitiones generales, quænam, & super quibus criminibus de jure Regio sint formanda.

Index Rerum.

- mandæ. p. 328. n. 4. cum sequentibus.
- Inquisitionibus generalibus an subjiciantur ministri justitiæ. Qui syndicatui subjiciuntur? ibidem n. 5. cum sequentibus.
- Inquisitiones generales super culpis officialiū justitiæ, cōprehēdunt tantū culpas cōmissas eo anno, & antecedēti p. 229. n. 10.
- Inquisitio formari nequit, nisi prius constet de corpore delicti. p. 239. n. 2. At contrarium defenditur cum distinctione à n. 3.
- Inquisitio formari potest ad simplicē delicti informationem. p. 240. n. 7. & ibidē n. 8.
- Inquisitio particularis, in quibus casibus de jure Regio formanda sit. p. 244. n. 16. cum sequentibus.
- Inquisitio particularis formata in casu à lege non expresso, nulla est. p. 267. n. 154. At revalidari potest in Senatu ibidem n. 155.
- Rex solet concedere, ut inquiretur in aliquibus casibus in Ordinatione non expressis. p. 268. n. 156. Inquisitiones particulares, quinam judices formare possint, & debeant. p. 269. à n. 2.
- Inquisitiones generales, quibus temporibus incipi debeant. p. 275. n. 1. Quibus verò terminari. p. 276. n. 2.
- Inquisitiones particulares intra quos terminos incipi debeant ibidem à n. 10. intra quos verò terminari. p. 277. à n. 15.
- Inquisitio, in qua testes in numero requisiti non sunt interrogati, an valida sit. p. 279. num. 2.
- Inquisitione semel conclusa, non possunt alij recipi testes, nisi ex causa legitima p. 281. n. 10.
- Inquisitio formata per judicem suspectū, an sit nulla? p. 288. n. 1. cum multis sequentibus. Ubi plures distinguntur casus.
- Inquisitio, quam Doctores specialem appellant, ad quam diffamatio præcedens requiritur de jure, quid sit noviter traditur? p. 301. n. 9. cum multis sequentibus.
- Inquisitionem in hæresis crimine formari posse infamia non præcedente qualiter intelligendum. p. 308. num. 27.
- Inquisitioni viā aperire notoriū, exceptionē, & similia, qualiter intelligatur? Ibidē 28.
- Inquisitiones speciales fieri nulla præcedente infamia, passim Principes jubent. p. 313. n. 40.
- Inquisitionem specialem non infamare eum, de quo interrogatur, defenditur. p. 311. n. 34. cum multis sequentibus.
- Instrumentum gravaminis in quo differat à charta testimoniali. p. 11. num. 121.
- Interlocutoria, secundum aliquos, est illa, quæ post se non sperat aliam super eadem citatione, p. 4. n. 2.
- Interlocutoria est sententia illa, quæ absolvit ab instantia ibidem n. 3.
- Item omnis pronuntiatio post definitivam facta ibidem num. 3.
- Interlocutoria secundum alios, illa est, quæ profertur inter principium, & finem causæ. p. 5. n. 4.
- Interlocutoria est illa, quæ determinat emergentia non principale, p. 13. n. 27.
- Interlocutoria discripto secundum Authorem. p. 7. n. 10.
- Interlocutoria est pronuntiatio illa, quæ denegat citatoriam ibidem n. 11.
- Interlocutoria sunt pronuntiationes omnes post definitivam factæ. p. 8. n. 12. Nisi revocent definitivam, & alio modo proferrant. p. 9. n. 14.
- Interlocutoria est pronuntiatio super incidenti, etiamsi nullo modo tangat negotium principale ibidem n. 15.
- Interlocutoria est sententia super alimentis ad litem petitis, ibidem n. 16.
- Interlocutoria est sententia, licet imponat finem instantiæ, si principale non determinat. p. 10. n. 17.
- Interlocutoria sunt decreta judicis summarie facta, ibidem n. 18. & n. 23.
- Interlocutoria quænam gravamen reparabile continere dicatur. p. 20. n. 4. cū sequentibus, & p. 24. n. 13. cum sequentibus.
- Interlocutoria prolata super exceptione nullitatis, gravamen reparabile continent. p. 21. n. 7.
- Interlocutoria præjudicans incidenti appellabile continet, p. 28. n. 21.
- Interlocutoria quænam irreparabile gravamen continere dicatur. p. 20. n. 4. & p. 41. n. 46. cum sequentibus.
- Interlocutoria prolata post definitivam irreparabile gravamen continent. p. 33. n. 30. Nisi in terminis, de quibus ibi in versiculo: & notandum.
- Interlocutoria super exceptione peremptoria opposita in vim dilatoriæ gravamen irreparabile continet. p. 29. n. 26.
- Interlocutoria præjudicans securitati debiti, vel executionis, irreparabile gravamen continent. p. 32. n. 33.
- Interlocutoria vim definitivæ habens, non erat ita nominata in jure ante S. Concil. Tri-

Index Rerum.

Trident. & Ordin. nostram, p. 54. n. 3.
 Interlocutoria vim definitivę habens quęnam sit? ibidem n. 6. cum sequentibus.
 Interlocutoria non dicitur vim definitivę cōtinere per id, quod determinet articulum emergentem afferentem magnū præjudicium parti, vel causę p. 56. n. 11.
 Interlocutoria, quę pronunciat appellacionem desertam, non habet vim definitivę. p. 57. n. 15.
 Interlocutoria, quę denegat appellacionē, vim definitivę non continet ibidem n. 16.
 Interlocutoria, quę definit articulum, super quo profertur, vim definitivę non habet. p. 58. n. 19.
 Interlocutoria absolventes ab instātia, proprię vim definitivarū habent, ibidē n. 20.
 Interlocutoria omnes, vel sunt de præjudicātib, vel de non præjudicantibus negotio principali. p. 89. n. 12.
 Irreparabile gravamen. Vide verbo gravamen.
 Judex superior, quę debeat considerare, antequam super petitione gravaminis pronunciet. p. 108. n. 94. & 95. Quę autem considerare debeat antequam sententiam proferat. p. 111. num. 107.
 Judices maiores potiores pro se habent præsumptionem. p. 143. versic. fatemur, & p. 145. num. 18.
 Judex cancellarię concedit securitates pro culpis errorū officialium p. 157. n. 13.
 Judex fisci concedit securitates pro criminibus, de quibus cognoscit ibidem n. 17.
 Judicis quęnam sit cura circa assecuratos. p. 202. n. 1.
 Judex à quo non potest denegare gravamē, licet injustē interponatur. p. 106. n. 84.
 Judex antequā inquireat, debet visitare corpus delicti. p. 239. n. 5. At non est invalida inquisitio, si hoc omittat. p. 240. n. 6.
 Judex loci delicti, non domicilij debet inquisitionem, quatenus est *Devassa* formare. p. 269. num. 8.
 Judex non formans inquisitionem intra terminos à lege præscriptos, quam penam incurrat. p. 276. num. 6. & p. 278. num. 17. Sin autem Corrector sit, quam pænā incurrat. p. 276. n. 8. An autem excusentur ignorantia ibidem n. 9. & p. 278. num. 18. & 19.
 Judex inquirens debet recipere dicta testium contra eum, cui suspectus est, & super ipsis pronunciare. p. 288. à n. 3. Idem

dicendum, si querela apud suspectum proponatur. p. 298. n. 6.
 Judex suspectus non potest cognoscere judicialiter, & Ordinario modo de causis illius, cui suspectus est. p. 288. n. 1. & p. 290. num. 9.
 Judex consanguineus ejus, qui Reus dicitur, non debet per hoc omittere inquisitionem. p. 291. n. 13. An autem debeat, vel possit recipere testium dicta, & pronunciare contra consanguineum: multiplex distinctio adhibetur. p. 292. à n. 14.
 Judex incapax inquirens potest, & debet recipere dicta testiū cōtra eum, cujus respectu incapax est p. 289. vers. Secundo n. 3. At pronunciare non potest. p. 293. n. 21. Nisi dubia sit incapacitas. p. 294. n. 22.
 Judex Ecclesiasticus potest pronunciare super culpis contra clericum à sæculari, sibi remissis, etiam si testes corā ipso non sint repetiti ibidē n. 23. At condemnare non potest, nisi facta repetitione, p. 295. n. 24.
 Judex incompetens inquirens debet recipere dicta testium contra eum cujus respectu incompetens est, & super ipsis pronunciare. Neque testes sic recepti repeti debent coram competenti, cui tamen ordinaria causę cognitio remittenda est. p. 296. n. 27. 28. & 29.
 Jure contra alium impetrato quilibet uti debet. p. 205. n. 13.

L

Leuca, quam longitudinem apud nos designet. p. 94. n. 30. cū sequentibus.
 Leucarum mensuratio, an per viam, an per invia loca sit facienda. p. 98. n. 49.
 Lex obscurę, aut dubiē loquens, semper intelligitur in terminis habilibus. p. 142. num. 13.
 Lex nihil frustra requirit. p. 193. n. 44.
 Lex loquens in casu magis frequenti non excludit minus frequentē p. 246. n. 25.
 Legibus non exemplis judicamus. p. 171. num. 25.
 Legis novissima §. 1. verba explicantur. p. 145. n. 19.
 Lucretiæ quali modo à Tarquino fuerit coacta. p. 248. num. 31.

M

- M** Agis, & minus non constituunt specificas differentias. p. 47. n. 57.
 Mandatum non requiritur ad securitatem pro alio impetranda. p. 212. n. 2.
 Membri nomine, quid intelligatur? p. 263. num. 127.
 Mens potius, quam verba, est attendenda. p. 144. n. 15.
 Mensium terminus quando assignatur, quot dies quilibet mensis contineat? p. 162. à num. 11.
 Militare continet mille passus. p. 96. n. 36.

N

- N** Ox quando dicatur? p. 262. à n. 118.
 Nulliter factum, vel concessum, incipit valere, si pervenit ad casum, in quo valere potest. p. 163. num. 20.

O

- O** fficiales iustitiæ auditorij Ecclesiastici non subjiciuntur inquisitionibus sæcularis, nisi super crimine ecucelus taxæ salarij p. 232. num. 34.
Ordinatio lib. 3. tit. 65. in princip. intelligitur. p. 5. n. 6.
Ordinatio lib. 3. tit. 69. §. 1. ibi pela definitiva. p. 45. num. 55.
Ordinatio lib. 3. tit. 69. in principio explicatur, & ejus verba referuntur p. 55. num. 4. cum sequentibus.
Ordinatio lib. 3. tit. 20. §. 46. intelligitur, & ejus verba referuntur, & explicantur. p. 62. num. 1. cum seqq.
Ordinatio lib. 3. tit. 20. §. 9. ibi, & do que sobre as ditas excepçoens pronunciar, intelligitur. p. 72. n. 42.
Ordinatio lib. 1. tit. 6. §. 4. conciliatur cum *Ordinatione lib. 3. tit. 70. §. 8.* p. 66. num. 17. 18. & 19.
Ordinatio, quando concedit, vel prohibet gravamen interponi, de quo gravamine sit intelligenda. p. 86. n. 3. cum seqq.
Ordinatio lib. 3. tit. 20. §. 46. ibi O qual juiz condenarà o agravante nas custas intelligitur. p. 113. num. 114.
Ordinatio lib. 5. tit. 130. §. fn. explicatur

- p. 142. num. 13.
Ordinatio lib. 5. tit. 124. §. 21. intelligitur p. 281. num. 8.
Ordinatio lib. 1. tit. 85. in fine principij. dispositionis ratio redditur. p. 282. n. 6.

P

- P** Almus ex quo pedis mensura constituitur, est latitudo palmæ. p. 97. n. 43 Et componitur ex quatuor digitis. p. 97. num. 45.
 Palmus alter dicitur dodrans, & continet novem digitos ibidem num. 44.
 Passus quinque pedes continet. p. 97. n. 40.
 Passus qualiter formari debeat ibidem n. 40. vers. Passus.
 Pater filium, & filius patrem tenetur prodere in crimine læsæ Majestatis Divinæ, vel humanæ. p. 293. n. 18. cum distinctione tamen ibi adhibita.
 Pæna ex actu nullo non incurritur p. 183. num. 14.
 Pæna incurritur ex actu nullo, quando lex effectum punire intendit. p. 183. n. 15.
 Pæna ordinaria non imponitur, quando non constat de delicto, nisi per confessionem Rei p. 184. n. 19.
 Pes ex quatuor digitis constituitur. p. 97. num. 42.
 Praxis magna est auctoritas. p. 91. n. 19.
 Praxis judicij Ecclesiastici Ulysiponensis improbatur, dum in eo solet aggravari à Vicario generali ad Senatum Archiepiscopalem. p. 106. n. 84.
 Praxis observanda in interpositione, & prosecutione gravaminis per petitionem. p. 107. n. 87. cum sequentibus.
 Praxis interponendi gravamen in processu. p. 72. à n. 49.
 Praxis revocationis gravaminum processus. p. 77. à num. 66.
 Praxis secundum quam superiores de gravaminibus cognoscentes, victum victori non condemnat ad expensas, improbatur. p. 112. n. 111. vers. diximus, & n. sequent.
 Praxis secundum quam solet peti charta testimonialis in casu denegati gravaminis, improbatur. 114. à n. 121. & p. 115. n. 125.
 Praxis secundum quam solent incarcerari Rei, non suffragante securitate negativa, si de casu formata fuit inquisitio, & pronunciata per Senatorem, correctorem, judicem

Index Rerum.

- dicē foraneū, &c. improbat. p. 138. à n. 7.
- Praxis secundum quam affecurati carcerantur super conformitate securitatis, improbat. p. 208. n. 2.
- Praxis secundum quam profertur sententia pro affecurato, eo absente, improbat. p. 188. num. 11.
- Praxis observanda, quando iudex suspectus inquirens recepit testes, & pronunciavit pag. 290. num. 10.
- Præceptum de solvendo definitivæ æquiparari defenditur. pag. 11. num. 22.
- Præceptum de solvendo, non est interlocutoria vim definitivæ habens p. 58. n. 17.
- Præses curiales, criminalis concedere potest securitates. pag. 155. num. 1. Non tamen pro erroribus officialium iustitia, & quorum ibidem num. 2. Neque per se sine Senatu confessativam priorem in casu homicidij, ibidem. num. 3. Neque coarctatam ibidem. & p. 156. n. 5.
- Præses Provinciæ, vulgo *Corregedor*, concedit securitates, ibidem n. 6. Non tamen pro culpis errorem officij p. 156. n. 7. Neque in casibus exceptis, & expressis ibi num. 8. Neque ubi præses, est curiales præses sive Domus Portuensis, ibi n. 9.
- Princeps, nihil facere solet in præjudicium tertij. p. 171. n. 24.
- Probatio, quæ sufficiat ad capturam decernendam sufficiens quoque est ad detinendum illum, qui sine culpa fuit incarcerationis in forma legis novissimæ §. 14. p. 328. num. 19.
- Probatio requisita ad pronunciationem ad capturam, requiritur etiã ad alios mitiores pronunciationes in praxi admittas. p. 330. num. 24.
- Probatio per testes facta, parte non citata nulla est. p. 311. n. 1.
- Probatio resultans ex inquisitione solidior est alijs. p. 142. vers. fatemur.
- Probatione semiplena tantum, contra Reum inventa, pæna arbitraria, mitior ordinaria imponitur p. 152. num. 49.
- Pronunciatus à lege, vel ab homine, ut se liberet, tanquam affecuratus, an affecurato verò in omnibus comparetur. pag. 199. cum sequentibus.
- Pronunciationes super culpis procedentibus ex inquisitionibus, qualiter, & quo tempore fieri debeant. p. 324. per totam quæstionem.
- Pronunciatio ad capturam semper est faci-
- enda, quando datur pars offensa. p. 325. n. 2. Item in delictis gravioribus, etiam si offensus non detur vi ibidem num. 4.
- Pronunciatio: *Livrese N. como seguro* Non jure, sed usu tantum fundatur. p. 328. n. 20.
- Pronunciatio illa *Livrese N. ordinariamente*. Quando sit facienda. p. 329. n. 22.
- Pronunciationis: *Livrese N. &c.* formula consueta improbat, & aptior traditur. p. 330. num. 23.
- Pronunciationum faciendarum super culpis procedentibus, quale sit tempus ibidem num. 25.

Q

- Q**uerelæ remediū differt à gravamine. p. 2. in proæmio, & p. 89. à n. 14.
- Querelæ partius offensarum scribuntur libro ad hoc deputato. p. 224. n. 13.
- Qui non habet in ærecluit in corpore p. 324. n. 3.

R

- R**apina est odiosior furto. p. 257. n. 84.
- Resistentia pluribus modis fieri potest p. 252. n. 56.
- Resistentia impune fit ministris non prostantibus insignia sua ibidem n. 57.
- Resistentia fieri dicitur officiali iustitiæ, etiam post finitum officium p. 253. à n. 63.
- Rector iustitiæ vulgo *Regedor*, quas inquisitiones generales formare debeat p. 233. num. 42.
- Refugium iniquitatis non debet esse illud, quod ad innocentiam præsidium fuit in ductum. p. 114. vers. fatemur.
- Representationis commodum æstimabile est. p. 32. num. 27.
- Reprehenditur Petrus de Bella pertica dicens immodestè quod jura Canonicon respexere nisi ad exortionem pecuniæ. p. 37. num. 38.
- Reparatio gravaminis processus, quando per quem, & quando sit facienda? p. 72. num. 50. cum sequentibus.
- Revocatio gravaminis qualiter facienda, quando causa principalis multum processit, vel jam finita est, quando provisio data fuit circa gravamen p. 120. num. 149.
- D. Roderici à Cunha olim Bracharensis, postea Ulyssiponensis Præsulis memoria

Index Rerum.

veneratur. p. 96. num. 35.

S

Scribens, vulgò o *Escrivente*, an sit officialis justitiæ. p. 253. n. 62.

Securitates quonam jure, & ratione sint inventæ. p. 130. à n. 1.

Securitas qualiter possit defini. p. 132. n. 7.

Securitatum tres species in jure nostro inveniuntur. p. 133. n. 1. 2. & 3.

Securitas confessatiua quando locum habeat? p. 133. num. 4.

Securitas negativa quando locum habeat? ibidem num. 5.

Securitas negativa coarctata quando locum habeat? ibidem num. 6.

Securitas potest esse mixta, confessatiua scilicet pro aliquo crimine, & negativa pro alijs. p. 134. n. 7.

Securitas qualiter defendat Reum, non carceretur. p. 137. n. 3. p. 138. num. 5. cum pluribus sequent.

Securitas negativa valida est etiam concurrentibus circumstantijs *Ordin. lib. 5. tit. 130. §. fin. p. 140. à n. 11.*

Securitatem habens nunquam potuit incarcerari per probationem ad pronuntiationem tantum non ad pœnam sufficientem. p. 141. num. 12.

Securitas negativa valida est, etiam in opinione Pragmaticorum in casibus expressis. p. 148. à num. 26. usque ad n. 30.

Securitas negativa valida est, si impetretur Regia provisione derogante distinctione *Ordinat. dicto lib. 5. tit. 130. §. fin. p. 148. num. 32.*

Securitas confessatiua, quando amplius Reum non defendat. p. 149. & 150. à n. 34. usque ad num. 41.

Securitas negativa, quando amplius Reum non defendat. p. 151. à n. 45. usque ad n. 48.

Securitatibus se defendentes, non sunt carcerandi super conformitate. p. 152. num. 52. & p. 208. n. 2.

Securitates quis concedere possit? p. 155. cum sequentibus.

Securitas confessatiua in casu homicidij, & coarctata non conceditur, nisi prius visa inquisitione. p. 157. num. 18.

Securitates tres tantum in una causa concedi possunt, sine Regia provisione ibidem num. 19. & p. 157. n. 17.

Securitas simpliciter concessa, pro illis tantum casibus concessa intelligitur, pro quibus concedens potest concedere. p. 158. n. 20.

Securitatem, qui concedere potest, tenetur ad concedendum. p. 159. n. 25.

Securitas validè conceditur, licet concedens consanguineus sit impetratis, ibidè n. 27.

Securitas regulariter concedi potest statim post crimen commissum. p. 160. à num. 1.

Nisi casibus expressis. p. 161. n. 6. & p. 162. n. 10. & p. 163. n. 15. & 16.

Securitas defendit impetrantem, ne carceretur, ad requestum partis ante culpam formatam in specie Legis novissimæ. p. 161. n. 4.

Securitas concedi non potest ante delictum commissum ibidem n. 5.

Securitas concessa ante tempus legitimum incepit valere post tempus. p. 163. num. 17.

Securitas non denegatur propter criminis atrocitatem. p. 165. n. 1.

Securitas cum defensione, quæ propriè est contrarietas concedi non debet, ut valeat, tanquam confessatiua. p. 166. n. 8. & p. 175. n. 7.

Securitas coarctata in quibus casibus concedatur? p. 167. n. 10.

Securitas in causa civili non conceditur ibidem n. 11.

Securitatem impetrare an possit ille, qui est incarceratus. p. 168. n. 12. & 13. & 14.

Securitas non conceditur post causam judicatam, nisi in casu. p. 169. n. 19. & p. 170. n. 20.

Securitatem non prodesse in casu deflorationis Virginis decisum fuit, at contrarium verius ibidem 21. & 22.

Securitas denegatur alleganti defensionem inconcludentem. p. 171. n. 26. p. 208. n. 5.

Securitatem quartam, & ulteriorem petens, debet solvere ante alium expensas retardationis adversario. p. 171. n. 27.

Securitas non conceditur in crimine læsæ Majestatis Divinæ, vel humanæ. p. 172. num. 30.

Securitas absentis, & sine mandato impetratur ibidem 31.

Securitas jam non defendit, nisi sit expedita, & signata, & sigillata, nisi in casibus notatis. p. 173. à n. 3. usque ad n. 5.

Securitas in quibus casibus nulla est? p. 174. n. 2. cum pluribus sequentibus.

Securitates, quando pronunciantur nullæ, an debeat Reus incarcerari. p. 176. à n. 10.

Securitas, quibus modis rumpatur. p. 186. cum sequentibus.

Index Rerum.

- Securitas quot in una causa possint impetrari. p. 196. per totam quaestionem.
- Securitati priori renunciare quis potest, & alia impetrare, etiam diversae qualitatis. p. 198. n. 14.
- Securitas ficta, quae à lege ipsa, vel à iudice pronunciante, ut Reus se liberet tamquam assecuratus conceditur, an in omnibus verae securitati comparetur? p. 199. per totam quaestionem.
- Securitatem cum defensione petens qualiter exponere debeat delictum, & defensionem allegare? p. 207. per tot. quaestionem.
- Senatus non creditur iudicare posse contra Ordinationem. p. 71. n. 39.
- Senator non potest condemnari ad penas non observatae Ordinationis, nisi per Rectorem, sive Governatorem cum quinque senatoribus. p. 71. num. 38.
- Senatus consulto Silliano quid cautum fit? p. 241. num. 11.
- Sententia interlocutoria. Vide verbo interlocutoria.
- Sententia, in ea parte, qua reservat jus contra tertium non auditum interlocutoria est. p. 12. num. 25.
- Sententia definiens aliquam quaestionem principalem ortam in iudicio generali, sive generali definitiva est ibidem n. 26.
- Sententia definitiva est illa, quae causam principalem determinat, p. 13. num. 27.
- Sententia appellatione venit etiam interlocutoria, quando datur eadem, aut maior ratio. p. 36. verso facit.
- Sententiae acquiescere videtur, qui intra decendum non appellat. p. 101. num. 59.
- Stadium continet 125. passus. p. 96. n. 39.
- Stilus juri contrarius robur non habet. p. 92. num. 20.
- Stilus debet esse apertus, notorius, & non varius. p. 91. n. 21.
- Stilus in sua introductione requirit contradictorium iudicium ibidem n. 22.
- Stilus irrationabiliter introductus observandus non est ibidem n. 23.
- Stilus imperitorum refugium esse solet ibidem num. 25,
- T**
- T**abelliones conficiunt instrumenta: scribae chartas testimoniales. p. 114. num. 121.
- Tabellio qualiter, & sub qua pena debeat
- acculare non comparentiam assecuratorum. p. 202. num. 3.
- Tabellio debet expedire, & tradere petenti instrumentum gravaminis, licet iudex prohibeat. p. 104. num. 77.
- Termino assignato ad aliquid faciendum elapso, non cessat faciendi obligatio. p. 276. num. 4.
- Testium interrogandorum in Inquisitionibus generalibus, qualis sit numerus. p. 279. n. 1. in particularibus vero. p. 280. à num. 5.
- Testes interrogati in inquisitionibus ultra numerum à lege taxatum non probant. p. 281. num. 9.
- Testium interrogandorum in inquisitionibus qualitas. Ibidem n. 1.
- Testes non inimici, ab inimicis nominati interrogari debet, & fidem faciunt. p. 283. à n. 7.
- Testes repelli non possunt in inquisitionibus ad requestum partis, quae suspicatur contra ipsum inquiri. p. 286. numer. 16.
- Testes interrogati sine partis citatione in inquisitionibus, & alijs summarijs, repeti debent parte citata, aliàs fidem non faciunt in iudicio plenario. p. 331. n. 1.
- Testium dicta non judicialia, qualiter judicialia fiant. ibidem num. 2.
- Testes, qui repeti non possunt, quia sunt demortui, vel absentes, fidem faciunt p. ultima num. 4.
- Testes Interrogati parte non citata probant contra eam, si contumax sit. p. ultima num. 5.
- Testes unus, omni exceptione maior, etiam in criminalibus semiplena probat. p. 327. num. 15.
- Textus in l. Intra utile ff. de minoribus intelligitur.* p. 26. num. 17.
- Textus in cap. Pastoralis in princ. de Appellat. intelligitur.* p. 50. num. 69.
- Textus in leg. Cives. Cod. de Appellat. intelligitur.* p. 100. num. 58.
- Textus in cap. 1. §. Sane de Censib. lib. 6. intelligitur.* p. 309. n. 29.
- Textus in Cap. Inquisitionis §. Tertia vers. & Utrum de Accusat. intelligitur.* p. 310. num. 33.
- Text. in l. 1. §. Qui quaestionem ff. de Quaestionibus intelligitur.* pag. 316. num. 52.

Index Rerum.

V


Vicarij generales Episcoporum concedunt securitates in suo foro, at in casu consulare debent Episcopum. p. 158. num. 21. & 22.
Vicarij foranei concedunt securitates pro

illis tantum criminibus, de quibus cognoscere possunt. Ibidem num. 23.
Viatores vulgo *Caminheyros* an sint officiales justitiæ. p. 253. num. 60.
Voluntas coacta, voluntas est p. 247. numer. 27.
Utilitas materiæ ex ejus frequentia deducitur. p. 2. in Proæmio.

FINIS.



[Faint, mirrored text from the reverse side of the page is visible through the paper, appearing as bleed-through.]



FINIS

